



UAN

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN  
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



132609


BX1958

A2

1789

v.2

c.1



CATECHISMI ROMANI  
EXPOSITIO  
VARIIS PRÆLECTIONIBUS

SECUNDUM NOVAM-METHODUM  
TAM IN DIOECESI TOLETANA,  
QUAM IN ALIIS HISPANIARUM,  
ET INDIARUM PRÆSCRIPTAM,

ad usum Parochorum, aliorumque potissimum, qui  
ad Beneficia Parochialia petenda concurrunt,  
accomodata

PER GUILIELMUM RAMONIUM,  
PAROCHUM SANCTI LAURENTII,  
MAIORIS BALEARUM,

TOMUS SECUNDUS.  
SACRAMENTA COMPLECTENS.




46243

SUPERIORUM FACULTATE, AC PRIVILEGIO.  
MATRITI. MDCCLXXXIX.  
APUD HIERONYMUM ORTEGA, ET FILIOS IBARRA.

Se hallará en su Imprenta y Librería calle Angosta de Majaderitos,  
frente del Colegio de San Juan.





1080046601

FONDO BIBLIOTECA PÚBLICA  
DEL ESTADO DE NUEVO LEÓN

132609



(III)

## PROLOGUS LEGENTI.

**E**n, humane lector, tomum alterum Prælectionum in secundam partem Catechismi Concilii Tridentini, quem ab initio pollicebam, ubi res sacramentaria simili methodo dilucidatur, hoc est nec Tulliana phrasi, quam minime assequor, nec omnino tamen incompta: sed veluti via media incedendo, ad breviter, & luculenter aperiendam saluberrimam Catechismi doctrinam de Sacramentis, adeo fidelibus necessariam, & ab hæreticis, maxime recentioribus, acriter impugnatam. Ad cujus vindicationem, & confutationem errorum, ridiculum, ac lacrymabile foret, armorum vice adducere arundines longas, ut de quibusdam sui ævi lamentabatur doctissimus Melchior Canus; quos imitati sunt alii posteriores, qui levissimas quæstiones cum *ergotismo*, (ut acutissime dicebat Illustrissimus Clementius Episcopus Barcinonensis) unice didicerunt. At vero nunc temporis, summa Dei benignitate, & sapientissimi Regis Caroli III. (a), ejusque supremi Senatus auctoritate, protectione, favore, reformatis studiis, remuneratis beneficiis, apertis Bibliothecis, & innumeris libris in dies editis omnigena eruditione refertis, arma passim offendimus ex utraque parte acuta, quibus possumus hæresum monstra reprimere, devincere, trucidare.

Talia profecto sunt quæ ex decem armamentariis Theologicis, à laudato Cano, aliisque recentioribus mirum in modum dispositis, desumuntur; nempe sacræ paginæ tela, traditionis enses, veterum Patrum securus, Ecclesie gladius, Conciliorum lanceæ, Pontificum acinaces, Theologorum sclopi, Philosophorum sicæ, ratio-

¶ 2

(a) Proh dolor! hunc præstantissimum Regem, (cujus etiam nunc fatum merito cuncta deflet Hispania, cujusque laudes totum prædicantur per orbem) nobis abstulit atra dies xiv. Decemb. elapsæ proximæ anni MDCCLXXVII.

tionis spicula, historiae cultri. Hæc arma militiæ nostræ vibranda sunt toto nisu, dum ad manus ventum fuerit: dum scilicet vel nos cum hostibus, vel nobiscum hostes aperta fronte congreduantur. His ergo decem nitidissimis armis sedulo refricatis, acutis, ornatis, etiam in simulacro pugnae uti debent Theologi, ut in vero certamine vincant; his insuper decem Theologicis sedibus opportunè adductis, recte unitis, ac ordine collocatis, melius enucleantur catholice veritates, & clarius lucent prælectiones, quam si jurgiter usurpetur syllogistica forma. Tum quia strepitu syllogismorum, & nimia incalescentia probationum, una cum vocum barbarie non infrequenter adhibita, terrentur aures, interrumpitur cursus orationis, plus impenditur temporis, & vix percipitur aliud nisi fumus (a). Tum quia difficile admodum est, ne impossibile dicam, aliquem solum, diu arguentis & respondentis personam perfecte agere, sicut unum secum dumtaxat aleatoris cartulis ludere.

Nec propterea contemnitur Scholastica Theologia: apage pravam quorundam audaciam, hanc utilissimam scientiam calumniantium. Quis enim ignorat quot virulentas blasphemias evomit in Divum Thomam Lutherus, quot maledicta Herbrandus, quot contumelias Schmidelinus, quot probra Bucerus, quot subsannationes alii Protestantes? Quid ita tandem? Quia scilicet Sanctus Doctor, Theologorum Princeps jure merito à Catholicis habitus, scholastica methodo cunctas hæreses, præteritas, presentes atque futuras, validissime profligavit (b). Verum non usus est Præceptor Angelicus multiplicatis ambagibus, & fastidiosis probationibus majoris, ut dicunt, atque minoris. Quod etsi deserviat in-

(a) Vid. Feyjoo tom. 8. discursus 3. §. 2. num. 4. & seq. (b) Vid. Vincent. Calatayod Presbyter Oratorii Valentini in opere inscripto: *Divus Thomas cum Patribus, & Prophetis locutus*, tom. 1. prolegomen. 3. à pag. 66. usque ad 126. decem articulis summa eruditione oppletis.

ter duos, dum alius arguit, aliusque respondet, secus dum quis solus disserit, nisi moderatissime fiat.

Præstat igitur in Prælectionibus Theologicis Catholica monumenta solide ac nervose proponere, & hæreticorum exsufflare cavillos, soluta oratione, quæ venustius scit necere syllogismos, parare dilemmata, elicere conclusiones, & cuncta alia facere ad veritatem tum probandam, tum propugnandam melius conducentia. In hoc lucubrationum genere mirabilis est Jacobus Hyacinthus Serry, quem imitari quondam subibat, sicut eloquentissimus Solisius prologo historiae Mexicanæ se de Liviana dictione imitanda scribit aliquando cogitasse, quod ipsi ex voto accidit; ego autem meam tenuitatem agnoscens, statim vidi quantum distent aræ lupinis, & quam ridenda sit, rana illa, quæ attingere nitebatur magnitudinem bovis, ut fabulatur Æsopus. Hæc ingenue fateor, benigne lector, ut quæ non possum, fortasse tu possis; sin minus, curabo ut nec mihi eveniat illud simiæ, nec tibi illud emtoris asini, quod fabula 6. atque 36. lepide, ac eleganter describit ingeniosissimus Iriarte. Sicque huic prologo, quem ne te insalutatam relinquerem adhibendum putavi, finem imponimus, tuque diu Vale.

INDEX PRÆLECTIONUM,  
quæ in hoc secundo Tomo inveniuntur.

- Prælectio I. *De Sacramentis in genere*, ad expositionem cap. 1. 2. partis Catechismi Concilii Tridentini à §. 1. ad quintum. pag. 1.
- Prælectio II. *De eodem argumento*, ad exposit. cap. 1. 2. p. Catechismi à §. 10. ad 13. pag. 12.
- Prælectio III. *De Ministro Sacramentorum*, ad exposit. cap. 1. 2. p. Catech. à §. 24. ad 26. pag. 29.
- Prælectio IV. *De Sacramento Baptismi*, ad exposit. cap. 2. 2. p. Catech. à §. 1. ad 6. pag. 43.
- Prælectio V. *De materia remota Baptismi*, ad exposit. cap. 2. 2. p. Catech. à §. 7. ad 11. pag. 55.
- Prælectio VI. *De forma Baptismi*, ad exposit. cap. 2. 2. p. Catech. à §. 12. ad 16. pag. 69.
- Prælectio VII. *De Sacramento Confirmationis*, ad exposit. cap. 3. 2. p. Catech. à §. 1. ad 16. pag. 85.
- Prælectio VIII. *De venerabili Eucharistie Sacramento*, ad exposit. cap. 4. 2. p. Catech. à §. 1. ad 5. pag. 99.
- Prælectio IX. *De unitate specifica, triplici significatione, & materia remota Sacramenti Eucharistie*, ad exposit. cap. 4. 2. p. Catech. à §. 10. ad 14. pag. 114.
- Prælectio X. *De ritu miscendi aquam vino, de significatione materie, & de forma Sacramenti Eucharistie*, ad exposit. cap. 4. 2. p. Catech. à §. 16. ad 19. pag. 130.
- Prælectio XI. *De vera Christi presentia in Eucharistia*, ad exposit. cap. 4. 2. p. Catech. à §. 26. ad 30. pag. 145.
- Prælectio XII. *De Transubstantiatione, &c.* ad exposit. cap. 4. 2. p. Catech. à §. 37. ad 45. pag. 158.
- Prælectio XIII. *De triplici modo sumendi Eucharistiam, & de disposit. requisitis ut digne sumatur*, ad exposit. cap. 4. 2. p. Catech. à §. 55. ad 58. pag. 171.
- Prælectio XIV. *De Pœnitentia*, ad exposit. cap. 5. 2. p. Catech. à §. 1. ad 4. pag. 184.

- Prælectio XV. *De forma Sacramenti Pœnitentie*, ad exposit. cap. 5. 2. p. Catech. à §. 14. ad 17. pag. 196.
- Prælectio XVI. *De partibus Sacramenti Pœnitentie*, ad exposit. cap. 5. 2. p. Catech. à §. 19. ad 21. pag. 210.
- Prælectio XVII. *De Contritione, & Confessione Sacramentali*, ad exposit. cap. 5. 2. p. Catech. à §. 34. ad 37. pag. 229.
- Prælectio XVIII. *De Sacramento Unctionis*, ad exposit. cap. 6. 2. p. Catech. à §. 1. ad 5. pag. 243.
- Prælectio XIX. *De eodem argumento*, ad exposit. cap. 6. 2. p. Catech. à §. 6. ad 9. pag. 255.
- Prælectio XX. *De Sacramento Ordinis*, ad exposit. cap. 7. 2. p. Catech. à §. 1. ad 4. pag. 270.
- Prælectio XXI. *De Sacramento Matrimonii*, ad exposit. cap. 8. 2. p. Catech. à §. 1. ad 4. pag. 283.
- Prælectio XXII. *De eodem argumento*, ad exposit. cap. 8. 2. p. Catech. à §. 15. ad 17. pag. 304.
- Prælectio XXIII. *De secundis, & ulterioribus Nuptiis*, ad exposit. cap. 8. 2. p. Catech. à §. 20. ad 22. pag. 320.
- Index Conclusiorum, quæ ex singulis fere paragraphis secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini possunt deduci, explicari, probari, defendi; citatis nonnullis Auctoribus consulendis.* pag. 337.

## ERRATA PRÆCIPUA.

Pag. Linæ. CORRIGENDA. CORRECTA.

38	33	Sacerdotem	Sacerdotem.
45	18	Majori	Pene majori.
62	4	Ecclesiæ	Ecclesiæ.
104	26	harmonia	harmonia.
113	8	armoniam	armoniam.
114	11	ad aliam	ad aliam.
121	3	absentiam	absentiam.
133	17	Joannis	Joannes.
184	9	tom. 1.	tom. 11.
192	7	Bonavent.	Bonavent.
235	33	cupit	cupit.
295	3	init.	init.
311	35	Divi	Divi.
320	9	erant	erant.
335	18	Telles	Telles.

## PRÆLECTIO PRIMA

## De Sacramentis in genere,

ad expositionem cap. 1. secundæ partis Catechismi Concilii Trident. à §. 1. usque ad quintum.

**A**deo languida, ac dilacerata mansit Adamæ soboles, non serpentis sibilo infecta, non leonum unguibus laniata, nec ullius fera furore oppressa; sed (quis crederet?) ipsius progenitoris manibus fatalem fructum carpentibus conquassata, morsibus attrita, dentibus pene extincta: ut ad ejus lethalia vulnera sananda oportuerit Deum sacra instituire medicamina. Unde sicut Samaritanus ille, invento vulnerato, semimortuo in via relicto, pharmaca adhibuit; ita sublimiori modo coelestis Dominus, in remedium humani generis, medicinas divina sapientia, & infinita liberalitate disposuit, & propinavit, dum contra originale, & actualia quæcumque peccata, Sacramenta instituit, ordinavit, præscripsit. De quibus hodierno sole tractabimus in nomine Patris, &c.

2 Ut autem in exponendis quinque prioribus numeris capituli primi, secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini, clariori methodo procedamus, orationem dabimus in tres partes divisam. Prima textus epitomen continebit. Secunda fusiore explanatione litteræ dilatabitur. Tertia demum, disputandæ thesisi probatione claudetur. Utinam feliciter.

Tom. II.

A

Pri-

## ERRATA PRÆCIPUA.

Pag. Linæ. CORRIGENDA. CORRECTA.

38	33	Sacerdotem	Sacerdotem.
45	18	Majori	Pene majori.
62	4	Ecclesiæ	Ecclesiæ.
104	26	harmonia	harmonia.
113	8	armoniam	armoniam.
114	11	ad aliam	ad aliam.
121	3	absentiam	absentiam.
133	17	Joannis	Joannes.
184	9	tom. 1.	tom. 11.
192	7	Bonavent.	Bonavent.
235	33	cupit	cupit.
295	3	init.	init.
311	35	Divi	Divi.
320	9	erant	erant.
335	18	Telles	Telles.

## PRÆLECTIO PRIMA

## De Sacramentis in genere,

ad expositionem cap. 1. secundæ partis Catechismi Concilii Trident. à §. 1. usque ad quintum.

**A**deo languida, ac dilacerata mansit Adam soboles, non serpentis sibilo infecta, non leonum unguibus laniata, nec ullius fera furore oppressa; sed (quis crederet?) ipsius progenitoris manibus fatalem fructum carpentibus conquassata, morsibus attrita, dentibus pene extincta: ut ad ejus lethalia vulnera sananda oportuerit Deum sacra instituire medicamina. Unde sicut Samaritanus ille, invento vulnerato, semimortuo in via relicto, pharmaca adhibuit; ita sublimiori modo coelestis Dominus, in remedium humani generis, medicinas divina sapientia, & infinita liberalitate disposuit, & propinavit, dum contra originale, & actualia quæcumque peccata, Sacramenta instituit, ordinavit, præscripsit. De quibus hodierno sole tractabimus in nomine Patris, &c.

2 Ut autem in exponendis quinque prioribus numeris capituli primi, secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini, clariori methodo procedamus, orationem dabimus in tres partes divisam. Prima textus epitomen continebit. Secunda fusiori explanatione litteræ dilatabitur. Tertia demum, disputandæ thesisi probatione claudetur. Utinam feliciter.

Tom. II.

A

Pri-



3 Primam igitur orationis partem exordiamur à §. 1. littera memorata, cujus initium est: *Cum omnis Christiana doctrina pars, &c.* Finis autem §. 5. *Facile cognoscimus.* His quinque paragraphis incipit agere Catechismus de Sacramentis in communi, quorum necessitas, & utilitas cum uberrima sit, ignorari non debet à Christi fidelibus, multoque minus ab ipsorum Pastoribus, qui & ea sapissime explicare, & sæpius administrare tenentur. Quare à Sacramenti nomine ordiens, plures affert ejus acceptiones tum apud profanos auctores, tum apud Latinos Patres. Apud primos enim interdum accipitur pro pecunia litigantium in loco sacro deposita tanquam pignus; aliquando etiam pro juramento: apud ultimos vero pro re abdita, & occulta. Frequentius tamen, & optime sumitur pro signo gratiæ, quam efficit simul, & declarat, ut inquit Magnus Gregorius. Sicque hujus nominis usum antiquissimum esse liquet ex Hieronymo, Augustino, aliisque pluribus Scripturibus, qui & Sacramenti, & Symboli, & Mysterii, & Mystici, vel sacri signi nomine eandem rem demonstrare sæpissime solent. Quod vocabulum etiam convenit Sacramentis veteris legis. Post explicationem nominis Sacramenti, transit Catechismus ad ejus vim, & naturam elucidandam, dicens, Sacramentum ex genere earum rerum esse, quibus salus & justitia comparatur. Quod licet variis definitionibus explicetur, nulla melius quam illa Augustini dicentis: *Sacramentum est invisibilis gratiæ visibile signum, ad nostram justificationem institutum.* Per signum autem juxta eundem Augustinum intelligitur *res que præter id quod sensibus objicit, aliud facit in cognitionem venire;* ut patet in vestigio terræ impresso, quo designatur aliquem illac transisse. En summam litteræ textus, & primam orationis partem.

4 Ad secundam ergo progrediamur, ubi exponenda est littera prælibata. In primis itaque advertit optime

Ca-

Catechismus, ex necessitate, & utilitate maxima Sacramentorum, colligi diligentiam, quam, in instruendis de re Sacramentaria Christi fidelibus, debent Parochi adhibere, ne illa indigne ministrent, juxta illud Matthæi 7. vers. 6. *Nolite Sanctum dare canibus, &c.* Quocirca prius Sacramenti nomen exponitur; aliter à latinis auctoribus, aliter ab Ecclesiasticis scriptoribus usurpatum. Quatuor enim modis invenitur acceptum. Primo pro pignore, seu pecunia quam olim litigantes ea lege tradebant Pontifici, ut amissa foret ab illo qui causa caderet, & in arario publico posita communi utilitati serviret. Sic apud Varronem lib. 4. de lingua latina, & apud Tullium oratione pro Milone prope finem. Secundo accipitur pro juramento, nedum ab ipso Tullio lib. 2. de Officiis: Livio Decade 6. & Vegetio lib. 2. de re militari; sed etiam in utroque foro. In civili scilicet Codice, *Si adversus venditionem*, lege 2. In canonico vero causa 22. quæst. 4. cap. *Qui sacramento*, & alibi. Tertio pro re occulta, sicque quodvis arcanum, abditum, & absconditum multitudini, solisq; amicis, & confidentibus manifestum, dicitur Sacramentum. Unde Div. Bonaventura in vita Sancti Francisci cap. 13. de ipsius stigmatum occultatione loquens cum allusione ad verba Tobie 12. vers. 7. ait: *Quoniam Sacramentum Regis Seraphicus vir abscondere bonum esse optime narrat, &c.*

5 Hinc *Sacramentum, secretum*, & apud Græcos *mysterium* idem sæpe significat. Quod expendens Chrysostomus homil. 7. in epist. 1. ad Corinth. solita eloquentia inquit: „ *Mysterium appellatur, quoniam non quæ videmus intuemur, sed alia inspicimus, & alia credimus. Et quemadmodum pueri cum libris intuentur, vim litterarum minime intelligunt, neque norunt quæ colorum sensus percipiunt; quin potius vel ipsi viro litterarum ignaro eadem usu veniunt; qui vero per ritus est in litteris, atque exercitatus, multam in eis*

A 2

„ con-

„ conditam vim, & integras vitas, & historias reperiet: &  
 „ epistola quidem accepta, litterarum experta, chartam, &  
 „ atramentum esse putabit; at expertus & vocem audiet,  
 „ & alloquetur absentem, & quodcumque voluerit per  
 „ litteras rursus significabit; idem quoque in mysterio  
 „ solet accidere: Infideles quidem, tametsi audiunt, non  
 „ tamen audire videntur; fideles vero per Spiritum ex-  
 „ perientiam assequuntur, reconditorum virtutem intuen-  
 „ tur.“ Hactenus venustissimus Parens. Quibus addi  
 etiam possunt quæ scripsit Div. Augustinus serm. 44. de  
 verbis Domini, & habentur in Breviario die 4. Maii, fe-  
 sto Sanctæ Monicæ, 3. lect. homilia, cujus initium est:  
*Quæmadmodum qui videt litteras, &c.*

6 Quarto denique sumitur frequentius Sacramentum  
 pro signo rei sacræ sanctificantis homines. Quod quidem  
 vocabulum, quamvis hæreticis novatoribus valde dis-  
 pliceat tanquam novum; antiquissimum esse nemo san-  
 næ mentis ignorat, eo enim usi sunt Tertullianus, Cy-  
 prianus, Lactantius, Hieronymus, Augustinus, alii-  
 que sexcenti (a). Nec refert in sacris litteris primo ex-  
 aratis non reperiri; quomodo enim reperendum erat la-  
 tinum vocabulum in græcis, hebraicisque codicibus?  
 Sane interpres latinus ubi oportebat, loco *mysterii*, quod  
 legebatur in græco, & aliarum vocum in textu hebraico,  
 vertit optime *Sacramentum*; ut patet ad Ephes. 5. vers.  
 32. & alibi. Sed demus liberaliter reformatoribus hoc  
 vocabulum *Sacramentum* non inveniri in Scripturis;  
 quid inde? Unde quaso deponentur hæ voces *Tri-  
 unitas*, *Persona*, *Consustantialis*, *Deigenitrix*, *Tran-  
 substantiatio*, *Eucharistia*, & mille aliæ, quarum plu-  
 res illi admittunt? Cur igitur omnes quas proponit Ec-  
 clesia non recipiunt? nisi quia volunt esse hæretici,  
 quamvis tales vocari nolint. Hoc ergo vocabulum *Sa-  
 cra-*

(a) Vid. Serry tom. 4. prælect. 1. de Sacramentis, Berti tom. 3. lib. 30.  
 cap. 1. & alii.

*eramentum*, sicut à nobis sumitur, non est nuper in Ec-  
 clesiam inductum, ut recte advertit in littera Catechi-  
 smus, addens ipsum etiam convenire Sacramentis vete-  
 ris legis, quæ quia in nova locum non habent, expli-  
 care non est necesse.

7 Sed ne diutius in limine detineamur, à nomine  
 Sacramenti ad rem propius accedamus, ejusque vim,  
 ac naturam cum Catechismo sedulo perscrutemur. Sunt  
 enim Sacramenta ex genere earum rerum, quibus salus,  
 & justitia comparatur. Quidam existimant Sacramentum  
 non posse proprie definiti, quia non est unum per se,  
 (cum rebus & verbis conficiatur) neque substantia,  
 cui solum convenit definitio, ut Aristoteles ait 4. Meta-  
 physicæ textu 15. Communius tamen alii definiti posse  
 fatentur, quia quamvis unitate physica careat, habet  
 unitatem moralem; & licet sola substantia principaliter  
 definiatur, non propterea accidentia excluduntur. Sie-  
 que Sacramentum multis definitionibus, seu potius de-  
 scriptionibus, explicatur, quæ videri possunt apud  
 Theologos cum Magistro Sent. in 4. dist. 1. aliisque in  
 locis. At nulla planior est, ac luculentior, quam definitio  
 Augustini lib. de Catechizandis rudibus cap. 26. &  
 à Catechismo adducta his verbis: *Sacramentum est in-  
 visibilis gratia visibile signum ad nostram justificationem  
 institutum.* Seu, ut illam contrahit fidelissimus Augusti-  
 ni interpres, Divus Thom. 3. part. quæst. 60. art. 2.  
 in corpore: *Signum, rei sacræ in quantum est san-  
 ctificans homines.* Quæ ut quam exacta sit videatur,  
 paululum discutietur.

8 Dicitur *signum*, quod juxta ipsum Augustinum  
 lib. 2. de Doctrina Christiana cap. 1. est *res, præter  
 speciem quam ingerit sensibus, aliud ex se faciens in  
 cognitionem venire*; juxta Div. Thom. in 4. distinct. 1.  
 quæst. 1. *aliquid manifestum quod ad nos, quo man-  
 nuducimur in cognitionem aliusus occulti.* Et juxta  
 Sanct. Bernardinum Senensem super caput 2. Apocalyp-

psis vers. 2. *Res, qua, præter id quod videtur, aliud indicatur.* Idque aptissime explicat Catechismus exemplo vestigii, quod terræ impresum designat vel hominem, vel pecus, cujus est vestigium, per illum locum transisse. Et ita signum in definitione Sacramenti habet rationem generis, quo convenit cum aliis signis, quæ Sacramenta non sunt. Dicitur insuper, *rei sacre*, hoc est, gratiæ sanctificantis; licet enim Sacramentum plura significet, ut docet Angelicus Præceptor citata q. 60. art. 3. & Catechismus infra §. 12. & 13. principalius tamen significatum est gratia gratum faciens in ejusdem Sacramenti receptione; & ideo ultimo loco additur: *In quantum est sanctificans homines*: quæ verba indicant differentiam ab aliis signis, quæ vel non significant rem sacram, vel etsi eam significant, non in quantum, sanctificat homines, ut cruce, imagines, sacrificia veteris legis, Sanctissimum Dei nomen, vox gratia, & alia, non practice, sed solum speculative rem sacram significantia.

9 Ex quibus liquido constat quam recta sit definitio Sacramenti supra tradita, & quam obliqua quæ traditur ab hæreticis reformatoribus, desinentibus Sacramentum solum per esse signum vel fidei, vel promissionis gratiæ, vel divinæ benevolentię, vel predestinationis, vel Religionis quam profiteamur, vel aliorum; quorum plura falsissima sunt, reliqua vero tam adæquate explicant rationem Sacramenti, quam explicaretur natura hominis dicendo esse animal bipes, erectum, excluso præcipuo nempe *rationalis*. Nemo enim ignorat, & Augustinus scitè advertit lib. 2. de Doctrina Christiana cap. 35. *Neque in definiendo aliquid complectendum esse, quod ad rem ipsam non pertinet, aut aliquid quod pertinet præterendum*; atqui novatores in definiendis Sacramentis oppositum agunt: ergo pinguiori Minerva laborant quam logici rudiores. Sed quid faciendum tumidis rabilis, qui jam erraverunt ab utero, totamque justifi-

ca-

cationis vim in sola ab ipsis ficta fide reponunt, quam unice per Sacramenta excitari contendunt? Quod si ita foret, baptismus nihil prodesset parvulis. Rejecta igitur explicatione, seu implicatione potius hæreticorum, qui cuncta perverse miscent, susque deque omnia vertunt; dicimus Sacramenta recte poni in genere signi ad placitum, non naturalis: insuper esse quid permanenter in Ecclesia duraturum, & ad divinum cultum ordinatum, ut homines veram religionem iisdem ritibus profiteantur, teste August. lib. 19. contra Faustum cap. 11. quibus & antiquitas, & sanctitas, & uniformitas Catholice fidei demonstratur: & tandem per Sacramenta conferri gratiam illa digne recipientibus, cum sint quædam spiritualia medicamina, quæ animæ à peccatorum morbis sanantur.

10 Quare Angelicus Præceptor in 4. dist. 1. quest. 1. art. 2. q. 2. & 3. p. q. 61. art. 2. cum pluribus aliis docet in statu innocentie non fuisse Sacramenta, quia non est opus valentibus medicus, sed male habentibus, ut habetur Matthæi 9. In aliis vero statibus nature corruptæ fuerunt Sacramenta. Pro cujus clariori intelligentia advertere placet, quatuor assignari status nature humane à principio mundi usque ad finem. Primus dicitur status innocentie, quo primi parentes fuere formati, & ad integrum diem non pervenisse sentiunt quidam apud Abulensem, & Sallianum (a); quamvis isti octo dies durasse opinentur. Secundus dicitur status nature lapsæ, ab Adamo usque ad Moysen, quia Deus ipsi tradidit legem scriptam, etsi 425. ante annis circumcissionem præceperit Abrahamo. Tertius status dicitur legis scriptæ, à Moysè usque ad Messiam, per 1527. annos. Sicque à principio mundi usque ad Christum Dominum fluxerunt 4000. anni juxta computationem Cl. Calme-

(a) Vid. Abulensis in cap. 13. Genes. quest. 11. & Sallianus tom. 1. nrmal. ad diem 7. à num. 6. pag. 137.

ti, & aliorum. Quartus denique status dicitur legis gratiae, à Christo usque ad hodiernum diem, per spatium 1789. annorum: & inde usque ad finem mundi per annorum numerum nobis ignotum, quia de die ultima nemo scit, nisi Deus, quamvis plures meditati sint inania, apud eruditissimum Feijoonum aliosque Auctores (a).

II. Quibus breviter delibatis, jam diximus supra, in statu innocentiae non fuisse Sacramenta. In statu naturae lapsae usque ad Abrahamum, licet altum sit in Scriptura silentium, probabilius judicamus Sacramenta extitisse, saltem pro parvulis ad remedium peccati originalis. Unde Div. Augustinus lib. 5. contra Julianum cap. 9. ait: „Credendum non est ante datam circumcisionem famulos Dei, quandoquidem eis inerat Mediatoris fides in carne venturi, nullo Sacramento ejus opitulatos esse parvulis suis; quamvis quid illud esset, aliqua necessaria causa Scriptura latere voluerit.“ Et Arnoldus, Bonae Vallis Abbas, qui saeculo 12. floruit, ac verus est auctor libri de Cardinalibus Christi operibus, Cypriano perperam attributi, hæc habet. „Sane originale peccatum quod à primis parentibus in totam hujus generis successionem deflaxit, omni tempore aliquibus remediis oportuit expiare.“ Similiter Div. Thom. 3. part. q. 61. art. 3. absolute affirmat ante Christi adventum necesse fuisse quedam Sacramenta institui, quibus homo & fidem suam de Christo venturo profiteretur, & internam sanctitatem, ac gratiae divinae perfusionem adipisceretur. Quae profecto rationes pro omnibus hominis lapsi statibus peraeque militant. Et certe si ex lege Mosaica Sacramentum aliquod pro mulieribus circumcisionis incapacibus, & pro parvulis ante octavam diem mortem obeuntibus institutum est; quidni in lege naturae providisse Deum

ge-

(a) Vid. Feijoo tom. 7. Theat. Critici disc. 5. n. 3. Calmetas, & alii.

generalia ad salutem instrumenta confitebimur: qui vult omnes homines salvos facere, ex eaque voluntate omnibus media in finem salutis promoventia, tam naturalia, quam gratuita largitur, ut non semel S. Thom. asseruit, & Innocentius III. cap. *Majores 3. de Baptismo*.

12. Fuisse Sacramenta in lege scripta, & esse in lege gratiae, probatione non indiget, cum nemo istud in dubium vertat. Magna tamen in eo est difficultas, quomodo conferebant gratiam Sacramenta Mosaica. Quidam enim asserunt ea solum contulisse gratiam imperfectam, & legalem, auferendo immunditiam lege multis impostam. Sed hoc non videtur sufficere, alias omnes caeremoniae judaicae, quae juxta Apostolum ad Hebraeos 9. v. 10. fiebant in cibis, & potibus, & variis baptismatibus, & justitiis carnis, fuissent Sacramenta. Quare sicut in nova lege ad rationem Sacramenti non sufficit imperfecta, & disponens sanctificatio, ut patet in sacratiæ altarium, vasorum Ecclesiae, aquae benedictae, & aliorum; ita neque in lege veteri. Alii dicunt Sacramenta Mosaica significare gratiam perfectam quidem, conferendam tamen in lege nova. Sed quamnam esset medicina, quae solum significaret salutem aliis dandam post centum, aut mille annos? Dicendum est igitur mediis Sacramentis veteris legis collatam fuisse gratiam justificantem. Ita expresse docet D. Thom. 3. p. q. 62. art. 6. dicens: „Circumcisio, sicut & alia Sacramenta veteris legis, erant solum signum fidei justificantis; & ideo in circumcisione conterebatur gratia in quantum erat signum passionis Christi futurae.“ Idem tenet D. Bonavent. in 4. dist. 1. p. 1. q. 5. post Augustinum, Gregorium, Bedam, Hugonem, & alios. (a)

13. Diverso tamen modo tribebatur gratia per Sacramenta legis veteris, ac per Sacramenta legis novae. Prima enim principaliter significabant passionem Christi

Tom. II. B. sti

(a) Vid. Berti tom. 3. lib. 30. cap. 3. proposit. 3. & sequentibus.

sti futuram, & ex consequenti Deus in eorum receptione conferebat hominibus gratiam intuitu fidei. At vero Sacramenta novæ legis, licet fidem, aliasque dispositiones exigant in adultis illa recipientibus, eam tamen non significant, sed primario & per se significant ipsam gratiam quam ex opere operato produciunt, quamvis etiam significant passionem Christi præteritam, & alia quæ infra explicat Catechismus paragraphis 12. & 13. ut jam diximus. Hæc autem diversitas significandi, & conferendi gratiam non tollit antiqua illa fuisse vera, & propria Sacramenta, & univoce convenire cum nostris, ut statim probabimus tertia orationis parte; nam pro secunda sufficiunt hactenus dicta.

14 Ad tertiam itaque deveniamus probaturi hanc thesim: *Sacramentum recte ponitur in genere signi; & univoce convenit antiquis, ac novis.* Prima conclusionis pars jam aliquantulum exposita manet superius, & iterum breviter confirmatur, quia omnia Sacramenta tum veteris, tum novæ legis instituta fuisse in genere signi evidenter constat ex sacris litteris, ex Apostolica traditione, ex testimoniis Patrum, ex Conciliorum decretis, et ex innumeris aliis monumentis, in quibus recensendis otiosi essemus commentatores. Sufficiat ergo audire Chrysostomum qui hom. 83. in Matth. rationem affert ad rem qua de agimus efficacissimam dicens: „ Nil enim insensibile traditum nobis à Christo, sed res quidem sensibiles, omnes autem intelligibiles; itidem & in Baptismate, pro rem nempe sensibilem, aqua donum baptismi efficitur: intelligibilis vero effectus est generatio, & renovatio. Si enim incorporeus esses, incorporea dona Deus nuda tradidisset, sed quoniam animi corpori conserta est, in rebus sensibilibus intelligibilia tibi præbet.“ Similia tenet Nazianzenus orat. de baptismo. Nec aliter opinantur Græci recentiores, ut patet ex censura Jeremie Patriarchæ Constantinopolitani cap. 1. apud Arcadium.

Ab

15 Ab adducendis latinis Patribus abstinemus, cum omnibus notum sit idem docuisse Augustinum lib. 10. de Civit. Dei cap. 5. & alibi. Ambrosium lib. 4. de Sacramentis. Damascenum lib. 4. de fide cap. 10. Quos sequuti sunt postea D. Bernardus sermone de coena Domini; Hugo Victorinus lib. 1. part. 9. cap. 2. Petrus Lombardus, dictus communiter Magister Sententiarum, in 4. dist. 1. D. Bonavent. ibidem. D. Thomas 3. p. 60. art. 1. & 2. aliique posteriores: unde merito hanc veritatem tanquam certam proponunt plura Concilia, præsertim Constantiense, Lateranense, Florentinum, & Tridentinum, quam idcirco etiam rectissime tradit Catechismus in textu §. 4. & sequentibus. Ad cujus uberiorem probationem consuli possunt Auctores, maxime Salmanticenses Scholastici tom. 11. tract. 22. disput. 1. dub. 1. §. 2. nam. 5. pag. 10. & sequentibus.

16 Altera Conclusionis pars, nempe Sacramenta veteris, ac novæ legis univoce convenire in ratione Sacramenti, negatur à multis, sed tamen probabilior nobis videtur. Nam juxta Florentinum in decreto unionis, Tridentinum sess. 7. can. 2. & Catechismus hic §. 3. in fine, Sacramenti nomen æque convenit Sacramentis veteris, ac novæ legis, & sic absolute vocantur communiter à Theologis; atqui hoc non ita foret si antiqua Sacramenta non univoce convenirent cum nostris. Quæ enim analogice tantum vocantur, semper proferuntur cum addito, ut pes montis, risus prati, sanitas urinae, &c. Præterea: Sacramentum in communi, juxta definitionem D. Thomæ supra traditam, est *signum rei sacræ sanctificantis nos*; sed hoc etiam habebant vetera Sacramenta; nam ad hoc fuerant instituta, ut gratiam à Deo in eorum receptione collatam significarent: quod clare patet in circumcissione.

17 Unde vetera Sacramenta non solum significabant Christum venturum, & Sacramenta nova, sed insuper gratiam justificantem tunc temporis impertitam; si enim

B 2

pri

primum unice præstitissent, sequeretur matrimonium in statu innocentie etiam fuisse Sacramentum, cum jam tunc significaret unionem Christi cum Ecclesia, ac unum ex Sacramentis futuris in nova lege. Sequeretur etiam omnia, quæ teste Apostolo, in figuris contingebant Judæis, fuisse Sacramenta, quod nec ipsi adversarii nostri admittunt. Tandem; lex vetus, & nova univoce conveniunt in ratione legis: quidni ergo & Sacramenta? Ad alias probationes videri possunt laudati Salmanticenses Scholastici eodem tomo 11. tract. 22. disput. 1. dub. 4. §. 1. num. 67. pag. 45. & sequentibus. Pro contraria vero acriter dimicat Thomas Madalena tom. 2. Tyrociniæ Moralis tract. 1. q. 1. art. 6. à pag. 27.

Hic etiam proponi potest Scholastica ista conclusio admodum celebris, & controversa: *Sacramenta nova legis non solum moraliter, sed & physice instrumentaliter gratiam justificantem efficiunt.* Quam in fine sequentis prælectionis probabimus, ac vindicabimus.

## PRÆLECTIO II.

### De Sacramentis in genere,

ad expositionem cap. 1. 2. partis Catechismi Conc. Trid. à §. 10. ad 13.

1. **Q**uemadmodum admirabilis in omnibus Deus, in creaturarum formatione, ab Apostolo figuli ad instar proponitur, qui vasa varie pro suo libito fingit; (a) ita in homine reparando, sapientissimi medici similitudinem gerit, qui ad pristini anguis extrahendum ab homine virus, & ad alia mortalia vulnera sananda, divina antidota, saluberrima pharmaca, suomet sanguine de-

(a) Ad Romanos 9. v. 21.

linita sapientissime propinavit. Talia profecto sunt Ecclesiæ Sacramenta, de quibus erudite pro more agitur in Catechismo Concilii Trident. 2. part. cap. 1. cujus quatuor paragraphos, à 10. scilicet ad 13. hodierno sole explanandos accepi, idque sine mora præstabo in nomine Patris &c.

2. Dei, coeliturumque juvamine fretus, quatuor designatos Catechismi paragraphos tripartita oratione complectar. Prius enim litteram Catechismi brevi Synopsis ob oculos ponam; deinde eam fusius pro mea tenuitate discatiam; postremo, si tempus nondum fuerit elapsum, conclusionem proponam, probabo, defendam. Utinam feliciter!

3. Primum igitur ordiamur dicendo sic incipere litteram textus §. 10. *Sed quemadmodum signa &c.* i. a vero finire §. 13. *Omnibus persuadeant.* His quatuor paragraphis prosequitur Catechismus incceptum de Sacramentis institutum; cumque in antecedentibus ex Augustino dixerit Sacramentum esse sacræ rei signum, & quid nomine signi intelligatur ostenderit; nunc §. 10. quid per rem sacram designetur exponit, dicens his vocibus significari gratiam, quæ nos Sanctos efficit. Quod uberius explicat §. sequenti, aliam asserens clariorem Sacramenti descriptionem, quam nec Sanctorum imagines, nec cruces, nec alia id genus signa participant, ideoque Sacramenta non sunt. §. 12. tradit omnia Sacramenta tria significare, præterita, præsentia, & futura; passionem scilicet Christi Domini, gratiam sanctificantem, & gloriam celestem; idque confirmat exemplo baptismi. §. 13. & ultimo ex assignatis, asserit Sacramenta non unam tantum rem præsentem significare, sed plures; nam præter gratiam, quam communiter singula denotant, aliud etiam peculiare figurant, ut apparet in Eucharistia, quæ nedom gratiam, sed corpus etiam, & sanguinem Christi designat. Hic est Catechismi scopus, & hujus dissertationis argumentum, quod fusius venit elucidandum,

ut

ut secundo loco facturos pollicebamur, & nunc pro viribus exequemur.

4 In primis itaque dicimus cum Catechismo, & communi Catholicorum sententia, Sacramenta significare rem sacram, id est, gratiam sanctificantem, & omnium divinarum virtutum habitu exornantem; sicque omnes hereticorum definitiones reiicimus. Sacramentum enim definitur à Luthero, *Promissio gratiæ externo signo annexa*: à Melancthone, *Externum signum, cui promissio gratiæ annexa est*: ab Herbrando, *Symbolum, seu sigillum quo applicatur promissio gratiæ*: à Calvino, *Externum signum benevolentiae, qua Dominus nos prosequitur, & nos vicissim pietatem erga eum nostram protestamur*: à Zuinglio, *Oppignoratio, qua se homines obligant Christo, ejusque religioni dant nomen*: à Phanaticis, *Signum institutum ad discernendum populum Christianum à Pagano & Judæo*: ab Anabaptistis tandem, *Signum bonorum operum quæ pro Christo facere debent Christiani*. Quæ quidem hereticorum definitiones nihil aliud sunt quam inania verba Sacramenti naturam non explicantia, sed implicantia; nullam enim in eis agnoscunt sanctificandi virtutem, quod est munus præcipuum Sacramentorum.

5 Quare Catechismus §. 11. exactissime Sacramentum describit his verbis: *Res sensibus subjecta, quæ ex Dei institutione, sanctitatis & justitiæ tum significandæ, tum efficiendæ vim habet*, qua explicantur aliæ definitiones ab Augustino traditæ §. 4. Sacramenta igitur à Deo instituta sunt tum in lege naturæ, tum in lege scripta, tum in lege gratiæ, non unice ad excitandam fidem, ut volunt heretici; sed ut medijs sensibilibus elementis gratiæ conferretur hominibus. Sunt enim Sacramenta ut initio dicebamus, quædam spiritualia medicamina ad salutem hominis divinitus ordinata. Sic post Adæ lapsum, seu in statu legis naturæ Sacramenta agnoscit D. Augustinus lib. 5. contra Julianum, &

D.

D. Thom. 3. p. q. 61. art. 3. quibus parvuli ab originali labe redderentur immunes. In statu legis Mosaicæ erant circumcisio, comestio agni paschalis, Sacerdotum inauguratio, & alia plura. (a) In lege nova sunt septem à Christo Domino instituta, & omnibus fidelibus nota.

6 Hæc autem Sacramenta conferre gratiam, ut ait Catechismus, & non tantum excitare fidem, ut perperam dicunt heretici, facile demonstratur. Non enim excipiant fidem in parvulis, quibus impertiuntur. Quomodo enim Circumcisio in lege veteri, & baptismus in nova infantibus ratione carentibus actualem fidem præstare possunt? Non me latet somniasse Lutherum parvulos actu credere dum baptizantur. Sed Lutheri somnium Sectarios multis vigiliis fatigavit, ac confusione replevit. Nam aliter illud interpretatur Leonardus Hutterus in compendio locorum Theologiæ, cap. 20. Aliter Philippus Melancthon in locis communibus anni 1558. titulo de Baptismo parvulorum. Aliter David Chythræus in Catechismo anni 1589. cap. 7. de baptismo; qui omnes & à Luthero, & à se ipsis dissentiunt; quin valeant ab Anabaptistarum morsibus, & à Catholicorum irrisionibus liberari. Sed in impugnatione hujus erroris nolo amplius detineri. Videantur D. August. epist. 57. ad Dardanum c. 7. & lib. 4. contra Donatistas cap. 24. & Catholicis Scriptores, qui adversus Hæreticos agunt.

7 Rursus Sacramenta non excitare fidem in adultis, sed eam jam excitatam supponere, patet ex Scriptura: dicitur enim Marci 16. : *Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit condemnabitur*. Et Matthæi 28. v. 1. ait Christus Apostolis: *Docete omnes gentes, baptizantes eos, &c.* Quod etiam colligitur ex actibus Apost. cap. 2. v. 36. ubi postquam Petrus in concione die festo Pentecostes Judæos exci-

tas-

(a) Vide Natalis Alexander dissert. 3. in quartam mundi ætatem art. 4.

tasset ad fidem, mox ad baptismum suscipiendum cohortatus est. Et ibidem cap. 8. v. 35. refertur Eunuchus inquiring: *Ecce aqua, quis prohibet me baptizari?* Dixit autem Philippus: *Si credis ex toto corde.* Quibus Scripturae locis ostenditur fidem pramittendam esse adultis ante receptionem Sacramentorum, ne Sanctum detur cibus.

8 Colligitur etiam ex sacris litteris Catechismi doctrina dicentis: Sacramenta non solum esse signa gratiae, sed etiam causas. Nam Joanh. 3. v. 5. habetur: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto non potest introire in regnum Dei.* Actorum 2. v. 48. *Baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum vestrorum.* Et ibidem cap. 22. v. 16. *Exurge, & baptizare, & ablue peccata tua.* Similiter loquuntur Eccl. Patres. Ne nimis diffundat solum Justinum Martyrem, & Augustinum adducam. Primus in apologia ad Antoninum Imperatorem sic ait: *Nos baptizantur ut remissionem commissorum peccatorum consequamur.* Secundus vero tract. 80. in Joann. num. 3. exclamat his verbis: *Unde tanta virtus aquae, ut corpus tangat, & cor abluat?* Quibus fundamentis, allisque permultis attendens Tridentina Synodus sess. 7. can. 5. 6. & 7. anathemate percutit dicentes Sacramenta novae legis instituta tantum esse propter solum fidem nutriendam, & non continere, neque conferre gratiam illa rite suscipientibus. Quod insuper evincitur hac ratione: si significare gratiam, vel excitare fidem sufficeret ad Sacramentum, sequeretur imagines, cruces, & alia hujus generis esse Sacramenta; at hoc nedum Catechismo, & Catholicis omnibus, sed ipsis etiam haereticis adversatur: ergo significare gratiam, vel excitare fidem non satis est ad rationem Sacramenti; sed requiritur etiam conferre gratiam digne recipientibus: unde Sacramenta non sunt signa mere speculativa, sed practica efficientia id ipsum quod principaliter significant.

Gra-

9 Gravis tamen inde oritur difficultas inter Theologos, an id conveniat Sacramentis veteris legis; nam de Sacramentis novae legis nullum inter nostrates est dubium. Quidam enim dicunt de ratione Sacramenti in communi non esse significare, & conferre gratiam perfectam, sed solum legalem, ac imperfectam secundum statum legis cujus sunt Sacramenta; & ita eam contulisse Sacramenta Mosaica. Alii censent sufficere gratiam perfectam significare, non tamen tunc conferendam, sed in alio statu, & tempore; eamque significasse Sacramenta antiqua communicandam in lege nova. Alii tenent haec omnia non satis esse ad veram Sacramenti rationem, sed debere perfectam gratiam significare, & simul conferre, quod ultimum non habebant Sacramenta veteris legis, & ideo ab Apostolo vocantur infirma, vacua, egena; tanquam Sacramenta impropria. Alii tandem asserunt Sacramentum in communi debere gratiam justificantem designare, ipsamque conferre, vel virtute propria divinitus eis collata, ut evenit in Sacramentis legis novae, vel saltem à Deo in actuali receptione, ut in Sacramentis veteribus; sicque Sacramenta veteris, & novae legis aequae venire in ratione Sacramenti, solumque differre in modo gratiam conferendi.

10 Hæc ultima sententia videtur aliis probabilior. Non enim sufficit ad rationem Sacramenti significatio, & collatio gratiae tantum legalis, nam in veteri lege plures erant caeremoniae, & expiationes, quae legalem munditiam conferebant, & tamen non erant propria Sacramenta, quemadmodum in nova lege non sufficit imperfecta, ac dispositiva sanctificatio, ut consecratio altarium, vasorum Ecclesiae, benedictio aquae &c. quae à ratione Sacramenti excluduntur. Sicque confutata manet prima sententia. Secunda autem dicens satis esse ad rationem Sacramenti significare gratiam alio tempore conferendam, rationi repugnat, alias matrimonium in statu in-

Tom. II.

C

no-



nocentiz fuisset Sacramentum, cum significaret gratiam à Christo Ecclesia communicandam; sequeretur etiam infinita fuisse Sacramenta Mosaica, cum omnia illius legis in figura representarent futura in lege nova, ut ait Apostolus. Tertia sententia negans Sacramenta antiqua esse proprie Sacramenta, quia per illa solum figurabatur gratia, non vero conferebatur, nobis etiam displicet, nam etsi gratia per ipsa Sacramenta non conferretur virtute propria, conferebatur tamen à Deo in actuali receptione illorum, ut patet in circumcissione, quod jam sufficit ad rationem Sacramenti.

11. Nec obstat Apostolus antiqua Sacramenta vocare vacua, egena, infirma; quia vel intelligitur de Sacramentis minus propriis, & instar Sacramentalium, vel de ipsis in se consideratis, vel respectu ad nostra, quæ abundantius, facilius, ac perfectius gratiam conferunt quam antiqua, cum illam producant ex opere operato active, quod vetera non præstabant. Pro ejus clariori intelligentia advertere placet, gratiam communicari posse tripliciter, scilicet ex opere operantis, ex opere operato passive, & ex opere operato active. Primo modo habetur ratione dispositionis subjecti, ut evenit in contritione; secundo modo tantum à Deo provenit, qui motus exteriori signo ad divinum cultum destinato, gratiam hominibus elargitur, quamvis illa signa in se vim sanctificandi non habeant. Tertio modo producit gratia ex opere operato active, id est, virtute intrinseca, & efficaci ejusdem Sacramenti. Tres isti modi explicari possunt exemplo ignis qui accendi valet: primo, contusione mallei cum include, aut chalybis cum silice; secundo, mediante vitro ustorio solaribus radiis applicato; tertio, virtute alterius ignis. Primus modus comparatur contritioni; secundus, Sacramentis veteris legis, saltem circumcissioni; tertius, Sacramentis novi foederis.

12. Mediis ergo Sacramentis antiquis, Deus gratiam infundebat, ut cum Augustino, Gregorio, aliisque

que Patribus de circumcissione loquentibus tenet communior (a). Sed quidquid sit de preiscis, veteribusque Sacramentis; certum est Sacramenta novæ legis gratiam conferre non ponentibus obicem, ut supra diximus, & abunde probavimus; quapropter ridendus est petulantissimus Calvinus dum lib. 4. institut. cap. 14. ait; *Schola sophisticæ magno consensu tradiderunt Sacramenta novæ legis justificare, & conferre gratiam, modo non ponamus obicem peccati mortalis.* Non enim id docent Scholæ sophisticæ, sed Scripturæ sacræ, Divina Traditio, antiquissimi Patres, consensus Ecclesiæ tum Latine, tum Græcæ, ac Conciliorum decreta, maxime Tridentini sess. 7. can. 8. dicentis: *Si quis dixerit per ipsa novæ legis Sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, anathema sit.*

13. Nec est cur fremant hæretici insurgentes contra has voces *ex opere operato*, tanquam barbaras, inauditas, noviter adinventas. Hæc enim est communis cantilena hæreticorum. Ariani conquerebantur de voce *Omnipotens*, quam apposuit Nicæna Synodus; Nestoriani de voce *Theotocos*, quam protulit Synodus Ephesina; Berengarius de voce *Transubstantiatio*, quam adhibuit Concilium Lateranense quartum. Jam igitur habent Novatores quos imitentur dum conqueruntur de Tridentino utente his vocibus, *ex opere operato*. Quæ licet ad amussim latinè sermonis exarata non forent, nihil referret (b); diceremus enim cum Augustino in Psalm. 138. num. 20. *Melius est ut nos reprehendant grammatici, quam ut non intelligant populi.* Ideoque præfatis vocibus utimur post Innocent. III. Div. Thomam, & alios, ad clarius exprimendum Ecclesiæ Sacramenta propria habere sanctificandi virtutem, ex ministrantium,

C 2

aut

(a) Vid. Berti tom. 3. lib. 30. cap. 3. proposit. 3. Sayrus, Salmanticenses, & alii. Consultatur quoque Calugetus tom. 2. dissert. de effectibus Circumcissionis pag. 149. & Cl. Ledraia contrariam tenens. (b) Vid. Berti lib. 30. cap. 19. autè proposit. 1.

aut suscipientium meritis minime dependentem. Quod jam pridem docuerat Augustinus lib. 4. contra Cresconium cap. 16. num. 19. de Baptismo loquens his verbis: *Non eorum meritis à quibus ministratur, aut eorum, quibus ministratur, constare baptismum, sed propria sanctitate, atque virtute, propter eum à quo institutus est.*

14. Sileant ergo hæretici, & imitari desinant rabidos canes, jactos in se lapides corrodentes; nec eorum auribus male sonent verba minime profana, quibus obscena, blasphema, ac impia tantopere placent. Sed insistent adhuc Sectarum, & non jam præfatas voces, sed ipsarum significatum furiose proscindunt, dicentes, incaute prosum à Tridentino usurpari hos terminos *ex opere operato*, quibus & fidei, & aliarum dispositionum necessitas tollitur. Qui autem ita obijciunt, *volentes legis Doctores esse*, ut ait Apostolus, *non intelligunt quæ legunt, neque de quibus affirmant.* Cum Tridentinum expressissime doceat sess. 14. c. 3. absolutionem absque bono suscipientium motu peccata nequaquam remittere; & sess. 6. de justificatione cap. 5. & 6. varias dispositiones ad baptismi effectum prærequisitas sigillatim recensent. Præterea, quis iudicii compos ignorat causis etiam naturalibus esse innatam vim producendi effectum, ut aquæ abstergerendi sordes, igni subjectam materiam comburendi; etsi non laventur, nec comburantur corpora contrariis dispositionibus constituta, puta laterem crudum, lignum viride, & similia?

15. Verum ad textum litteram redeamus. §. ergo 12. ait Catechismus: Sacramenta non solum significare gratiam, quam producant, sed etiam passionem Christi Domini, & gloriam coelestem. Sicque significant præterita, presentia, & futura; ideoque merito vocantur à Div. Thoma signa rememorativa, demonstrativa, atque prognostica. En verba Sanct. Doctoris ex 3. part. q. 60. art. 3. „ Sacramentum est rememorativum ejus „ quod præcessit, scilicet passionis Christi, & demonstra- „ ti-

„ tivum ejus quod in nobis efficitur per Christi passio- „ nem, scilicet gratia, & prognosticum, id est, prænuntia- „ tivum future gloriæ. „ Quod recte probatur exemplo baptismi; qui, teste Apostolo, ad Rom. 6. mortem Christi commemorat, novitatem vitæ ostendit, & ejus resurrectionem designat; qua similes erimus ei, à quo complantati sumus. Quæ significationes in aliis etiam Sacramentis reperiuntur. Si quis autem obijciat, rem plura significantem esse æquivocam, & occasionem erroris; facile respondetur cum Divo Thoma, id verum esse quando plura significata non sunt inter se subordinata; non vero si habeant inter se connexionem. Unde sicut in Sacra Scriptura sunt plures sensus, quin propterea sit causa erroris, ita in Sacramentis sunt plura significata quin æquivocationem pariant, ob summam, quam inter se habeat, connexionem. Sunt enim ordinata ad salutem hominis, ejusque causæ. Nam passio Christi est causa efficiens, gratia causa formalis, & gloria causa finalis.

16. Præter tria dicta significata omnibus Sacramentis communia, sunt etiam alia singulis propria, ut advertit Catechismus §. 13. & ultimo explanandorum: Eucharistia enim denotat realem corporis, & sanguinis Christi presentiam; in baptismo, confirmatione, & ordine designatur character; in matrimonio, unio Christi cum Ecclesia, et similiter in aliis aliæ significationes ultra superius assignatas facile reperiuntur. Sed ex his omnibus principalis est gratia, seu effectus sanctificationis, ut ait Divus Thomas in 4. distinct. 1. quæst. 1. art. 1. q. 1. ad 4. Et quavis forma consecrationis in Eucharistia clarius videatur significare corpus, & sanguinem Christi, attento grammaticali verborum sensu, Theologicè tamen principaliter significatur gratia, quia ad eam fidelibus communicandam ordinatur. Similiter dicendum est de forma Sacramenti ordinis, quæ in verborum cortice solum designat potestatem collati Ordinis, principaliter tamen significatur gratia ministris Ecclesiæ sancti-

etificante. Hæc satis erunt pro explanatione literæ Catechismi, & pro secundo à nobis supra promisso.

17 Ad ultimum ergo devenientes, hanc proponimus conclusionem: *Sacramenta novæ legis physice instrumentaliter gratiam conferunt subjectis recte dispositis.* Hæc thesis, in Scholis admodum agitata, expresse colligitur ex Catechismo in præsentî capite §. 3. & sequentibus, sed maxime §. 27. atque videtur Scripturæ, Patribus, & rationi conformior. Scriptura enim loquens de Sacramentis novæ legis, ipsis influxum tribuit plusquam moralem: ut dum Apostolus ad Ephesios 5. vers. 26. ait: *Mundans illam lavaero aquæ in verbo vitæ.* Et ad Titum 3. vers. 5. *Salvos nos fecit per lavaacrum regenerationis.* Omissis plurimis aliis; atqui particula *in*, & particula *per*, hic physicum influxum designant, sicut dum Joannis 1. vers. 3. dicitur: *Omnia per ipsum facta sunt.* Quod insuper probari potest per multis testimoniiis Patrum, legitimorum Scripturæ interpretum, à quibus nihil frequentius, quam baptismalem undam vim habere divinam ad sanctificandam animam, sicut naturalem habet ad abluendum corpus; aut producendos pisces: sicut embryo ad efformationem hominis: sicut uterus virginalis, Almò Spiritu fecundatus, ad generationem Christi. Ut videre est apud Tertullianum lib. de baptismo cap. 4. apud Chrysostomum cap. 3. in Joann. & homilia 25. apud Magnum Leonem sermone 4. & 5. de Nativitate Domini, & apud alios; unde Augustinus tract. 80. in Joan. merito admiratur inquis: *Unde tanta virtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat?* Quæ verba non forent admiratione digna, si baptismus tantum esset causa moralis gratiæ: ergo, ne Scripturæ, & Patrum auctoritates violenter ad arbitrium nostrum flectamus, fateri debemus: *Omnipotentis Dei virtutem in Sacramento inesse, qua id efficiant, quod sua vi res ipsa naturales præstare non possunt*, ut ait Catechismus in fine paragraphi 27. supra citati, & late pro-

probat Doctor Angelicus 3. part. quæst. 62. art. 1. & sequentibus.

18 Accedunt etiam plurimæ rationes, nos autem, ne nimium diffidamus, paucis contenti erimus. Prima traditur in Catechismo hic §. 29. dicente excellentiorem, ac præstantiorem vim Sacramentis novæ legis inesse, quam olim veteris legis sacramenta habuerunt; sed hæc moraliter gratiam tribuebant, ut dictum est supra, quatenus scilicet in eorum receptione merita Christi venturi applicabantur: ergo Sacramenta novæ legis nedum moraliter, sed & physice gratiam conferunt. Quod colligitur etiam ex Florentino, & Tridentino eandem differentiam statuentibus inter Sacramenta antiqua, & nova. Idem amplius sequenti dilemmate confirmatur: si Sacramenta novæ legis non conferrent physice gratiam, vel esset quia Deus id eis præstare non potuisset, vel quia noluisse; atqui neutrum dici valet. Non primum: nam concursus physicus gratiam instrumentaliter producens non repugnat Sacramentis. Si enim fieri potest ignem corporeum virtute Dei effectum spirituales producere in demonibus, & animabus damnatis; quidni poterunt Sacramenta à Deo mota spirituales effectum in animam immittere, ut divinæ bonitati serviant, sicut ignis servit divinæ justitiæ?

19 Scio equidem quosdam Theologos constituentes gratiam in esse substantiæ spiritualis ut Maignanus, vel in actione Dei permanente, ut ejus discipulus Saguensius (a), negare possibilem influxum physicum Sacramentorum. Sed istud systema aliis merito displicet, & à Sacra Indicis Congregatione reprobatum est die 4. Februarii anni 1709. ut Amortius, Michael à Sancto Josepho, alique testantur (b). At, demus, absque veri-

(a) Vid. Perrimezzi part. 6. dissert. 318. pag. 183. (b) Vid. Eusebius Amort tom. 2. Theolog. Electicæ, disput. de accidentibus Eucharisticis pag. 96. post object. 4. & Michael à Sancto Josepho in Bibliograph. critica tom. 3. verbo *Joannes Baptista Berni*, pag. 9.

tatis dispendio, gratiam esse substantiam spiritualem: unde, quæso, probabitur eam virtute divina non posse produci à Sacramentis? poterit sane educi de potentia, ut dicunt, obedientiali animæ, sicut in nostra sententia educitur qualitas. Et licet crearetur, etiam Sacramenta possent influere physico, uniendo ipsam cum anima, quemadmodum homo quin producat animam generat alium hominem; & Beata Virgo quin genuerit Verbum divinum, vere dicitur mater Dei.

20. Quod vero Deus eam virtutem præstare voluerit Sacramentis novæ legis, prono alveo fluit nedum ex Scriptura, Conciliis, & Sanctis Patribus supra laudatis; sed etiam ex ipsis quorundam Sacramentorum formis, quarum verba sine influxu physico gratiæ, vix, ac ne vix quidem, explicari commode possent. Ad veritatem enim formæ Sacramenti Pœnitentiæ requiritur, ut Sacerdos vere, & reapse nomine Christi peccata dimittat cum dicit *ego te absolvo*, quod non faciet, nisi gratiam peccati remisivam physice producat. Si enim Sacerdos per illa verba Deum tantum præmoveat ut gratiam imperiatur, forma illa non erit judicialis, sed deprecatoria, quod est contra communem. Idem non minus ex verbis colligitur consecrationis, ad quorum veritatem plane requiritur, ut ad panis viniq; conversionem physice influant. Cum enim verba illa in persona Christi proferantur, ut ait Div. Thomas 3. part. q. 78. art. 4. opus est ut sicut Christus mirabilem illam transubstantiationem operatus est, ita verba in persona ejus prolata eodem modo concurrant. Ad uberiorem hujus thesis probationem consulti possunt Gonetus, Sylvius, Contensonus, Salmanticenses Scholastici, Madalena, Ledruin, Gotti, Billuart, aliiq; complures. Pro coronide non abs re futurum arbitror, in tyronum gratiam, præcipuas objectiones scholastico more proponere, breviterque dissolvere, ut minus feriant adversariorum jacula jam utcumque prævisa.

Ar-

Arguitur itaque 1: Divus Hieronymus lib. 3. Commentarii in 16. Matthæi caput ait: „Sicut Sacerdotes antiquæ legis leprosum mundum, vel immundum faciunt; sic peccatores alligat, vel solvit Episcopus, & Presbyter.“ Ergo non physice illos justificat per Sacramenta.

Respondetur, hoc argumentum nimis probare, cum probet per Sacramenta novæ legis, nec moraliter quidem conferri gratiam, sicut nec munditia, vel immunditia lepræ per Sacerdotes Mosaycos; unde in forma, ut Schola loquitur, distingo antecedens: ita peccatores alligat, vel solvit Episcopus, & Sacerdos; sumta similitudine quantum ad obligationem observandi præscripta, concedo; quantum ad virtutem, & potestatem, nego. Sicut enim Sacerdotes Mosayci attendere debebant ad legem Levitici 14. ut circa leprosum suum munus rite obirent: ita etiam Evangelicæ Sacerdotes attendere debent ad omnia quæ Christus, & Ecclesia jubent, ne sanctum detur canibus, vel indignis administraretur. Hieronymus enim ibi solum intendit reprehendere Sacerdotes præsumentes habere potestatem independentem, & non meros esse ministros, ac dispensatores mysteriorum Dei.

Arguitur 2. Justificatio est opus nobilissimum creatione; sed nihil potest esse instrumentum physicum ad creandum, ut docet D. Thomas: ergo neque ad justificandum.

Respondetur, distingo majorem: est opus nobilissimum ex parte termini, concedo; ex parte modi producendi, nego. Et ad præcavendam aliam objectionem, advertere oportet, gratiam non creari, sed educi de potentia obedientiali subjecti. Creatio enim non est nisi entium per se subsistentium, ut asserit D. Thomas.

Arguitur 3.: Sacramenta conferunt gratiam applicanda merita passionis Christi; sed hæc solum sunt causa moralis gratiæ: ergo etiam illa.

Tom. II.

D

Res-

Respondetur, nego minorem, cum Divo Thoma 3. p. q. 62. art. 5.

Arguitur 4. Operari moraliter nobilior est, quam operari physice; nam reges moraliter operantur, ministri physice; atqui Sacramentis tribui debet nobilior operandi modus.

Respondetur, distingo majorem: operari effectus mechanicos, & ordinarios, concedo; præcipuos, & admirandos, nego: unde præclara facinora, & heroica facta non tribuuntur causæ morali, sed physica.

Arguitur 5. Instrumentum physicum debet habere actionem sibi propriam, qua dispositive operetur ad effectum principalis agentis; sed hanc non habent Sacramenta, sicut nulla creatura ad creandum, ut docet D. Thomas supra citatus; ergo non sunt instrumenta physica gratiæ.

Respondetur, distingo minorem: hanc non habent Sacramenta, ex parte rei operatæ, concedo: ex parte modi operandi, nego. Quia Sacramenta habent propriam operandi actionem, ut aqua ablundi naturaliter corpus, & supernaturaliter animam; ac similiter de chrismate, oleo, aliisque Sacramentis virtute divina elevatis ad illam productionem. Creatio vero cum sit totius entis productio, ad quod nulla prævia dispositio dari potest, ideo nulli creaturæ concedi valet.

Arguitur 6. Nihil corporale agere potest in spirituale: ergo nec Sacramenta in animam.

Respondetur, distingo antecedens: virtute propria, & naturali, transeat: virtute instrumentali ac supernaturali, nego. Sic ignis inferni agit in damones, *veris, ac miris modis*, ut ait Augustinus.

Arguitur 7. Virtus Sacramentorum nequit esse spiritualis, quia hæc recipi nequit, in subjecto corporeo; neque corporea, quia ista rem spiritualem producere nequit.

Res-

Respondetur, distingo antecedens: nequit esse spiritualis completa, & terminata, concedo: vialis, & incompleta, quæ datur ut transeunter sit in subjecto corporeo, nego.

Sed contra: ista virtus spiritualis, quamvis incompleta, existeret existentia corporea; utpote accidens; atqui hoc repugnat.

Respondetur, distingo majorem: Si reciperetur in subjecto corporeo quatenus corporeum, concedo: quatenus ens, nego.

Instatur iterum: accidens corporeum, etiam vile, nequit recipi in subjecto spirituali: ergo neque accidens spirituale in subjecto corporeo.

Respondetur, nego consequentiam; disparitas est, quia accidens corporeum necessario exigit subjectum corporeum, & extensum, quale non est spirituale: accidens vero spirituale non exigit subjectum inextensum, sed potest esse in toto, & in qualibet parte, sicut anima.

Arguitur 8. oculus corporeus nequit elevari ad videndum spiritum: ergo neque Sacramentum ad producendam gratiam.

Respondetur, nego consequentiam, & paritatem, quia oculus est potentia vitalis, sicque operari debet per modum causæ intrinsicè se moventis, & non motæ ab alio; quod non convenit Sacramentis.

Arguitur 9. nequit assignari in qua parte Sacramenti recipiatur illa virtus: ergo perperam propugnatur.

Respondetur 1. insto argumentum: nequit assignari quo instanti generetur foetus, qua in urbe natus fuerit Homerus, aliæque sexcenta.

Respondetur 2. nego antecedens: nam juxta D. Thomam 3. p. q. 62. art. 4. virtus illa recipitur in rebus, & verbis; quatenus ex ipsis efficitur Sacramentum, ita ut sit in materia, & forma simul.

Sed contra: præfata virtus recipi nequit in omnibus

D 2

bus

bus verbis, quia cum successive deferantur, esset divisibilis; neque in ultimo, quia dum desinit, omnia jam effluerunt: igitur rejicienda est.

Respondetur hoc argumentum, quo adversarii quidam mirifice sibi plaudunt, nobis simillimum esse videtur illi sophismati, quod Herophilus medico proponebat Diorus Sophista dicens, non dari motum, quia vel corpora moverentur ad locum ubi sunt, vel ad locum ubi non sunt; primum esse non posse, cum corpus quiescat dum extat in loco suo; neque secundum, cum nemo valeat operari ubi non est. Quem optime irrisit Herophilus lepida responsione tradita ab Illustrissimo Feijoo, tom. 8. Theatri critici, discursu 1. §. 5. num. 18. Sed brevior fuit tacitum responsum Diogenis eandem Zenonis, ni fallor, audientis fallaciam, atque surgentis à sede, & coram ipso deambulantis, quo motum corporum nedum possibilem, sed etiam existentem esse ostendit.

His tamen, aliisque omissis, in præsentia sufficiat Achillem illum variis retortionum telis talo infixis confodere. Primo: virtus quæ est in motu alterationis igni, ut introducat formam ignis, extat ne in omnibus partibus motus, an in aliqua? certe experientia docet ignem non introduci nisi usque ad ultimum instans alterationis. Secundo: si ratio illa valeret, Sacramenta nec moraliter quidem gratiam conferre possent, cum ad hoc debeant aliquando existere physice, ut Deus eorum intuitu moveatur ad infusionem gratiæ; at verò Sacramenta non existunt physice dum forma profertur, nec postquam prolata est: igitur numquam vere dici potest illa existere. Tertio denique: voces quibus loquimur, significant ne in principio prolationis, an in fine? hoc ultimum, opinor, dicent contrarii: quid ergo mirum idem evenire in Sacramentis, quod in omnibus entibus successivis? Exemplum istud de vocibus, aptissimum iudicio ad rem quæ de agimus explicandam, quid-

quidquid obijciant Vasquez, & alii. Quia voces sunt signum ad placitum, ita Sacramenta; non significant donec sint terminata, ita Sacramenta; sunt quid materiale, & ad spiritum perveniunt, ita Sacramenta; movent physice intellectum audientium, (quoniam audita voce, nisi ignoretur idioma, necessario percipitur significatum.) ita Sacramenta. Sed ad fusiorem hujus, aliorumque argumentorum solutionem, videantur auctores, præsertim supra laudati, ex quibus hæc qualiacumque contraximus; licet sint fortasse nonnulli ab hujusmodi scholasticis, & metaphysicis nimium abhorrentes, quibus respondemus cum Persio Satyra 5.

*Mille hominum species, & rerum discolor usus;*

*Velle suum cuique est, nec voto revivit uno.*

### PRÆLECTIO III.

#### De Ministro Sacramentorum,

ad exposit. cap. 1. 2. part. Catechismi Concilii Tridentini à §. 24. ad 26.

**S**i magnum olim erat solatium languentibus Hierosolymæ probatica illa piscina, etsi unum dumtaxat in anno sanaret, etsi expectandus esset Angelus Dei, qui aquas piscine moveret; quodnam gaudium, quæve lætitia non debet occupare corda fidelium, qui ad medelam animæ tot habent piscinas, quot sunt Ecclesie Sacramenta, quæ abundant saluberrimis undis manantibus ex fontibus Salvatoris? His enim impii cito, & absque mora, à peccatorum lepra abstergantur. His peccatores omnes super nivem dealbantur, quin debeant lavari septies sicut Naaman Syrus, quin indigeant Angelis, sicut infirmi piscine, quin careant hominè

bus verbis, quia cum successive deferantur, esset divisibilis; neque in ultimo, quia dum desinit, omnia jam effluerunt: igitur rejicienda est.

Respondetur hoc argumentum, quo adversarii quidam mirifice sibi plaudunt, nobis simillimum esse videtur illi sophismati, quod Herophilus medico proponebat Diorus Sophista dicens, non dari motum, quia vel corpora moverentur ad locum ubi sunt, vel ad locum ubi non sunt; primum esse non posse, cum corpus quiescat dum extat in loco suo; neque secundum, cum nemo valeat operari ubi non est. Quem optime irrisit Herophilus lepida responsione tradita ab Illustrissimo Feijoo, tom. 8. Theatri critici, discursu 1. §. 5. num. 18. Sed brevior fuit tacitum responsum Diogenis eandem Zenonis, ni fallor, audientis fallaciam, atque surgentis à sede, & coram ipso deambulantis, quo motum corporum nedum possibilem, sed etiam existentem esse ostendit.

His tamen, aliisque omissis, in præsentia sufficiat Achillem illum variis retortionum telis talo infixis confodere. Primo: virtus quæ est in motu alterationis igni, ut introducatur forma ignis, extat ne in omnibus partibus motus, an in aliqua? certe experientia docet ignem non introduci nisi usque ad ultimum instans alterationis. Secundo: si ratio illa valeret, Sacramenta nec moraliter quidem gratiam conferre possent, cum ad hoc debeant aliquando existere, physice, ut Deus eorum intuitu moveatur ad infusionem gratiæ; at verò Sacramenta non existunt physice dum forma profertur, nec postquam prolata est: igitur numquam vere dici potest illa existere. Tertio denique: voces quibus loquimur, significant ne in principio prolationis, an in fine? hoc ultimum, opinor, dicent contrarii: quid ergo mirum idem evenire in Sacramentis, quod in omnibus entibus successivis? Exemplum istud de vocibus, aptissimum iudicio ad rem, qua de agimus explicandam, quid-

quidquid obijciant Vasquez, & alii. Quia voces sunt signum ad placitum, ita Sacramenta; non significant donec sint terminata, ita Sacramenta; sunt quid materiale, & ad spiritum perveniunt, ita Sacramenta; movent physice intellectum audientium, (quoniam audita voce, nisi ignoretur idioma, necessario percipitur significatum.) ita Sacramenta. Sed ad fusiorem hujus, aliorumque argumentorum solutionem, videantur auctores, præsertim supra laudati, ex quibus hæc qualiacumque contraximus; licet sint fortasse nonnulli ab hujusmodi scholasticis, & metaphysicis nimium abhorrentes, quibus respondemus cum Persio Satyra 5.

*Mille hominum species, & rerum discolor usus;*

*Velle suum cuique est, nec voto revivit uno.*

### PRÆLECTIO III.

#### De Ministro Sacramentorum,

ad exposit. cap. 1. 2. part. Catechismi Concilii Tridentini à §. 24. ad 26.

**S**i magnum olim erat solatium languentibus Hierosolymæ probatica illa piscina, etsi unum dumtaxat in anno sanaret, etsi expectandus esset Angelus Dei, qui aquas piscine moveret; quodnam gaudium, quæve lætitia non debet occupare corda fidelium, qui ad medelam animæ tot habent piscinas, quot sunt Ecclesie Sacramenta, quæ abundant saluberrimis undis manantibus ex fontibus Salvatoris? His enim impii cito, & absque mora, à peccatorum lepra abstergantur. His peccatores omnes super nivem dealbantur, quin debeant lavari septies sicut Naaman Syrus, quin indigeant Angelis, sicut infirmi piscine, quin careant hominè

sicut Paralyticus Evangelii. Nam Deus Optimus Maximus, cujus perfecta sunt opera, hoc unum fecit hominibus valde bonum, dum statuit eos fore Sacramentorum ministros. De hoc pertractat Catechismus Concilii Tridentini 2. part. cap. 1. à §. 24. ad 26. quos hodierno sole enucleandos accepi, ut autem quæ mihi desunt vires, desursum veniant, Deum humiliter deprecor Patrem, &c.

2 Ne igitur confusse, ac inordinate procedam in hujus Prælectionis decursu, eam tribus partibus comprehendam. In quarum prima litterarum textus brevissime tradam. In secunda ipsam pro viribus commentabor. In tertia demum conclusionem proponam, probabo, defendam. Utinam exitus votis respondeat! Manus ergo, ut dicunt, operi admoventes, primam partem ordimur dicendo sic incipere litteram textus §. 24. *Sed quamvis Deus &c.* Ita vero finire §. 26. *adjuvante Deo consequantur.* In primis docet brevitè Catechismus Deum Sacramentorum auctorem ea noluisse per Angelos, sed per homines administrari, addens, non minus ministros, quam materiam, & formam requiri in Sacramentis; quod perenni Patrum traditione confirmat. Deinde tradit pravitatem ministrum virtutem Sacramenti non impedire; idque Augustini auctoritate, & arborum exemplo luculenter evincit. Ultimo tandem monet ministros Sacramentorum ea rite administraturos, quia licet illa valide conferant in peccato, æternam tamen perniciem, & mortem incurunt si sancta sancte, & religiose non tractent. Et hæc pro prima parte sint satis.

3 Ad secundam itaque transeamus, in qua explananda est littera textus. Primum igitur quod asserit Catechismus est, Christum Sacramentorum auctorem voluisse ministros eorum fore homines, & non Angelos. Apostolus enim prima ad Corinth. 4. ait: *Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Omnis namque Pontifex,* ait idem Apo-

sto-

stolus ad Hebræos 5. *Ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis que sunt ad Deum.* Missis aliis, quæ fuse tradunt Theologi cum Divo Thom. 3. p. q. 64. art. 4. Hoc autem intelligendum est de ministris ordinariis: nam sicut Deus non alligavit suam virtutem rebus corporeis, ita nec solis hominibus; sique potest etiam per Angelos sua mysteria dispensare; idque aliquando factum fuisse, variæ narrat historia. (a) Verum licet per bonos Angelos interdum administrata sint Sacramenta, numquam tamen per diabolum factum legisse memini; nec si ipse illa administraret, rata, habenda forent, ut docet D. Thomas in 4. dist. 5. q. 2. art. 3. quidquid dicat Lutherus lib. de abroganda Missa, qui cum eum amicum haberet, de quo stultissime gloriatur, non mirum quod ei fidem tribueret infidelissimus. Homines igitur viatores sunt ordinarii Sacramentorum ministri; quo nomine intelliguntur etiam laici, & mulieres, in Sacramentis ministerium ordinis non exigentibus: unde valide baptizant, & licite in casu necessitatis, quamvis stulte id neget Calvinus lib. 4. institutionum cap. 15. num. 20. qui alibi liberaliter eis concedit facultatem interpretandi Scripturam, quasi hoc sit illo facilis.

4 Nec pravitas ministri ei admittit potestatem, ut ait optime Catechismus: valide igitur Sacramenta faciunt tam peccatores, quam justi; & quod plus est, excommunicati, schismatici, atque hæretici eadem potestate pollent, dummodo debitum servent modum, nisi jurisdictio requiratur ab Ecclesia concedenda, ut in Sacramento poenitentia, quæ istis denegatur, saltem extra mortis articulum. Hanc Catechismi positionem docuit semper Ecclesia adversus Cyprianum, & alios

(a) Vid. Gonet. tom. 5. tract. de Sacrament. disput. 6. art. 1. §. 1. num. 5. pag. 92. Berti tom. 3. lib. 30. cap. 13. pag. 204. Prado, Salamanticensis, & alii.



quos Africanos; sed præsertim adversus plures hereticos id pertinaciter denegantes, ac veluti contemnentis facultatem administrandi Sacramenta, quam in eis agnoscebat ipsa Ecclesia. Nec sane mirum, quoniam nullus eorum vult iustitiam in domo sua; hoc est, nullus hereticorum talis haberi cupit: unde inquit rectissime Augustinus lib. 22. contra Faustum cap. 17. *Numquid est heresis que non veritatem se nominet? Et quanto est superbius, tanto magis se etiam perfectam nominat veritatem.* Id clarius visum est in Donatistis, qui se solos venditabant Catholicos; & ceteros omnes tanquam hereticos respuebant. Hi etiam fuerè præcipui, qui Sacramenta à malis collata, nulla & invalida effutiebant; tantoque ardore hanc hæresim propagarunt, ut ad eam extirpandam necdum Patres adlaborarint, sed etiam Romani Imperatores Constantinus magnus, Constans, & Honorius, ut ex ipso Augustino epist. 50. ad Bonifacium, aliisque plurimis constat.

Posterioribus sæculis ipsam suscitaverunt Henticiani, Waldenses, Albigenes, & Wiclefus, cuius est hæc propositio: *Si Episcopus, vel Sacerdos existat in peccato mortali, non ordinat, non consueit, non consecrat, non baptizat.* Cui adhæserunt Hussitæ, Anabaptistæ, & alii. Tandem reformatorum parens Lutherus, (qui omnes omnium hereticorum hæreses in unam fecit œmerinam confluerè, ut ait eloquentissimus Canus lib. 9. de locis cap. 3. & Illustrissimus Bossuetus multis in locis hist. variat.) alios inter errores hunc etiam luculenter, & lutilenter edocuit, dicens quamvis singuli fideles, & etiam femine sint Sacerdotes (a); malos tamen nullam habere potestatem administrandi Sacramenta. Sic lib. de potestate Papæ, ille qui alibi, ut supra diximus, fuit erga diabolum tam liberalis. Sed frustra

(a) Vid. Serry tom. 4. prælect. 5. & 6. de Sacramentis.

in hereticorum libris quaritur harmonia. Si hæc hæresis vera foret, quam pauca Sacramenta valide ministrassent Lutherus, & alii memorati! At missis istis erroneis, Ecclesiæ doctrina in Catechismo tradita de fide tenenda est, qua omnibus locis Theologicis probari potest, ac suaderi.

6 In primis enim ipsam aperte declarant plura Scripturæ testimonia, ex multis pauca producám. Joannis 1. v. 33. dicitur: *Qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu Sancto;* quem locum sapienter elucidat Augustinus tract. 5. in Joann. n. 11. & 18. Apostolus etiam 1. ad Corinth. 3. à Catechismo citatus hæc ait: *Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit: itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus.* Sicut ergo arboribus nihil obstat eorum improbitas, quorum manibus satæ sunt; ita nihil detrimenti percipiunt ministrantium culpa, qui Christo Domino inseruntur. Audiatur Optatus Milevitanus lib. 5. de Schismate Donatistarum pag. 87. pulcherrime istud exponens his verbis: „ Ut ostenderet, „ (Apostolus supra laudatus) quia hoc tantum Sacra- „ mentum baptismatis, Dei est, ut illic sibi nihil vin- „ dicet operarius, sic ait: *Ego plantavi*, hoc est, de „ pagano Catechumenum feci; *Apollo rigavit*, hoc est, „ ille Catechumenum baptizavit: sed ut cresceret quod „ plantatum, & irrigatum est, Deus fecit. Nam & „ quisvis hodie volens vineam suam pastinare, ope- „ rarium placita mercede conducit; qui curvato dorso, „ & desudatis lateribus fines terræ faciat, ubi deponat „ electa plantaria, & aquam calcatis scrobibus super- „ ducat: scrobem fodere, & plantaria ponere potest, „ aquam inducere potest, imperare ut teneat non po- „ test; est enim hoc solius Dei, de medullis palmitum „ producere radices coalescentes in terram, & gemman-

tes oculos, incrementa frondium provocare.

7 Accedit traditio, quam olim jam objecit Stephanus Pontifex Cypriano (apud Vincentium Lirinensem in commun. 1. num. 6.) his verbis: *Nihil novandum; nisi quod traditum est.* Et Augustinus lib. de baptismo cap. 9. dicens: *Consuetudinis robore tenebatur orbis terrarum, & haec sola opponebatur inducere volentibus novitatem.* Quae quidem traditio ad nos usque pervenit per Concilia, Pontifices, & Sanctos Patres. Sic Concilium Romanum anno 312. Arelatense I. sequenti anno celebratum. Nicænum I. habitum anno 325. omniumque veneratione receptum can. 8. statuit: *De his qui se nominant catharos, id est mundos, si aliquando venerint ad Ecclesiam Catholicam, placuit Sancto, & Magno Concilio, ut impositionem manuum accipientes, sic in Clero permanent.* Et Can. 19. solos baptizari jubet Paulinistas, qui baptismum evangelicis verbis non conferebant. Quos canones expendens Divus Hieronymus in dialogo contra Luciferianos hac tenet: *Synodus Nicæna omnes hereticos suscepit, exceptis Pauli Samosatensis discipulis, & quod majus est, Episcopo Novatianorum, si conversus fuerit, presbyterii gradum servat.* Similiter statueret Synodus Constantiensis contra Wiclefem, & Hussium sess. 8. ac Tridentina contra Lutherum, & alios sess. 7. can. 4. & 12. & sess. 14. can. 10. de poenitentia. Mitto Nicolaum I. Bonifacium VIII. Clementem V. Joannem XXII. Leonem X. aliosque Pontifices, qui suis definitionibus idem apertissime declararunt.

8 Patres nunc audiantur. Gregorius Nazianzenus orat. 4. in sanctum Baptisma sic ait: *Omnes qui baptizandi munere funguntur, idonei habeantur, quavis enim alius alium vixit probitate antecellit, eadem tamen baptismi vis est.* Clarius loqui videtur Chrysostomus homil. 8. in epist. ad Corinth. dicens: „Nunc etiam per indignos solet Deus operari, neque baptismati

„gra-

„gratiae quidquam laeditur à vita Sacerdotis. . . nihil enim avertit Sacerdos ad ea quae sunt proposita, sed „universum est opus Dei virtutis, & ille est qui nobis „exhibet mysteria.“ Ambrosius lib. de his, qui mysteriis initiantur cap. 5. subdit: *Non merita personarum, sed officia consideranda sunt Sacerdotum.* At minime praetermittendus est Augustinus, magnus inquam Augustinus à Catechismo laudatus, qui lib. 3. de baptismo contra Donatistas cap. 10. sic rem qua de agimus sapienter illustrat his verbis: „Non est aqua pro- „fana, & adultera super quam nomen Dei invocatur, „etiamsi à profanis, & adulteris invocetur; quia nec „ipsa creatura, nec ipsum nomen adulterum est. Ra- „pissimus vero Christi verbis evangelicis consecratus in „adulteris sanctus est.“ Et post pauca haec addit: „An ve- „ro solis, vel etiam lucernæ lux cum per cænoxa diffun- „ditur nihil inde sordidum contrahit, & baptismus „Christi potest cujusquam sceleribus inquinari?”

9 Isidorus Pellusiota Divi Chrysostomi verus discipulus lib. 3. epist. 304. inquit: „Nullo detrimento qui „suscepit sacrosancta mysteria afficitur, etiamsi qui „tribuit indignus esse videatur; neque incontaminata „mysteria conspurcantur, etiamsi Sacerdos omnes mor- „tales superet improbitate.“ Verba quoque Divi Bernardi, quibus Cevam ipsit Henricianorum Praefectum, dignissima sunt auditu. Ita ergo loquitur Doctor Mel-leus, sed haereticorum malleus, serm. 66. in cantic. num. 11.: „Apostolus erat Judas, & licet avarus, & „sceleratus, electus tamen à Domino. . . Audis eum „electum Apostolum, & exitisse diabolum, & negas „posse esse Episcopum qui peccator est? Super Ca- „thedram Moysi sederunt Scribae, & Pharisei, & qui „non obedierunt eis tanquam Episcopis, inobedien- „tiae rei fuerunt etiam in ipsum Dominum praeci- „pientem, & dicentem: quae dicunt, facite.“ Exemplum Judæ avertit etiam Catechismus in textu, & aliam

E 2

Au-

Augustini auctoritatem ex tract. 5. in Joan. qua evidentissime probat assertum. Ad quod videri etiam potest idem Sanctus Doctor tract. 6. in Joan. & alibi.

10 Eandem veritatem propugnant Doct. Seraphicus, & Angelicus. Primum in 4. dist. 5. art. 2. quæst. 1. sic ait: „ Est quoddam opus quod habet virtutem à caritate, vel voluntate internâ solum: quoddam quod habet ab institutione divîna. Primum opus est virtutis, & vitii; & à Deo pensatur secundum qualitatem voluntatis. Secundum est opus Sacramenti, & ideo pensatur secundum meritum, & dignitatem Christi instituentis; & tale semper remanet efficax, & impollutum, nec potest aliquo modo pollui, sicut nec mellorari; habet enim virtutem à Christo, non à ministro. Sicut semen jactum in terram æqualiter fructificat, sive sit bonus qui seminat, sive malus.“ Alter, seu Divus Thomas ibid. quæst. 2. art. 2. q. 1. in corpore dicit: „ Cum bonitas ministri non sit de substantia Sacramenti, quia non omnino certa est, sed quandoque ignorata, (ea autem quæ sunt de substantia Sacramenti oportet esse certa) patet quod subtracta bonitate ministri, adhuc est Sacramentum, dummodo alia quæ sunt de Sacramenti substantia observentur.“ Similia tenet Sanct. Doctor, 3. part. q. 64. art. 5. & alibi.

11 Ab aliis adducendis abstineo, tum quia supra dicta sufficiunt, tum quia alia dicenda se offerunt. Nolo tamen silentio præmittere similitudines aliquas à Sanctis Patribus traditas, quibus hæc veritas suadetur, quas hac ratione concludam: sic se habet iniquitas ministri respectu Sacramentorum, sicut infirmitas medici respectu curationis ægroti, sicut pravitas mercenarii respectu agri, quem colit, sicut sigilli metallum ad effigiem quam imprimit, sicut materia ex qua est confecta canalis per quam in hortum vehitur aqua; sed hæc omnia nihil obsunt nec infirmi curationi, nec agri fertilitati, nec ima-

imagini, nec aquæ, aut arboribus quæ irrigantur: igitur neque ministri pravitas obstat Sacramentorum valori. Quæ quidem si obstarer, anxios semper haberet fideles Sacramenta suscipientes, cum scire nequeant eorum ministros esse in gratia, nec ipsi ministri id certo sciunt, cum nemo sciat an odio, vel amore dignus sit; imo & justii peccatores se esse fatentur, nec justii essent si contrarium agerent. Quo Augustinus acutissime vellicavit Cresconium lib. 2. cap. 28. num. 35. dicens: „ Si ergo jam baptizatus es, vellem scire quem repereris, qui contra Joannem Apostolum diceret, peccatum non habeo: si enim talem quemque reperire potuisti, quomodo baptizatus es ab eo, qui seipsum decipiebat, & in quo veritas non erat? Si autem qualiscumque humilitatis non immemor peccatorem se esse dicebat, quomodo sibi secundum tuam sententiam jus baptismatis usurpabat? tu enim dixisti, tu etiam minime scribere timuisti, ut quisquis peccator inter homines fuerit, jus sibi baptismatis non usurpet. Si autem nondum baptizatus es, aut hanc vanissimam sententiam corrige, aut, à quibus baptizæris, Angelos quære.“

12 Verum advertere oportet, & quidem maxime, eum Catechismo §. 26. non debere satis esse Pastoribus, & Sacramentorum ministris valide illa conferre, sed insuper curare debent ea rite administrare, ne thesaurizent sibi iram in die iræ; quare sciendum est aliqua requiri ad valorem Sacramenti, & alia ad licitudinem. Primi generis sunt materia, forma, & ministri intentio faciendi quod Ecclesia facit, ut loquitur Catechismus §. antecedenti, & nos tertia parte, nondum elapso tempore, propugnabimus. Alterius vero generis sunt scientia, & probitas: scientia scilicet omnium, quæ circa administrationem Sacramentorum præscribit Ecclesia; probitas insuper, seu status gratiæ, quia sancta sancte sunt tractanda, ut ex Isaia, & aliis scripturæ locis recte colligit Catechismus. Quod quidem intelligendum

dum est de deficientibus Sacramenta solemniter, & extra casum necessitatis, quia tunc se gerunt ut publici ministri Ecclesiae; in casu autem necessitatis, cum solum intendant succurrere miseris periclitantibus, non est illicitum laicis, nec Sacerdotibus privatim baptismum conferre, etsi gratia sint destituti, ut docent Div. Thomas 3. p. q. 64. art. 5. & 6. ad 3. alique communius. Secus vero in aliis Sacramentis quae non sunt tantae necessitatis quam baptismus, & ministrum ordinis exigunt, ut Poenitentia, Extrema Unctio, &c.

13. Obijciat autem aliquis: Catechismus indiscriminatim loquitur, ejusque ratio aequae militat tam in casu necessitatis quam extra, quia, inquit, sancta sancte sunt tractanda, opus est sanctos esse ministros; at qui sacramenta in omni casu sunt sancta. Praeterea Concilium Eliberitanum in Hispania celebratum anno 305. can. 38. statuit: fidelem, qui lavacrum suum integrum habuerit, sive qui fuerit in statu gratiae, posse baptizare Catechumenum infirmitate oppressum, si Ecclesia in proximo non fuerit. Insuper: non levis videtur irreverentia quod hostis Christi, & servus diaboli praesumat in nomine ipsius Christi scienter, & adverteat immundus immunde tractare ea, quibus ut loquitur Paulus V. in Ecclesia Dei nihil sanctius, aut utilius, aut magis divinum habetur; quibus inquam Christi sanguis, seu merita fidelibus dispensantur. Quando igitur Div. Thomas 3. part. quaest. 64. art. 5. ad 3. ait: tantum requiritur status gratiae ad quandam decentiam in ministro necessitatis, per decentiam non intelligit Sanct. Doctor meram convenientiam, aut congruitatem, sed reverentiam, & honorem Sacramentis jure naturae debitum. Et dum art. 6. ad 3. inquit non peccare laicum in peccato existentem, imo nec Sacerdotem, baptizantes in casu necessitatis, quia non se habent ut ministri Ecclesiae; intelligi debet, si non est poenitendi tempus ob nimiam celeritatem. Sic arguit ac-

tis-

tissimus Henno tract. de Sacram. disp. 4. quaest. 3. conclus. 2. alios pro sua sententia citans, & similiter Ligorius lib. 6. num. 32.

14. Haec autem argumenta breviter dissolvemus, quin intendamus laxitatem patrocinari, sed opinionem Divi Thomae, nostramque tueri. Ad primum igitur respondetur Catechismus solum loqui de ministris ordinariis, & solemnitate; & licet ejus ratio idem probare videatur de ministris etiam extraordinariis, ac necessitatis; res tamen, ni fallor, non ita est; nam illud axioma: sancta sancte sunt tractanda, solum indicant statum gratiae in illis qui ex officio, & ut ministri Ecclesiae operantur. Quod exemplo facile demonstrabitur: Eucharistia sancta est, ac sanctissima, seu potius sanctum sanctorum Ecclesiae; sicque petit contrectari à Sanctis, & in gratia existentibus. Si autem caderet in lutum, vel ab haereticis presumderetur, aut roderetur à muribus: nonne licite accipi posset à quolibet peccatore, & in loco decenti apponi? Sic ergo pariter in presenti. Ad Concilium Eliberitanum respondere possem cum nonnullis, quos citat Colletus (a). quodammodo Donatistarum partibus adhesisse; salva tamen illius auctoritate, quam bene propugnant in praefatum Canonem Ferdinandus de Mendoza, Aguirreus, & alii; (quanquam forte ex illis sit, qui teste doctissimo Cano lib. 5. de locis cap. 4. concl. 6. semper à Catholicis sunt explosi, quod nunc non vocat inquirere) dicam Concilium loqui juxta illius temporis disciplinam jam exoletam. Ibidem etenim jubet baptismi ministrum etiam in casu necessitatis non fore bigamum; cumque ibi de Catechumeno baptizando loquatur, hoc est, de adulto instructo, qui per contritionem justificari poterat, non mirum severissimam Synodum statuisse, quod de puero non puto dixisset.

15. Postremo loco repositum, nempe peccatorem esse

(a) Vid. Collet in continuat. tom. 6. part. 1. cap. 5. num. 432. pag. 469.

esse hostem Christi, & servum Diaboli, &c. sicut non obstat ad conficienda valide Sacramenta; ita non tollit licite confici in casu necessitatis. Melius tamen aget qui prius conabitur justificari per actum contritionis, quin in illa temporis angustia opus sit moram facere, ut sapienter advertunt Colletus, Amort, Besombes, & alii. Quod maxime agere debent ministri solemnitatis, & quibus competit cura animarum; nam toties lethaliter peccant, quoties ex officio Sacramenta indigne ministrant, ut asserit Catechismus, & clare deducitur ex Scriptura Exodi 19. vers. 22. Levit. 19. vers. 2. & cap. 22. vers. 3. Psalm. 100. vers. 6. Isaïæ 52. vers. 11. 1. ad Timoth. 3. vers. 10. ad Titum 1. vers. 7. aliisque multis in locis. Idem confirmant Ecclesiae Patres facile videndi apud auctores. Audiantur pro omnibus Augustinus lib. 32. contra Faustum cap. 14. : „ Si quis, „ ait, Sacramenta novi testamenti fuerit ausus sacrilega temeritate violare, poenas divinitus constitutas „ rectissimo iudicio persolvat.“ Similiter tract. 5. in Joan. hæc habet : „ Ego dico, & omnes dicimus, quia „ justos oportet esse tanti iudicis ministros.“ At de secunda orationis parte satis.

16 Ad tertiam igitur deveniamus, in qua probanda est hæc conclusio: *Ut conficiantur valide Sacramenta requiritur in ministris intentio faciendi quod facit Ecclesia; que non sufficit si solum ordinetur ad faciendum ritum externum, etsi serio peragatur.* Prima pars conclusionis est fide certa contra Lutheranos, & Calvinistas ab Ecclesia definita. Sicque probatur: Martinus V. in fine Concilii Constantiensis suspectos in fide circa hoc interrogari jussit anno 1418. sess. 45. supponens intentionis necessitatem. Florentina Synodus, & Eugenius IV. in decreto unionis anno 1439. idem etiam declararunt, fidelibus proponendo Sacramenta Ecclesiae tribus perfici, rebus scilicet tanquam materia, verbis tanquam forma, & persona ministri conferentis

tis Sacramenta cum intentione faciendi quod facit Ecclesia. Leo X. anno 1520. in Bulla edita adversus errores Lutheri, proscriptis cum cæteris articulum 12. habentem: „ Si per impossibile confessus non esset contritus, aut Sacerdos non serio, sed joco absolveret, si tamen credat se absolutum, verissime est absolutus.“ Concilium Tridentinum anno 1547. sess. 7. can. 11. & sess. 14. cap. 6. & can. 9. damnavit expresse præcæditum Lutheri assertum. Quare merito inquit Catechismus hic §. 25. opus esse ad vere conficienda Sacramenta, ut eorum ministri id facere proponant quod Ecclesia in ea administratione facit.

17 Secunda vero pars conclusionis, nempe non sufficere solam intentionem faciendi ritum externum, tamen serio, & non mimicæ, est admodum controversa inter Theologos. Quidam non ignobiles, præsertim Galii, ut eloquentissimus Contensonus, doctissimus Serry, sapientissimus Ledruinius, alique, nostræ assertioni adversantur, & opinionem Ambrosii Catharini amplectuntur. His celeberrimis viris, quos magni facio, libenter hærerem, nisi contrarium communis, tutius, & probabilius videretur: unde mihi liceat dicere cum Aristotele apud Div. Thomam 1. Ethicorum lect. 6. & Thomam Stanleyum in hist. Philosophiæ part. 5. cap. 3. *Amicus Plato, amicus Socrates, sed magis amica veritas.* Hæc enim omnibus est præferenda. Probatur ergo breviter secunda conclusionis pars, Sacra Concilia, & Catechismus locis supra citatis docent, ad conficienda Sacramenta, præter materiam, & formam, esse necessariam ministri intentionem faciendi quod facit Ecclesiam: igitur ultra intentionem agendi externum ritum, exigunt interiorum animi deliberationem diversam à deliberatione exercendi ipsum ritum externum, qui ab illa, ut scribit Catharinus princeps opinionis oppositæ, inseparabilis est. *Quis enim vigilans facit quod facere non intendat?* ait ipse pag. 208.

18 Respondent adversarii, nos sophistica argumentatione procedere, & confundere id quod facit Ecclesia cum eo quod ipsa intendit. Primum est agere ritum externum sacrum, materia, & forma determinata. Secundum est intendere sanctificationem hominum, ad quam sacra signa fuere instituta: qui ergo externum peragit ritum, habet intentionem faciendi quod facit Ecclesiam, etsi non intendat facere quod intendit Ecclesia. Impugnatur autem ista responsio. Primo, quia Ecclesia non facit ritum externum ut cumque, sive ut schola loquitur, *materialiter*; sed ritum externum Sacrum, & Religiosum; atqui ad hoc requiritur ministri intentio, qua ritus ille externus abluendi, unguendi &c. ex se indifferens ad sacrum & profanum, sacer reddatur. Secundo, dum quis libere aliquid efficit, quod virtute sua producit effectum, licet possit hunc non intendere, debet, tamen intendere primum, modo faciat actione humana, ut patet in conficiendo medicamentum, cuius forte parum refert quod eo infirmus sanetur, aut moriatur; debet tamen attente ipsius confessionem curare. Tertio tandem: Alexander VIII. die 7. Decembris anno 1690. damnavit hanc thesim n. 28. „ Valet baptismus collatus a ministro, qui omnem ritum externum, formamque baptizandi observat, in-  
 „ tus vero in corde suo apud se resolvit, non intendo  
 „ facere quod facit Ecclesia.“ Cujus damnatione grave vulnus accepit opinio nobis opposita, ut ait Benedictus XIV. lib. 7. de Synodo Diocesana. cap. 4. num. 8. licet nondum sit Vaticano ferro confossa. Videantur Colletus in continuatione Journellii tom. 4. tract. de Sacramentis in genere cap. 2. sect. 2. punct. 3. concl. 3. pag. 88. & sequentibus; & pag. 94. probatione 6. ubi plura profert ex Div. Thoma. Billuart tom. 3. in fol. tract. de Sacram. dissert. 5. art. 7. §. 2. pag. 180. Henno, Concina, Berti, & alii.

## PRÆLECTIO IV.

*De Sacramento Baptismi,*

ad expositionem cap. 2. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini, à §. 1. ad sextum.

1 Sacramentum omnium primum, omnibus necessarium, omnia fidelibus bona communicans, nemo Catholicorum dubitat esse baptisma; quod propterea tot, tantisque honorificis titulis à Sanctis Patribus exornatur, ut solis ejus laudibus integra, & longa efficeretur oratio. Sed ne nimis in limine detineamur, aliqua Deo dante infra promemus ad expositionem capituli 2. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini à §. 1. ad 6. quos nobis hesterno sole sortibus fortuna, (seu potius Deus supremus rerum omnium moderator, in cujus manibus sunt sortes nostræ) benignissime præstitit; quapropter ipsius Sanctissimo nomine prius invocato, dicere jam incipiam.

2 Pro clariori sortita litteræ discussione, præsens oratio in tres partes distribuetur. Prima Catechismi textum summam referet. Secunda ipsum fusius explanabit. Tertia demum, quoad temporis patientur angustia, conclusionem ex visceribus textus deductam proponet, propositam probabit, probatam ab objectionibus vindicabit. Utinam bene!

3 Ordientes igitur primam partem, dicimus his verbis incipere litteram textus §. 1. *ex iis quidem* &c. istis vero finire §. 6. *à pastoribus declarandum erit*. Duobus primis paragraphis affectu rectissime Catechismus necessitatem explicationis Sacramenti baptismi, docens pro-

more, summam, & assiduam Parochorum diligentiam esse adhibendam in instruendis fidelibus hujus Sacramenti naturam, virtutem, & alia plura scitu dignissima; quod Apostoli exemplo, & rationibus plurimis sapienter evincit, indigitans etiam tempus, caeremonias, & alia multa à pastoribus attendenda. Paragrapho 3. & sequenti, graecum baptismatis nomen declarat significare abluotionem tam profanam, quam sacram, & pro passione quoque translativè desumi; alia insuper nomina refert ex sanctis Patribus ad Sacramentalis abluotionis intelligentiam apprime conducentia; eis enim hujus Sacramenti effecta clarissime describuntur. Reliquis duobus paragraphis propriam, & exactissimam hujus Sacramenti definitionem tradit, colligens ex scriptura baptismum esse Sacramentum regenerationis per aquam in verbo. Unde docendus est populus, hoc Sacramentum confici abluotione aquae, ac verbis à Christo traditis; ne forte credat vulgus indoctrinum, per baptismum solam designari aquam in baptismali fonte inclusam. Tunc quippe tantum fit Sacramentum baptismi, quando quis aqua abuitur, adhibitis verbis à Domino institutis. En argumentum litterarum textus, & primam orationis partem.

4 Ad secundam itaque proficiscamur, ubi quantum in prima textus litteram coarctavimus, tantum nunc pro viribus dilatabimus, ac exponemus. Primo ergo paragrapho inquit Catechismus, ex illis quae de Sacramentis universe supra docuit, cognosci posse quam necessarium sit ad Christianam Religionem vel doctrinam percipiendam, vel pietatem exercendam, ea intelligere, quae de illorum singulis credenda proponit Ecclesia; praesertim quae de baptismo proficitur. Baptismus enim tum necessitate, tum ordine primum obtinet locum; nullum quippe Sacramentum ipsi praere potest, cum ex Divo Dionysio, (sive alio prisco auctore) & reliquis omnibus, principium sit, & janua Sacramentorum. Nul-

Nullum est quod Christianum hominem aut magis deceat, aut elegantius ornet, cum ex Basilio sit tessera militum Christi, & amictus splendens. Nullum datur, quo quis tantum egeat, tum ad consequendam gratiam, tum ad promerendam salutem, ut scriptura testatur.

5 Quas baptismi laudes pluribus Nazianzenus accumulat. (a) „Baptismus, inquit, omnium Dei beneficiorum praclarissimum est, & praestantissimum; huic gratulantur Coeli; hunc Angeli propter splendoris cognationem celebrant; hic futurae beatitudinis imaginem gerit.“ Alius baptismatis dignitatem extulit Leo magnus, (b) qui non dubitavit Sacram undam divino Spiritu foecundatam, virginali Deiparae utero comparare: „Omni, ait, homini renascenti aqua baptismatis instar est uteri virginalis, eodem Spiritu replente fontem, qui replevit & Virginem, ut peccatum quod ibi evacuavit sacra conceptio, hic solvat ablutio.“ Ultra progreditur Augustinus (c) his verbis: „Majori munere quam Maria, unda ditata est. Illa enim sibi tantum meruit castitatem, ista nobis contulit sanctificationem, illa meruit ne peccaret, ista ut peccata purgaret. Illa propria delicta à se repudiat, ista in se per Dei gratiam aliena condonat. Illi est collata virginitas, isti donata foecunditas. Illa unum procreavit, & pura est, ista generavit plures, & virgo est. Illa praeter Christum nescit alium filium, ista cum Christo mater est populorum.“ Et alibi: „Nativitas, addit, de terra nos facit filios carnis, nativitas vero de Coelo baptismus, filios Spiritus; illa filios mortis, ista resurrectionis; illa filios saeculi, ista filios Dei; illa filios irae, ista filios misericordiae; illa peccato originali obligatos, ista omni vinculo peccati liberatos.

6 Hinc non immerito exclamat Ambrosius (d): „O „aqua

(a) Nazian. orat. 40. in baptismo. (b) Leo Magnus serm. 4. de Nativitat. (c) August. serm. 35. de Temp. (d) Ambros. lib. 10. in Lucan.

„ aqua, inquit, quæ Sacramentum Christi esse me-  
 „ ruisti! quæ lavas omnia, nec lavaris! Tu incipis pri-  
 „ ma, tu complēs divina mysteria, à te principium,  
 „ in te finis, vel potius tu facis ut finem nesciamus.“  
 Hinc eloquenter scribit Chrysostomus homilia ad Neo-  
 phytos, & apud Augustinum lib. 1. contra Julianum cap. 6.  
 num. 21. : „ Benedictus Deus, qui fecit mirabilia solus,  
 „ qui fecit universa, & convertit universa. Ecce liberta-  
 „ tis serenitate perfruuntur qui tenebantur paulo ante  
 „ captivi, & cives Ecclesie sunt qui fuerunt in peregrini-  
 „ nationis errore, & iustitiæ in sorte versantur qui fue-  
 „ runt in confusione peccati. Non enim tantum sunt libe-  
 „ ri, sed & sancti; non tantum sancti, sed & iusti; nec so-  
 „ lum iusti, sed & filii; nec solum filii, sed & hæredes; nec  
 „ solum hæredes, sed & fratres Christi; nec tantum fra-  
 „ tres Christi, sed & cohæredes; non solum cohæredes,  
 „ sed & membra; non tantum membra, sed & tem-  
 „ plum; non tantum templum, sed & organa Spiritus.  
 „ Vides quot sunt baptismatis largitates? “ Hinc tan-  
 dem evidenter dignoscitur præcipua, quæ requiritur,  
 pastoris cura, & diligentia in pascendo jugiter grege sa-  
 luberrima instructione baptismi; eo enim qui baptizan-  
 tur fiunt oves pascuæ ejus, & quanto magis edocti sacris  
 mysteriis opportuno tempore traditis, tanto spiritali pin-  
 guedine replebuntur.

7 Sed veniamus ad alia. Paragrapho 3. explicat Catechismus baptismatis nomen, dicens græcum esse, ac latine respondere ablutioni non solum sacre, in qua situm est Sacramentum, sed omni ablutionis generi. Unde Div. Bonaventura in 4. dist. 3. part. 1. art. 1. q. 1. ait: *Baptizare in græco tantum valet, quantum lavare in latino*: Quod etiam asserit Div. Thomas 3. part. quæst. 66. art. 1. & in multis Scripturæ locis habetur. Translative quoque sumitur baptismus pro passione, ut Luca 12. vers. 50. : & ut paucis multa complectar, octo baptismi genera refert Damascenus lib. 4. de fide cap.

cap. 10. Nos autem cum Catechismo nunc loquimur de baptismo quatenus est Sacramentum, quo Apostoli ex Christi Domini instituto frequentissime uti sunt, & cui Ecclesie Patres plura alia nomina tribuerunt.

8 Nam veteres illi, sanctissimique Doctores, quos omnium primos hujus mysterii reverentia, & amor incendit, cum illius dignitatem attento animo cogitassent, eloquentiam omnem advocarunt, quæ pulcherrimam, nobilissimamque baptismi naturam aliquatenus, exponerent, ac explanarent. Videntesque ipsum vocari à Paulo: *Lavacrum regenerationis, & renovationis Spiritus Sancti*, ad Titum 1. quia homo carnaliter natus, per baptismum spiritualiter regeneratur: *Sacramentum illuminationis*, ad Hebræos 6. quia fide qua in baptismo imbuimur, mirifice illustratur: *Circumcisionem spiritualem*, ad Coloss. 2. quia eo circumcisi sumus, circumcisione non manufacta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi: *Sepulturam veteris hominis cum Christo*, ad Rom. 6. quia, conscripti sumus cum illo per baptismum in mortem: *Indumentum denique incorruptionis*, ad Coloss. 3. quia per illum veterem hominem expoliantes, novum induimus, nempe Christum.

9 Videntes, inquam, antiqui Patres sic ab Apostolo celebrari baptismum, ipsum etiam summis laudibus celebrarunt (a). Augustinus epist. 23. ad Bonifacium, eum vocat *Sacramentum fidei*, quia in baptismo Catechumeni fidem publice profitentur, & in fidelium numerum coaptantur. Cyprianus epist. ad Jubajanum, illum nominat *primum Sacramentorum*, & Dionysius (b) à Catechismo citatus, de Ecclesiastica Hierarchia cap. 12. *principium sanctissimorum mandatorum*; quia hoc Sacramentum est veluti janua, qua in Christianæ vitæ so-

(a) Vld. Selvag. lib. 2. cap. 1. §. 1. (b) Circa opera Dionysii, acriter invicem pugnant Auctores. Vld. infra Prælect. VII. de Confirmat. n. 8. de seq.



societatem ingredimur, atque ab eo divinis praeceptis obtemperandi initium facimus. Chrysostomus oratione quam ad baptizandos habuit, eum nominat *expurgationem*, quia per baptismum expurgamus vetus fermentum, ut simus nova conspersio. Nazianzenus oratione 39. in sancta lumina, eum appellat *donum*, quia is qui nihil proprii contulerunt datur; *gratiam*, quia debentibus; *sepulturam*, quia in aqua peccatum sepelitur; *unctionem*, quia sacer & regius; *illuminationem*, quia splendor, & claritas; *indumentum*, quia nuditatis nostrae velamen; *lavraerum*, quia abluit; *sigillum*, quia conservatio, & donationis stipulatio est; ut alia plura omittam.

10. Ceterum, cum in singulis his Sanctorum Patrum loquutionibus, aliisque similibus, obscura quoque plurima, & metaphorica reperiantur; illud unum superest, ut Ciceronis, Platonisque praecepta insequentes, ipsius baptismi naturam, & essentiam accuratius inquiramus; sicque oratio nostra clariori lumine constituatur, & textus littera melius illustretur. Quamquam autem non una occurrat baptismi definitio in libris Catholicorum, quibusdam ad dialecticæ regulas pressius illum definiens, quibusdam vero fusiori descriptione ipsius naturam explanantibus; illa tamen aptior, & commodior esse videtur, inquit Catechismus in textu, quam ex verbis Domini apud Joannem, & Apostoli ad Ephesios licet intelligere. Cum enim Salvator ipse Joannis 3. dicat: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c.* Cum Apostolus ad Ephesios 5. de Ecclesia loquens scribat: *Mundans tam lavacro aque in verbo vitæ.* Cum denique Joannes in Evangelio cap. 13. de Christo asserat: *Dedit hominibus potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine ejus, &c.* fit planum, baptisma recte, & apposite defini: *Sacramentum regenerationis per aquam in verbo.* Quam definitionem ex Augustino desumptam tract. 15. in Joan. cæteri Theologi illustrarunt.

11. Quare turpiter falluntur, aut fallere volunt

hæ-

hæretici novatores, qui contententes baptismum esse Sacramentum fidei, illius nimirum spurie, coitu diabolico in ipsorum cerebris genitæ; perfunctoriis baptismatis definitionibus mira sagacitate dispositis, absurdam nituntur palliare sententiam. Calvinus enim baptismum esse dicit *signum initiationis, quo coaptamur in Ecclesie societatem.* Melancthon, familiarissimus Lutheri discipulus: *Signum quo Deus nobiscum agit, & recipit in gratiam.* Wolchelius: *Publicum Christianæ professionis signum, & tesseram.* Socinus: *Publicam, & apertam fidei Christi professionem.* Has, aliasque similes baptismi definitiones, miris plausibus celebratas, nobis obtrudunt; quibus profecto blandis, ac mellitis, sed plane fucatis verbis, fumum nobis vendere parant, & gemmeo vasculo venenum propinant humanissimi isti, (si superis placet) liberalissimique Doctores; quas nos certe definitiones nihil moramur, sed potius diuturna experientia docti, timeamus Danaos, & dona ferentes (a).

12. Verum ad Catechismum revertamur, cujus exactissimam definitionem quilibet sanæ mentis percipiet, cum tam metaphysice, quam physice baptismi naturam perfectissime tradat. Dicitur enim *Sacramentum*, quod est genus, quo cum aliis conveat: dicitur *regenerationis*, per quod differt ab aliis: dicitur *per aquam*, quo utraque materia, nedum remota, sed & proxima designatur: dicitur denique *in verbo*, in quo ejus forma consistit. Definitio autem Magistri Sentent. in 4. dist. 3. & Divi Thomæ 3. part. quæst. 66. art. 1. dicentium: *Baptismus est ablutio corporis exterior facta sub forma verborum præscripta*; physica tantum est, & in illa Catechismi includitur. Docendi igitur sunt fideles, inquit Catechismus 5. 6. hoc Sacramentum confici ablutione, cui ex Domini Salvatoris instituto certa, & solemnitas

Tom. II.

G

ver-

(a) Virgil. Æneid. lib. 2.

verba necessario adhibenda sunt; ne putent ignari veluti pueri, baptismum consistere in aqua quæ intra baptismalem fontem Ecclesiæ asservatur. Illa enim aqua solum est materia remota baptismatis, quam applicare debet minister ablucendo Catechumenum, ac simul proferendo verba à Christo tradita, juxta illud Augustini tract. 80. in Joann. *Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum.*

13. Haetenus, qua potuimus claritate, ac brevitate, discussimus litteram Catechismi, & naturam Sacramenti baptismatis pro viribus enucleavimus. Nunc quædam breviter adjiciemus ad clariorem ipsius intelligentiam. In hoc igitur Sacramento, sicut in aliis, tria reperiuntur. Primum est Sacramentum tantum, exterior nempe ablutio corporis. Secundum res tantum, scilicet interior ablutio animæ, seu gratia per baptismum collata. Tertium denique est res, & Sacramentum simul, nimirum character Sacramentalis. Quod facile, ni fallor, duobus exemplis elucidabitur, videlicet abluentis vestem, & generantis hominem. Qui vestem lavat, ablutioem efficit, munditiam vestis, & non raro foramen aliquod ex ipsius confricatione proveniens. Similiter in generatione humana est actio generantis, homo genitus, & anima rationalis geniti. Hæc, quantum res patitur ad illa superius explicanda deserviant; non enim fieri potest ut exempla quadrent omnino. Advertere quoque libet cum Divo Thoma 3. part. quæst. 66. art. 11. aliisque Theologis (a), triplex dari baptisma, nempe fluminis, fluminis, & sanguinis. Primum est illud de quo superius loquebamur cum Catechismo. Quod quidem baptisma solum est Sacramentum, de quo intelligendus est Paulus. Secundum est actus contritionis, seu caritatis cum voto, vel desiderio recipiendi baptismata fluminis. Tertium est martyrium, seu mors illata in

odium

(a) Videantur Ferrer tom. 4. tract. 7. disp. 1. dub. ultimo pag. 332.

odium Christi, & pro ejus amore sublata.

14. Inquiret fortasse aliquis: quodnam baptisma ex tribus traditis sit perfectius, atque præstantius? Ad quod breviter dicimus, quodlibet in aliquo excedere aliud, & in aliquo excedi ab alio, sicut de baptismo fluminis, & sanguinis docet Seraphicus Doct. in 4. dist. 4. part. 2. art. 1. quæst. 2. Felices igitur qui solo baptismo fluminis salvi fiunt, ut parvuli; feliciores qui baptismato fluminis, & fluminis, ut adulti jam baptizati, integrum ad finem usque custodientes baptismum suum, vel saltem per poenitentiam resarcientes; sed felicissimi qui tribus modis baptizati sunt, hoc est baptismato fluminis, fluminis, & sanguinis, ut Sancti Martyres digni habitalia pro Christo pati tormenta, qualia depingunt Gallonius tract. de suppliciis, & variis suppliciorum generibus; Versteganus in Theatro crudelitatis hæreticorum; Magius in equuleo; Ayala in pictore Christiano lib. 1. cap. 5. & alii. Tandem annotare oportet, nonnullas dispositiones esse ad Martyrium necessarias, ut optatus effectus haberi possit, quas videndas relinquimus apud Auctores, quos citat & sequitur Eminentissimus Lambertini lib. 3. de canonizat. Sanct. cap. 15. num. 9. & sequent. Jam enim tempus est imponendi finem secundæ orationis parti.

15. Ad tertiam igitur descendamus probaturi hanc thesim: *Baptismus sanguinis, seu Martyrium, gratiam confert ex opere operato.* Ante cujus probationem advertere opere pretium duxi, quosdam hæreticos docuisse nullum meritum, nullam virtutem, nullamque laudem esse martyribus. Sic Gnostici, ac Valentiniani, apud Tertullianum lib. Scorpiaci cap. 1., dicentes: *Ne simpliciter ista, sed vanitas, imo dementia est pro Deo mori.* Valentino fuerat antepositus in Episcopatu vitæ martyrii laude in Ecclesia celebris, seu in fidei defensionem multa perpassus, quod ipse impatienti animo ferens, odio contra illum, & invidia contra martyrium

percitus debacchari coepit, ut acute refert idem Tertul-  
lian. lib. adv. Valentinianus cap. 4. Tatianus etiam,  
prius Sancti Iustini discipulus, postea Valentinii secta-  
tor, eundem errorem induit: unde dicebat laudatus  
Tertullianus lib. de praecription. c. 52: *Tatianus totus  
secundum Valentinianum sapit.* Utrumque confutarunt Ju-  
stinus Martyr, Irenaeus, Tertullianus, & alii. Ex no-  
vatoribus Kemitius in secunda part. exam. Concil. Trid.  
& Illyricus in centuria 5. cap. 4. fatentur quidem marty-  
rio peccata dimitti, sed per solam fidem tunc appre-  
hensam, quod cum dicant etiam de baptismo, aliisque  
Sacramentis, videntur Aethiopen dealbare velle, seu  
ut vulgo dicitur, laterem lavare.

16 Ex Catholicis, Richardus Archiepiscopus Arma-  
chanus in Irlandia lib. 4. de quaestionibus Armenorum  
cap. 37. in fine dixit probabile, inter Infantes ab He-  
rode occisos, salvos non fuisse incircumcisos; nec ta-  
men ausus est asserere Deum peculiari privilegio ma-  
jorem gratiam, & gloriam circumcisis rependisse ob  
mortem in odium Christi eis illatam. Armachano sub-  
scripsit Adrianus in 4. quaest. ultima de baptismo. Si-  
militer Jacobus de Vitricio in historia occidentali cap.  
56. scribit parvulos Christianorum, etsi à paganis pro  
Christo necatos non salvari, nec ad eos extendi privile-  
gium speciale sanctorum Innocentium ab Herode inter-  
fectorum. Quidam volunt nullam esse necessariam dis-  
positionem in adultis ad recipiendam gratiam per mar-  
tyrium, sed ipsum solum sufficere. Alii è converso  
totam vim tribuunt dispositionibus adultorum prae-  
sertim caritati: unde dicunt martyrium non conferre gra-  
tiam ex opere operato adultis, sed parvulis tantum.  
Alii denique cum Divo Thoma propugnant marty-  
rium ex opere operato gratiam conferre omnibus, tam-  
etsi adultis necessaria sint dispositiones.

17 Probatum conclusio ex scriptura: Matth. 10.  
vers. 32. legitur: *Qui me confessus fuerit coram homi-*  
*ni-*

nibus, confitebor & ego eum coram Patre meo. Et cap.  
16. vers. 25. *Qui perdidit animam suam propter me,  
inveniet eam.* Quod de martyrio intelligi docent Tertul-  
lianus in scorpiaeo, & Augustinus lib. 13. de Civitate  
Dei cap. 7. Confirmatur etiam veterum traditione.  
Sancti Clemens, seu quisquis est auctor Apostolic.  
Constit. lib. 5. cap. 6. idclare docet. Similiter Tertul-  
lianus supra citatus, ac in fine Apologet. & lib. de bap-  
tismo cap. 16. Cyprianus praefat. in lib. de exhortat.  
Martyrii & epist. 77. ad Subajanum. Cyrillus Hierosoly-  
mit. catechesi 3. & 8. Ambros. orat. de obitu Valent.  
num. 53. Augustinus loco citato de Civit. Dei lib. 1. de  
anima, & ejus origine cap. 9. aliisque multis in locis.  
Hinc Ecclesia semper infantes Bethlehemiticis tanquam  
Martyres venerata est. Cujus rei fidem faciunt eviden-  
tissimam Irenaeus lib. 3. adversus haereses cap. 18. Chry-  
sostomus homil. 3. in varios Sancti Matthaei locos, lo-  
quens de Infantibus ab Herode trucidatis. Ambro-  
sius lib. 1. de offic. Ministr. cap. 41. num. 213. &  
epist. ad Horatianum 44. n. 9. August. lib. 3. de libero  
arbitrio, cap. 23. num. 68. & alibi. Sanct. Leo Pa-  
pa serm. 1. de Epiphania Domini cap. 3. Div. Bern-  
nardus serm. de Innocentibus. Et ut uno verbo dicam,  
cuncti fideles singulis annis festivitatem sanctorum In-  
nocentium celebrantes. De qua plura Baronius in no-  
tis ad Martyrologium Romanum 5. Kalendas Januarias.  
Alios quoque, praeter necatos ab Herode, puerulos Eccle-  
sia tanquam Martyres veneratur: ut Modestum, &  
Ammonium in Romano Martyrolog. pridie Idus Fe-  
bruarias; decem alios Idibus Julii.

18 Idem docet Angelicus Praeceptor 2. 2. q. 124.  
art. 1. ad 1. dicens: „Eflusio sanguinis propter Chri-  
„stum, vicem gerit baptismatis: unde sicut in pueris  
„baptizatis, per gratiam baptismalem meritum Chri-  
„sti operatur ad gloriam obtinendam, ita & in oc-  
„cisis propter Christum, meritum martyrii Christi  
„ope-

operatur ad palmam martyrii consequendam. Et 3. part. q. 87. art. 1. ad secundum ait: „ Dormienti „ dimitti peccata mortalia, & venialia ratione mortis „ illata pro Christo, modo non invenerit voluntatem „ peccato actu adherentem. Et in 4. distinc. 4. q. 3. art. 3. ad 1. inquit: „ Non habet hoc, (nempe marty- „ rium) liberare à culpa, & poena tantum ex opere „ operante, neque quantum ad poenam, qua aliquis „ peccatum per martyrium expiet, quam contigit non „ esse sufficientem ad satisfaciendum pro peccato, neque „ quantum ad devotionem justæ voluntatis, quia con- „ tinget quod voluntate majori caritate informata ali- „ quis sine martyrio non potest ab omni poena liberari; „ sed hoc habet ex imitatione passionis Christi.

19. Probatur tandem conclusio ratione: similitudo mortis Christi, quæ est in baptismo aquæ, confert ei virtutem delendi peccata; atqui Martyrium non per figuram, sed per veritatem imitatur mortem Christi. Argumentum est Sancti Basillii lib. de Spiritu Sancto c. 15. Secundo: ex Petrum testimoniis videndis locis supra citatis, baptismus sanguinis, seu martyrium non solum comparatur baptismo aquæ, sed etiam illo dicitur excellentior: ergo si baptismus aquæ justificat ex opere operato, pariter quoque baptismus sanguinis. Tertio Martyrium justificat infantes martyres ex opere operato: ergo etiam adultos, quia utriusque baptismi eadem est vis, & efficacia. Quarto fieri potest ut caritas sit intensior in aliquo non martyre: sed Confessore tantum, ut in Augustino, Teresja, Salesio, & multis aliis: ergo isti habent martyrii gloriam, si solum proveniret ex caritate. Nam si vis, & efficacia martyrii à caritate penderet, ubi major caritas esset, ibi etiam major foret virtus, & efficacia. Vid. Perrimezzius, Gotti, Berti, & alii, ex quibus plura fateor accepisse.

## PRÆLECTIO V.

De materia remota Sacramenti  
Baptismi,

ad expositionem cap. 2. secundæ partis Catechismi Concilii Trident. à §. 7. usque ad 11.

1. Omnia novæ legis Sacramenta ex divinissimo Christi Domini latere, velut ex aperto fonte manasse, testantur Ecclesiæ Patres. Postquam enim Redemptor noster emissit Spiritum, unus militum ejus pectus lancea terebravit, unde statim exivit sanguis, & aqua. Quasi veller amantissimus Parens, ut nobis sui amoris viscera fundere. Illa ergo aqua tanquam spirituali lavacro abluimur, renascimur, renovamur. Ea quippe baptisma conficitur, quod inter cetera Ecclesiæ signacula primum obtinet locum. Est enim baptismus, ut asserit Dionysius, sive Auctor Coelestis Hierarchie, principium, & janua Sacramentorum. Est, inquit Basilius, tessera militum Christi, & amictus splendens. Est gratia, juxta Cyrillum. Salus, juxta Africanos Punicos; omnium Dei beneficiorum præclarissimum, & præstantissimum, juxta Nazianzenum. Tantis denique laudibus baptismalem undam extollunt Leo Magnus, & Augustinus, ut eam sacratissimo utero Deiparæ Virginis comparaverint (a). De hoc igitur maximo nostræ Religionis mysterio erit præsens dissertatio, ad expositionem cap. 2. secundæ partis Catechismi Conc. Trident. à §. 7. usque ad 11. In nomine Patris, &c.

Ut

(a) Vid. Gonnet. t. 5. tract. 3. in præfat. de Baptism. Tournely, & alique ibid.

operatur ad palmam martyrii consequendam. Et 3. part. q. 87. art. 1. ad secundum ait: „Dormienti „dimitti peccata mortalia, & venialia ratione mortis „illata pro Christo, modo non invenerit voluntatem „peccato actu adherentem.“ Et in 4. distinc. 4. q. 3. art. 3. ad 1. inquit: „Non habet hoc, (nempe marty- „rium) liberare à culpa, & poena tantum ex opere „operante, neque quantum ad poenam, qua aliquis „peccatum per martyrium expiet, quam contigit non „esse sufficientem ad satisfaciendum pro peccato, neque „quantum ad devotionem justæ voluntatis, quia con- „tinget quod voluntate majori caritate informata ali- „quis sine martyrio non potest ab omni poena liberari; „sed hoc habet ex imitatione passionis Christi.

19. Probatur tandem conclusio ratione: similitudo mortis Christi, quæ est in baptismo aquæ, confert ei virtutem delendi peccata; atqui Martyrium non per figuram, sed per veritatem imitatur mortem Christi. Argumentum est Sancti Basillii lib. de Spiritu Sancto c. 15. Secundo: ex Petrum testimoniis videndis locis supra citatis, baptismus sanguinis, seu martyrium non solum comparatur baptismo aquæ, sed etiam illo dicitur excellentior: ergo si baptismus aquæ justificat ex opere operato, pariter quoque baptismus sanguinis. Tertio Martyrium justificat infantes martyres ex opere operato: ergo etiam adultos, quia utriusque baptismi eadem est vis, & efficacia. Quarto fieri potest ut caritas sit intensior in aliquo non martyre: sed Confessore tantum, ut in Augustino, Teresja, Salesio, & multis aliis: ergo isti habent martyrii gloriam, si solum proveniret ex caritate. Nam si vis, & efficacia martyrii à caritate penderet, ubi major caritas esset, ibi etiam major foret virtus, & efficacia. Vid. Perrimezzius, Gotti, Berti, & alii, ex quibus plura fateor accepisse.

## PRÆLECTIO V.

*De materia remota Sacramenti  
Baptismi,*

ad expositionem cap. 2. secundæ partis Catechismi Concilii Trident. à §. 7. usque ad 11.

1. Omnia novæ legis Sacramenta ex divinissimo Christi Domini latere, velut ex aperto fonte manasse, testantur Ecclesiæ Patres. Postquam enim Redemptor noster emissit Spiritum, unus militum ejus pectus lancea terebravit, unde statim exivit sanguis, & aqua. Quasi veller amantissimus Parens, ut nobis sui amoris viscera fundere. Illa ergo aqua tanquam spirituali lavacro abluimur, renascimur, renovamur. Ea quippe baptisma conficitur, quod inter cetera Ecclesiæ signacula primum obtinet locum. Est enim baptismus, ut asserit Dionysius, sive Auctor Coelestis Hierarchie, principium, & janua Sacramentorum. Est, inquit Basilius, tessera militum Christi, & amictus splendens. Est gratia, juxta Cyrillum. Salus, juxta Africanos Punicos; omnium Dei beneficiorum præclarissimum, & præstantissimum, juxta Nazianzenum. Tantis denique laudibus baptismalem undam extollunt Leo Magnus, & Augustinus, ut eam sacratissimo utero Deiparæ Virginis comparaverint (a). De hoc igitur maximo nostræ Religionis mysterio erit præsens disertatio, ad expositionem cap. 2. secundæ partis Catechismi Conc. Trident. à §. 7. usque ad 11. In nomine Patris, &c.

Ut

(a) Vid. Gonnet. t. 5. tract. 3. in præfat. de Baptism. Tournely, & alique ibid.

2 Ut igitur quæ pro designatis Catechismi paragraphis in præsentem dicenda se offerunt, lucidius exponantur, orationem in tres partes præscindam. Prima continebit argumentum litteræ textus; Secunda dabit fusiorem ejusdem explicationem. Tertia denique disputandam thesism proponet, & si tempus adsit, probationibus illustrabit, atque tuebitur. Utinam optato exitu! Primam ergo partem exordiens, dico sic incipere litteram textus §. 7.: *Materia igitur &c.* Ita vero finire §. 11.: *Ulla ratione confici possit.* His quinque paragraphis docet optime Catechismus, aquam naturalem esse materiam remotam Sacramenti Baptismi. Quod in primis probat ipsius Christi verbis, Joannis 3. v. 5. Apostoli auctoritate ad Ephesios 5. v. 26. epist. 1. Joannis cap. 5. vers. 8. aliisque Scripturæ locis in margine textus citatis. Deinde respondet illa Baptistæ verba dicens, Matthæi 3. vers. 11. venturum esse Dominum ad baptizandum in Spiritu Sancto, & igne; intelligenda non esse de baptismi materia, sed vel de intimo Spiritus Sancti effectu, vel de miraculo descensus Almi Spiritus in die Pentecostes sub specie linguarum ignis, quod jam prædixerat Christus Actorum 1. vers. 5. Insuper, eandem baptismi materiam confirmat veteris testamenti figuris, oraculis Prophetarum, & novi fœderis testimoniis. Tandem concludit Sacramentum baptismi confici ablutione sub verbis à Christo traditis, ut asserunt Sancti Patres, & maxime Augustinus tract. 80. in Joannem inquit: *Accedit verum ad elementum, & fit Sacramentum.* Quare docendi sunt fideles baptismum non consistere in sacro fonte, sed in dicta ablutione, cujus materia est omne naturalis aquæ genus. Hæc est in summa littera textus, & prima orationis pars.

3 Ad secundam itaque progrediamur, ubi fusiuse elucidanda est littera textus, in qua, ut antea dicebamus, assignatur pro materia remota Sacramenti baptismi sola

aquæ

aquæ veræ, & naturalis. Adversus quam fidei veritatem plures prodierunt hæretici, qui cum lavari nollent, sed sordescere amplius, & conspurcari, aquam effugiebant, negando eam esse baptismi materiam (a). Tales profecto fuere Gnostici apud Irenæum, Archontici apud Theodoretum, Cayanii apud Tertullianum, alique Spirituales cognominati, qui Sacramenta qualibet sensibilia repudiabant. Manichæi apud Augustinum, qui aquam à commentitio malo principio putabant esse productam. Seleuciani apud Philastrium, qui non aqua, sed igne pueros baptizabant adustione quadam fronti, vel genis eorum illata, ex sinistra intelligentia verborum Baptistæ de Christo dicentis: *Ipsæ vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igne.* Pauliciani apud Euthimium, qui solis his verbis: *Ego sum aqua viva*, baptismum administrabant, quia Christus ita se nominaverat. Jacobite apud Bellarminum, qui ignem etiam adhibebant, sicut & Cathari sæculo 12. apud Eckbertum, alique similes eundem morem diverso modo observantes. Flagellantes apud Lutzemburgum, & Siandam rejicientes baptismum aquæ, ac prædicantes verbo & opere baptismum sanguinis.

4 Mitto Marcosios, qui, teste Epiphanio, baptizabant oleo aqua temperato; Armenos, qui teste Waldensij, in casu necessitatis utebantur vino, aut lacte; Norvergios, qui teste Gregorio IX. propter aquæ penuriam, ad baptismum applicabant cervisiam. Sic delirarunt veteres. Videamus quid melius profert recentiores hæretici (b). Lutherus quidquid balnei loco esse potest, aptum judicabat ad Sacramentum Baptismi. Calvinus, Beza, Dalleus, & alij hujus furfaris inquit aquam veram, & naturalem non esse de necessitate baptismatis; & illa Salvatoris verba: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c.*, meta-

Tom. II.

H

pho-

(a) Vid. Perrinæus parte 6. dissert. 339. pag. 337. sequent. Durand. lib. 4. fidei viciat. art. 22. pag. 474. Bertil. lib. 21. cap. 4. pag. 160. Joënius. Gotti, & alii. (b) Vid. Solvaz. lib. 3. c. 1. §. 2. Serry tom. 4. prælect. 7. pag. 195. & alii.

phoris nescio quibus involvunt; sed præsertim Tremenses, & *Quakeri*, ex Calvini schola orti, quorum duo novissime in Anglia prodierunt, nempe Villedmus, seu Guilielmus Dell, & Benjaminus Holme, duplici libello Londini edito anno 1752. quo sua deliria venditarunt (a). Itaque Lutherani, & Calvinistæ, egregii, (si superis placet) Ecclesiæ reformatores, & in omnibus æquissimi iudices, absolvunt antiquos hæreticos, varia comminantes pro baptismi materia, & catholicos damnant, qui sacros, ac vetustissimos ritus adhibent in huius Sacramenti materia. Calvinus enim scurra vilissimus, aquæ consecrationem, incantationem potius appellandam scribit; Tilmannus Heshusius, manifestam magiam; Magdeburgenses, alicujus Pontificis Ethnici inventum. Deus immortalis! & quid fieri potest his miseris sannionibus? qui meretricis frontem induti, licet in vicem de veritate primum, aut de furore potius digladientur; unico tamen omnium voto adversus Christi Ecclesiam convenerunt, ut nihil jam in ipsa reperiat tam sanctum; tam perspicuum, tam firmatum, quod sacrilegam eorum linguam possit effingere.

5 At, juvat etiam nostras adornando vindicias oleum camino addere, ac novos istos traducere Aristharcos; quamquam à nemine magis traduci queant, quam ipsi traducunt sese. Repetant igitur unde malint ipsam baptismi originem. Totum Jordanis flumen, in quo institutum esse non denegant, mente, animoque perlustrant; hinc inde cunctas fluminis oras percurrant; & qui cornicum putant se posse configere oculos, optimis uti conspicillis, amabo, curent, quorum beneficio nonnihil vini, & olei detegant. Certe nullam horum liquorum umbram, nullum vestigium invenere alii longe doctissimi & ocularissimi viri, sed aquam dumtaxat aspexerunt omnes. Ibi, in

(a) Vid. Chignoll part. 3. tom. 7. tract. de baptismo pag. 38. & infra proposit. 1. num. 5. & sequent. à pag. 40.

inquit Ambrosius (a), baptizatus est Dominus, non mundari volens, sed mundare aquas. Ibi, inquit Augustinus (b), novo sanctificationis genere Christum non tam lavit unda, quam lota est. Ibi inquit Hieronymus, (c) Dominus noster non tam mundatus est in lavacro, quam lavacro suo universas aquas mundavit. Ibi, inquit Nazianzenus (d), accessit Christus ad baptismum, ut ipsum à quo baptizabatur afficeret sanctitate, & in aqua veterem Adam sepeliret. Ibi... Sed ne in singulis recensendis inutiliter sim prolixus, solam aquam in Jordane fuisse à Domino mundatam, sanctificatam, consecratam, atque justificandi virtute donatam, concors est omnium Patrum consensus.

6 Sed nolo rem à primordiis repetere. Omitto apertissimam Christi institutionem. Omitto clarissimas veteris testamenti figuras, ut paradisi fontem, diluvium generale, maris rubri transitum, Nahamanis Syri abluitionem, Piscinam Syloë, baptismum Joannis, primum Christi signum patratum ex aquis, Samaritana vocationem ad puteum, fussam ex Christi latere aquam, & alia, quæ omnia nostri baptismatis symbola exitisse, Hieronymus, & Augustinus litteris consignant. Omitto non obscura Prophetarum præconia, quibus Christianorum baptismata prænuntiarunt. Ut Isaias dum cap. 55. omnes sitientes invitavit venire ad aquas. Zacharias dum cap. 13. præmonstrat fontem patenter domui David paratum in abluitionem peccatoris, & menstruat. Michæas dum cap. 7. pollicetur Deum misericordem depositurum iniquitates nostras, & projecturum in profundum maris omnia peccata nostra. Regius Vates, dum Psalmo 28. declarat vocem Domini super aquas, impsumque Dominum super aquas multas abire. Deus ipse dum Ezechielis ore dicit, cap. 36. Effundam super vos aquam.

H 2  
mun-

(a) Ambros. lib. 2. in Luc. num. 83. (b) August. serm. 36. de tempore. (c) Hieron. adver. Lucif. (d) Nazian. orat. 36.

mundam, & mundabimini ab omnibus iniquitatibus vestris. Quæ omnia salutiferam baptismatis undam adumbrasse post Hieronymum, ac alios Patres docet in littera Catechismus. Omitto perpetuam Ecclesie consuetudinem, Conciliorum decreta, Pontificum definitiones, ut quod Florentinum peculiari sess. Armenos docuerit baptismi materiam esse aquam veram, & naturalem. Quod Tridentinum anathemate percussit dicentes aquam veram & naturalem non esse de necessitate baptismi. Quod Gregorius IX. responderit non valere baptismum in cervisia administratum, ut sciscitabatur Archiepiscopus Nidrosiensis in Norvergia.

7 Hæc, & alia plura omitto. Res ipsa clamat. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto &c. habetur Joan. 3. Mundans Ecclesiam lavacro aquæ in verbo vite, ad Ephes. 5. Tres sunt qui testimonium dant in terra; spiritus, aqua, & sanguis, 1. Joan. 5. Venerunt ad quandam aquam, & ait Eunuchus: Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? Actor. 8. Numquid aquam quis prohibere potest, ut non baptizentur hi, qui Spiritum Sanctum acceperunt, sicut & nos? Actor. 10. Ubinam, queso, novatores omnes, vinum; ubinam oleum; ubinam cervisiam; nisi suam ipsorum savitiam, & perverciaciam, invenerunt? Videant tamen, qui cum Dallæo sacram Confirmationem irridentes, nullum in Apostolicis actis sentiri oleum, nullum odorari balsamum, histrionum instar jactare soleant, an in tota, qua late patet Scriptura, ubi de baptismo agitur, alium, excepta aqua, liquorem, suis acutissimis naribus eminus olfaciant. Ast, probe scio, dicebat suo tempore Tertulianus (a), hæretici, omnia, sa veritatis lucem, serpentum, aspidumque more, arida, & inaquosa sectantur; nos vero secundum nostrum Jesum Christum pisciculi in aqua nascimur.

Sed

(a) Tertulian. lib. de bap. cap. 1.

8 Sed age: suscitentur de terra inopes, & de stercore erigantur pauperes. Dicant amabo, quodnam ad tanti Sacramenti materiam determinari poterat elementum, quod nobilissimam illius naturam, proprietates, & effectus uberius exponeret, ac explanaret? Nullum sane inquirunt Hieronymus, Bonaventura, & Thomas (a). Nam aqua maxime deservit generationi viventium, & ex ea originem trahunt reptilia terre, volucres Cæli, ac pisces maris, ut constat ex Genesis: baptismus est lavacrum regenerationis, quo denuo generamur, ait Chrysostomus (b). Aqua est elementum naturaliter diaphanum, & propter transparentiam habet aliquid de lumine: baptismus est Sacramentum illuminationis, ait Augustinus (c). Aqua est materia adeo communis, & obvia, ut facillime reperiat: baptismus est Sacramentum adeo necessarium, ut sine illo, aut ejus voto, justificari nemo possit, ait Tridentinum (d). Aqua naturali munditia impura corpora lavat, & spurcissimas sordes abstergit: baptismus nos ab omni peccato spiritaliter purgat, & innovat, ait Ambrosius (e). Aqua refrigerandis corporibus aptissima est: baptismus cupiditatum ardores magna ex parte restinguit, ait Catechismus. Aqua est medicina universalis, ut scribit Fridericus Hoffmannus, medicus celeberrimus (f): baptismus ad salutem universæ carnis, quæ corruperat viam suam, est à Domino institutus, & ad baptizandas omnes gentes missi sunt Apostoli in omnem terram, ait Matthæus. Aqua...

9 At quorsum hæc tam longo repetita principio? Vereor profecto, ne imprudens ego sim, qui crassio-

(a) Div. Hieron. citatus in texto §. 10. Div. Bonavent. in 4. dist. 3. part. 2. quest. 1. art. 1. Div. Thom. 3. part. quest. 66. art. 3. (b) Chrysost. homil. ad baptizand. (c) August. epist. 23. (d) Tridentin. sess. 6. cap. 4. (e) Ambros. in cap. 5. ad Rom. (f) Hoffmann. in opusculis pag. 386. editio. Venet. 1738.



ribus his congruentis putem hereticorum animos flecti, illius magistri sequacium, qui ipsa veritatis vi aliquando coactus, cum à magnis, & excellenti ingenio viris, præsertim ab Eckio in disputatione Lipsica undique opprimeretur, latentem animi morbum tandem ostendit, & in illam vocem indicem incredibilis pertinacitæ, superbiaque prorupit, inquit: *Res hæc nec propter Deum cepta, nec propter Deum finienda est.* Nihil ergo mirum, nebulones istos, qui baptismalis aquæ necessitatem evertunt, ejus quoque benedictionem, Chrismatisque admisionem irridere, & sacrosanctam Ecclesiam, quæ morem istum observat, canino dente proscindere. Quasi vero sanctissimus iste ritus novæ esset disciplina, aut immutandorum rituum pro temporum opportunitate plenissimam potestatem Ecclesia non haberet. Quasi in baptismo res divina non perageretur, & elementum ad plures usus deserviens non ad animarum emundationem assumeretur. Quasi denique quispiam veterem Ecclesie consuetudinem, quæ teste Divo Thoma in omnibus est æmulanda (a), posset libenter & impune violare.

10. Consecratio itaque baptismalis aquæ, non est fitilis incantatio, non manifesta magia, non Pontificis Ethnici inventum, non recens Papistarum usus, ut maledicentissima hereticorum ora blasphemant; sed sancta, justa, perpetua totius Ecclesie consuetudo, ut vetustissimi Patres una voce testantur (b). Sanctus Clemens, sive præseus auctor Apostolicarum Constitutionum lib. 7. baptismalis aquæ consecrationem fidelibus omnibus præscribit. Sanctus Basilius lib. de Spiritu Sancto cap. 27. ipsam aquæ benedictionem ex Apostolica traditione repetit. Cyrillus Hierosolymitanus catechesi 3. ejusdem ritus mentionem facit. Cyprianus epist. 70. eadem praxim commendat. Ambrosius cap. 3. de mysteri-

(a) Div. Thom. 2. 2. q. 10. art. 12. (b) Vid. Concina t. 8. lib. 2. diss. 1. c. 2.

steris idem docet. Augustinus sermone 352. idipsum expresse tradit. Similiter asserunt alii Patres, quos sapientissimus Pontifex Benedictus XIV. eruditione solita comparavit, institutione 1. editionis latinae.

11. Quid modo commemorem Græcorum Euchologia, Ritualia, Sacramentaria, quæ ubique temporum à sapientissimis viris elucubrata pervetustum aquæ consecrandi morem expresissime tradunt, graviterque præscribunt? Quid Aproniani, Artemie Diocletiani filiae, Jobæ filiae Regis Persarum, aliorumque id genus baptismata, quæ immani licet scævienti persecutione, aqua tantummodo consecrata peragi sanctissimi Patres semper religioni duxerunt? Quid antiquissima baptisteria non alia certe ratione constructa, quam ad sacram lympham solemnem sacram ritum, loco digniori servandam? Quid veterem baptismatis fontem à sanctissimo Pontifice Pio I. benedictum, & consecratum? Quid magnificentissimum alium in Lateranensi Basilica, Magni Constantini Imperatoris operâ edificatum ex metallo porphyretico ex omni parte coopertum intrinsecus, & foris, & desuper; & quantum aquam continet ex argento purissimo in pedibus, qui pensavit argenti libras tria milia & octo? Quid antiquum Mediolanensem fontem, præclaris Sancti Ambrosii versibus exornatum, & pro sua vetustate pariter, ac venustate ab ingeniosissimis viris tota, qua late patet, Europa cognitum, & celebratum? Quid cætera pervetusta baptisteria ab hæretica pravitate igni tradita, quæ Sanctus Athanasius in epist. Encyclica ad Episcopos, & Sanctus Augustinus lib. 22. de Civitate Dei cap. 8. litteris exararunt? Sed quid in his immoramur (a)?

12. Si tot antiquitatis monumenta, quæ consecratam pro baptismo aquam mirifice commendant, saxea hereticorum corda non frangunt; si tot Conciliorum

at-

(a) Videatur Berti lib. 31. cap. 4. propos. 2. pag. 263.

atque Sanctorum Patrum veneranda majestas non commovet; si sacra totius Ecclesie auctoritas, quam vel Angeli ipsi reverentur, non terret: videant quæso ipsimet, qui in omnibus ferme causis, perditissimo judæorum more volunt à Domino signum videre, videant, inquam, quanta prodigiorum copia Deus ipse, qui veritatis hostium ultorem se quondam promisserat, quot rursus signis causam nostram patefecerit, firmaverit, illustraverit. Et ut omittam miram Constantini Imperatoris curationem à lepra per baptismum à Papa Silvestro collatum, quoniam hoc valde dubium est inter criticos, nosque solum certiora promere volumus (a). Meminerint baptismalem undam apud plures orientalem Ecclesias, unde quaque reclamante natura, diutissime incorruptam divino judicio perstitisse, idque etiam veritatis hostes oculis suis vidisse, & manibus propriis contrectasse. Meminerint ipsissimam aquam apud Osen, Lusitaniae campum, (teste Gregorio Turonensi) divinitus in vacuum piscinam defluxisse, ut Sabbaro Paschæ benediceretur, ac mirifice fluctuasse (b).

13. Meminerint medicum quemdam Carthaginensem, languida pene assumtum podagra, & nimium Curubitanum miserima paralysi, aliisque morbis vexatum, sacra baptismali unda perfectissime fuisse curatos, ut testis est Augustinus (a). Meminerint baptismalem fontem in Monasterio Aldenslebiensi, prope Magdeburgensem civitatem sito, à sexaginta, & amplius annis ad vigesimum usque præteriti sæculi, incorruptum omnino permansisse, sed intruso illic Lutherano ministro, justissimo Dei judicio statim computruisse. Meminerint Catharorum antesignanos Arnoldum, & Theodoricum, baptismum aquæ à Domi-

(a) Vid. Segura in Polo critico discursu 4. §. a. pag. 117. & discursu 7. div. visione 2. num. 11. pag. 378. primæ editionis. (b) Vid. Marchantius in hortorastorum pag. mihi 359. & sequenti. (c) Div. Augustin. lib. 22. de Civitate Dei cap. 8. num. 4. & 5.

no constitutum exinanire studentes, ac igneum introducere; ipso igne unum Coloniae, alterum Bernæ, miserime fuisse consumptos. Meminerint denique, (si tamen obocæcatis mentibus facile fuerit) in his errorum fluctibus, in hoc discordiarum, & vertiginis spiritu, quo omnes jactantur; neque Deum, neque veritatem posse reperiri. Non enim in commotione Dominus, ut dicebat Angelus Eliæ, sed in sibilu auræ tenuis (a), neque in illo inani doctrinae vento, quo leves, & inconstantes homines circumferuntur, veritas unquam Evangelica reperta est.

14. Contra hucusque dicta plura obijci solent, quorum præcipua breviter proponemus. Primo: sicut Joan. 3. vers. 5. pro baptismo assignatur aqua, ita Matth. 3. vers. 11. assignatur ignis; sed ignis sumitur metaphoricè: ergo etiam aqua. Secundo: Siricius Papa anno 385. & Stephanus III. anno 764. dum in Gallis versaretur cap. 2. responsionis ad Monachos Britanniæ Monasterii, validum reputarunt baptismum in vino. Tertio: Joannes Meschus, qui floruit initio sæculi 7. in prato spiritali cap. 176. narrat judæum quemdam in eremo ad extremas redactum angustias, arena, defectu aquæ, à socio baptismum statim convalescere; quo signo Deus ostendit validum fuisse baptismum. Quarto demum: si Christus in Jordane jam sanctificavit aquas: ut quid exorcizantur, & consecrantur? Verum facile responderetur ad singula. Ad primum itaque: magna est inter utrumque disparitas, nam in illo Joannis agitur de materia Sacramenti baptismi, ut ex aliis Scripturæ locis, & ex unanimi Ecclesie sensu evidentissime patet; apud Mattheum vero Baptista loquitur de intimo Sacramenti effectu, vel de miraculo adventus Spiritus Sancti in die Pentecostes, ut ait Hieronymus, & Catechismus, vel juxta Chrysostomum

(a) 3. Regum 19. v. 11. & 12.

mum de tribulatione quæ vocatur ignis, vel tandem juxta Hilarium de igne judicii. Et certe cum loquatur ibi de purgatione quam Dominus faciet in fine; quilibet sensus potest adaptari, sed non per exclusionem aquæ, quæ à tempore Apostolorum fuit materia remota baptismi.

15. Ad secundum respondetur, quæ de Siricio; ac Stephano referuntur, à doctis omnino ficticia judicari. Ex tribus enim manuscriptis continentibus illud responsum, duo ipsam tribuunt Stephano II.; tertium Siricio, Papa; alii scriptores Stephano III.; alii denique cuidam Stephano, non Summo Pontifici, sed Episcopo Tornacensi. Ex tanta igitur opinionum varietate, nihil certi eruitur. Dato tamen verum esse rescriptum Stephani II. ut habetur tom. 2. Conciliorum cap. 11. apud Illustrissimum Bossuetum tom. 2. defens. Cleri Gallicani (a); dicimus cum sapientissimo Natali Alexandro art. 2. de baptismo regula 2. intelligi debere non de valore baptismi, de quo consultus non fuerat, & nemo sanæ mentis dubitare poterat fuisse irritum; sed de culpa, vel pœna baptizantis, qui declaratur à culpa liber; si quæ nulla pœna dignus, quia in extremo periculo illud per simplicitatem fecit. Ad tertium similiter dicimus narrationem illam jure suspectam esse Baronio, ad annum 181. quia varie ab Scriptoribus enarratur. Nicephorus enim lib. 3. cap. 7. refert euentum gisse tempore Aurelii Imperatoris, Cedrenus vero in compendio num. 97. tempore Antonini Pii. Dionysius insuper, ad quem res delata legitur, idem non est apud omnes Scriptores. Alii enim dicunt fuisse Episcopum Alexandrinum, ut Nicephorus; alii Episcopum Corinthium, ut Baronius; alii Ascalonitam, ut Joannes Moschus. Quidquid tamen fuerit, miraculum contigisse potuit non ad manifestandam veritatem baptismi, sed magnam fidem Judæi. Ad ultimum debique dicimus cum

(a) Vid. Bossuet tom. 2. defens. Cleri Gallicani pag. mibi 331.

Div. Thoma 3. part. quest. 66. art. 3. ad 5. illam benedictionem quæ adhibetur, aquæ non esse de necessitate baptismi, sed pertinere ad quandam solemnitatem, per quam excitatur devotio fidelium, & impeditur astutia demonis, ne obsit baptismi effectui.

16. Ex dictis duo colligere operæ prærium est. Primum scilicet, necessitate Sacramenti ad baptismum requiri aquam veram & naturalem, sive maris, fluminis, fontis, aut putei; sive calidam, aut frigidam, amarâ, aut dulcem, dummodo veram retineat aquæ naturam. Aqua vero rosacea, aqua vitis, & alia quæ per alchimiam extrahuntur, non sunt materia apta, quia non sunt proprie aquæ, sed cum addito nominantur. Colligendum est secundo, benedictionem aquæ solum esse necessariam necessitate præcepti Ecclesiastici; ut omnes fatentur cum Div. Thoma in 4. distinct. 5. q. 2. art. 1. quia in corpore sic dicitur: non licet benedictionem præmittere; propter præceptum Ecclesiæ. Hinc extra casum necessitatis semper conferri debet baptismus aquæ consecrata in Sabbato Sancto, vel Pentecostes, ut solet. Si autem aqua illa deficeret per corruptionem, vel aliunde, monet Sanctus Carolus Borromeus in actis Ecclesiæ Mediolanensis part. 4. tom. 1. pag. 410. ut Parochus, ex Metropolitana Ecclesia, si in urbe fuerit, vel ex viciniori Parocia, proprio vasculo nitido aquam baptismalem accipiat, ac in suam Parochialem Ecclesiam secreto ferat, & quamprimum in fontem effundat, baptismalique aquæ illarum tantum etiam aquæ pure, nitidæ, & recentis addat, quantum satis erit. Observans tamen, aquam communem addendam esse in longe minori quantitate quam baptismalis. Et hæc pro secunda orationis parte sufficient.

17. Ad tertiam ergo deveniamus, ubi propugnanda est hæc conclusio. *Aqua rosacea non est materia valida Sacramenti baptismi.* Oppositum tenent Puteanus, Far-

vaquius, & pauci alii; contra quos sic cum communi arguimus; ad baptismum requiritur aqua vera, & naturalis; atqui talis non est quæ ex rosis, floribusque per artem Chemicam destillatur. Quod evincitur tum ex Rituali Romano edito Romæ jussu Greg. XIII. ubi pag. 17. explicatur quanam sit aqua naturalis, & in fine additur: *Non autem esse aquam artificialem ut ex rosis, floribus, herbis, seu similibus rebus expressam, aut destillatam, neque alium quemvis liquorem*; tum hac etiam ratione: si aqua ex rosis aut floribus arte desumpta, esset vera & naturalis, maxime quia sic tenent Chيميци, Medici, & Philosophi plures; sed hoc non obstat; nam de vera, & naturali aqua ferendum est iudicium ex communi hominum usu, non ex placitis quorundam, quicumque illi sint, qui certe communis usus aquam rosaceam & alias hujusmodi non habet pro naturali, ut voce, & proprietatibus intelligitur. Sicque aqua rosacea tam apta est ad baptismum, quam vinum, oleum, & humani corporis humores, in quibus invalide baptizari definit Innocentius III. cap. *Non ut apponeres*, de baptismo. Idque docent nedum Theologi fere omnes, sed etiam Jureconsulti lib. 3. Decretalium tit. 42. apud Cl. Berti tom. 3. lib. 31. cap. 5. §. 2. pag. 263. etsi contrarium rotis viribus suadere conetur Doctissimus Josephus Antonius Rodriguez Cisterciensis, tom. 1. novi aspectus, & in apologia edita tom. 2. respondens ad objectiones Cl. Feijoonii tom. 2. epist. 27. num. 18. Ambo igitur consulantur ad uberiores hujus questionis intelligentiam.

## PRÆLECTIO VI.

## De forma Baptismi,

ad expositionem cap. 2. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini  
à §. 12. ad 16.

1 Septem crinibus pendebat Samsonis robur, eisque abscissis statim evanuit (a). Totidem fere verbis pendet virtus, & efficacia Sacramenti baptismi, quibus omissis, corruptis, aut resecatis, ad nihilum valet ablutio. *Quid enim est aqua*, inquit Augustinus, *nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum* (b). De hoc igitur efficacissimo verbo, quod undas steriles facit fecundas, eisque vim tribuit mundandi à lepra, non corporali tantum, sicut olim aqua Jordanis, sed spirituali etiam, quod est longe majus; de forma inquam baptismatis est à nobis in presenti agendum, ad expositionem cap. 2. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini à §. 12. ad 16. Sed ne incedamus inermes, arma ministrat ipsa forma baptismatis, nos docens eo muniri nomine, in quo baptizati sumus, scilicet in nomine Patris &c. Qui enim per baptismum nos regeneravit in filios, non negabit se esse Patrem. Adsit etiam Purissima Deigenitrix Virgo Maria &c.

2 In adjutorio altissimi, & in benignitate vestra confisus, consessores amplissimi, mihi demandatam provinciam exequar. Ut autem dicenda lucidius exponantur,

(a) Judicium 16. v. 19. (b) August. tract. 80. in Joan. nom. 3.

tur, orationem in tres partes distribuam. Prima quippe litteram Catechismi breviter legam. Secunda, textus explanatione diffundam. Tertia demum conclusionem afferam, probabo, defendam. Utinam feliciter! Primam ergo inueiduo partem, sic incipit littera textus §. 12. *Sed duarum partium &c.* Ita vero terminat §. 16. *Fideles docere satis fuerit.* His quinque paragraphis agit Catechismus de forma baptismi. Primo Parochos graviter monet fidelibus sedulo explicare baptismatis formam, tum ad notitiam hujus mysterii, tum etiam maxime ad usum quotidianos. Sæpe enim accidit teneri laicos, atque feminas hoc Sacramentum in necessitate conferre, sique ipsius formam ignorant, nihil prorsus efficiunt. §. 2. & 3. tradit Pastores Ecclesie docturos esse fideles claris, apertisque verbis, hanc esse perfectam & absolutam baptismi formam: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti* ut dixit Christus Apostolis Matth. 28. vers. 19. quibus ostenditur exprimendam esse actionem ministri, personam, quæ baptizatur, & principalem causam baptismatis: unde in prædicta forma quædam verba omnino sunt necessaria, alia vero non. §. 4. inquirit quomodo Apostoli baptizaverint in nomine Christi? Atque respondet: si aliquando ita fecerunt, fuisse speciall Spiritus Sancti afflatu. §. 5. autem §. 6. & ultimo asserit credendum non esse Apostolos baptizasse in nomine Christi, tacitis aliis duabus Personis Sanctissima Trinitatis, quod variis auctoritatibus probat. Hæc sunt in summa de quibus loquitur Catechismus, & quæ pro prima orationis parte sufficient.

3. Secundam igitur ingrediamur, ubi superius delibata, sunt fusius exponenda. In primis itaque convenienter admonentur Pastores, ut populum instruant forma baptismatis, eo majori cura, atque studio, quo tantum mysterium fideles vehementer delectat, & quia nihil magis necessarium est ad subveniendum proxi-

ximo periclitanti. Baptismus enim, ut omnes fatentur, est janua Sacramentorum, ac regni cœlestis; ejusque forma considerari potest veluti clavis qua reseratur hæc janua; cumque multoties infantes morti proximi tacita voce clamant ut eis aperiat, ne in æternum pereant: ideo debent omnes, sive mares sint, sive femina, clavam habere præ manibus, & scire quomodo ad aperiendum volvenda sit, hoc est quomodo proferatur forma ut baptismus sit validum. Aliter idem eveniet, quod (teste Divo Vicentio Ferrerio sermone 2. in Dominicam 3. Quadrag.) evenit cuidam Doctori, cui post concionem quædam femina dixit: *Benedicta dies qua te baptizavit in nomine Sanctæ Trinitatis, & Beatæ Mariæ, & omnium Angelorum.* Quo intelligens ille non fuisse valide baptizatum, iterum baptizari petiit debita forma. Idem accidit cuidam femina, quam invalide baptizatam divina revelatione agnovit Sanctus Raymundus à Peñafort (a). Utinam non fuerint plures alii qui valido baptismo caruerint ob eandem rationem!

4. Quare merito præcipit Catechismus, Parochos claris apertisque verbis, quæ ab omnibus percipi possint; hoc est vernacula lingua, docere baptismi formam hanc esse: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Quod evidenter colligitur ex verbis Christi apud Matthæum cap. 28. v. 19. Apostolis sic dicentis: *Ventes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris &c.* Ubi per verbum *baptizantes*, ait Catechismus, Ecclesia edocet divinitus optime intellexit actionem ministri exprimendam esse in forma baptismi; ideoque Alexander III. extra, *de baptismo*, & *ejus effectu* inquit: *Si quis puerum ter in aqua merserit in nomine Patris &c. & non dixerit: Ego te baptizo, puer non est baptizatus.* Et Alexander

(a) Vid. Thomas Madalena tom. 2. Tyrocini moral. n. 496. pag. 285.

der VIII. damnavit hanc propositionem num. 27. *Valuit aliquando baptismus collatus in nomine Patris &c. præmissis illis verbis: Ego te baptizo.* Ad cujus falsitatem melius dignoscendam videri possunt Auctores qui ex professo profligarunt theses damnatas, maxime Pius Thomas Milante. Sufficiat nunc Divum Thomam audire 3. p. q. 66. art. 5. in corpore sic loquentem: „Oportet quod in forma baptismi exprimitur causa baptismi; est autem ejus duplex causa: una quidem principalis à qua virtutem habet, quæ est Sancta Trinitas; alia autem instrumentalis, scilicet minister qui tradit exterius Sacramentum; & ideo oportet in forma baptismi de utraque fieri mentionem. Minister autem tangitur cum dicitur: *ego te baptizo*; causa autem principalis cum dicitur: *in nomine Patris &c.* Similia tenet idem Angelicus Doctor in 4. dist. 3. q. 2. art. 2. q. 1. in corp. & Doctor Seraphicus ibidem art. 2. q. 1. quibus mihi illustrari potest littera Catechismi.

5. Exprimenda est etiam persona quæ baptizatur, quod fit pro nomine *te*. Unde nemo potest baptizare se ipsum, ut respondit Innocent. III. ad Episcopum Metensem in causa ejusdem judæi, & habetur cap. debit. 4. extra de baptismo & ejus effectu, quia scilicet alius esse debet qui baptizatur, & alius qui baptizat: sicut in carnali generatione alius est genitus à generante (a). Quidam tamen Concionator, sacre Theologiæ Magister, in Ecclesia Cathedrali dicere non dubitavit Sanctam Barbam turri inclusam titione percussisse parietem, inde fontem manasse, & baptizasse seipsam dispensatione coelesti. Non dubito id à Deo fieri potuisse; at sic factum esse, nedum dubito, sed etiam nego, donec adducantur optimi testes, quos non citavit memoratus Orator: sicque nescio unde hanc

(a) Vid. Pontas verbo Bapt. caso 8. & 28.

fabulam hauserit; credo tamen eam ab aliquo auctore parum critico fuisse desumptam.

6. Sed prosequamur litteram Catechismi, qui postquam formam baptismi bono in lumine collocaverit, addit §. 3. quædam ita esse necessaria, ut si omitantur, nullum conficiatur Sacramentum; alia vero si desint, valere tamen baptismum; & hujusmodi est vox illa *ego*, cujus vis continetur in verbo *baptizo*. Quod confirmat forma Græcorum, in qua prefata vox non habetur. Sic enim illi baptismum conferunt: *Baptizatur servus Christi N. in nomine Patris &c. & validum reputatur ab omnibus.* Nam dicta verba jam vere determinant materiam proximam. Dixi formam quæ Græci utuntur esse: *Baptizatur &c. non baptizetur*, ut tenent quædam Catechismi editiones, & plerique auctores latini. Nam Leo X. in sua Constitutione: *Accepimus nuper*, data 18. Maii 1521. testatur morem baptizandi Græcorum esse: *Baptizatur &c.* Et similiter Clemens VII. in Brevi edito die 26. Maii 1526. quo confirmat Constitutionem illam, seu litteras Leonis, quas, inquit, in *Secretaria nostra diligenter inspicere, & examinari fecimus, atque de verbo ad verbum transcribi*. Neque Liturgiæ, & Euchologiæ ulla Græcorum, seu nova, seu vetera, habent: *Baptizetur, sed baptizatur*, ut ex Goario, Severo Patriarcha Alexandrino, Nicephoro Calixto, Sophronio, & tribus Græcorum formulis ostendit Farvaquius opusculo de Baptismo cap. 3. q. 1. §. 2. Id ipsum tenent Cl. Berti tom. 3. lib. 31. cap. 8. prop. 2. & alii.

7. Excusandi tamen sunt latini auctores aliter scribentes, quia vel corruptis exemplaribus decipi poterunt, vel ignoratione Græci vocabuli, vel aliis rationibus: unde qui eos propterea reprehenderet, esset audacissimus sannio ab omnibus irridendus. Sciscitabitur autem aliquis, cur Græci clare non expriment baptismi ministrum, dicendo sicut latini: *ego te baptizo?*

Responderet cum Divo Thoma loco supra citato ad primum, Græcos ad evitandum antiquorum errorem, qui baptismi virtutem baptizantibus tribuebant, dicentes: *Ego cum Pauli, & ego sum Cephe*, &c. dicere: *Baptizatur servus Christi N. in nomine Patris &c.* Nec tacere omnino baptizantis personam, sed illam exprimere in actu exercito, cum verba à me subintelligantur, ut ex Salomonis Thesalonicensis confessione referunt Goarius, & Arcudius: itaque illorum forma toto Cœlo distat ab ea quam damnavit Alexander VIII. quamque nos supra retulimus. Tradita vero baptismatis forma Latinorum, atque Græcorum; & invalida communiter reputatur illa, quam post Cajetanum videtur admittere Serry, Berti, & siqui alii; scilicet, *ego te baptizo in nomine Genitoris, & Geniti, & Spirati*. Quoniam, ut inquit Athanasius (a), & Epiphanius, non dixit Christus: *Baptizantes eos in nomine Geniti, & Ingeniti*; sed in nomine Patris &c. Unde Divus Thomas 3. part. quæst. 66. art. 3. postquam sibi objecit septimum argumentum de æqualitate nominum, ita pulchre respondet: „Sicut aqua sumitur ad baptismum, quia ejus usus est communior ad abluendum, ita ad significandas tres Personas in forma baptismi, assumuntur illa nomina, quibus communius consueverunt nominari Personæ; nec in aliis nominibus perficitur Sacramentum.“

8 Similiter invalida esset forma baptismi, si diceretur in nominibus, & non in nomine Patris, &c. Quia non indicaretur unitas substantiæ, virtutis, & potestatis tribus divinis Personis communis. Quo argumento utuntur Athanasius, Nazianzenus, & alii contra Arianos. Sic enim dicunt Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, atque Pelagius sexto sæculo Pontifex (b):

non

(a) Athan. orat. cont. Arianos. Epiph. heresi 73. (b) Hieron. lib. 2. in Epheos 4. Ambros. lib. 2. de Sacram. c. 7. Aug. tract. 6. in Joan. & lib. 2. cont. Maximianum c. 23. Pelagius epist. 16. ad Childebertum.

non baptizamus in nominibus, sed in nomine. Licet autem ter diceretur verbum *baptizo*, atque in nomine, non mutaretur substantialiter forma. Nam Cophæ, teste Calmeto, sic habent: *Ego te baptizo in nomine Patris amen. Ego te baptizo in nomine Filii amen. Ego te baptizo in nomine Spiritus Sancti amen.* Et validum est baptisma, cum unice posita sit repetitio, ad ostendendam majorem verborum emphasisim, non ad inducendum errorem. Si autem illorum intentio foret eundem pluries baptizare, vel distinctam docere trium Personarum naturam; tunc profecto baptisma deficeret; ad ejus quippe valorem servandus est verus verborum sensus, quem Christus observandum præscripsit; qui quidem sensus moraliter atrendi debet; ideoque Zacharias Papa consultus à Bonifacio Archiepiscopo Moguntino validum declaravit baptismum collatum in nomine Patris, & Filii, & Spiritu Sancto. Si baptizans non intendebat hæresim introducere, sed ita verba protulit mera ignorantia latine loquutionis, ut habetur Canone *Retulerunt* 86. de Consecrat. dist. 4. Ad cujus uberiorem notitiam videri possunt Theologi cum Divo Thoma 3. part. quæst. 66. art. 7. & 8.

9 Nunc iterum advertere placet, quod menit à principio Catechismus, nempe docendos esse fideles veram baptismatis formam, præsertim Chirurgo, & Obstetrices; sicut plura Ritualia jubent, ut nostrum Majoricense lib. 1. tit. 1. cap. 8. pag. 18. & alia. Et ratio ipsa convincit. Illis enim qui dicta exercent officia, pluries se offert occasio baptizandi; ne igitur irrepat lacrymabilis error, proferendo formam extraneo idiomate, ipsam addiscere debent lingua vulgari, ut eam securius proferant. Hic obiter annotamus cum Divo Thoma 3. part. quæst. 67. art. 6. non valere baptismum si unus proferat formam, & alter aquam infundat, cum neuter vere dicat *ego te baptizo*. Quid igitur faciendum si duo tantum reperiantur,

mancus nimirum, & mutus; & puer necessario baptizandus? Etsi casus iste fortasse nunquam evenerit; quia tamen non omnino repugnat, & excitari solet, saltem ad acuendum ingenium; ideo ne ipsius difficultate pressi, subcumbere videamur, varias ad ipsum dabimus responsiones. Prima, si sit aqua fluens ab alto, apponatur ibi puer à mutus, & baptismi forma profertur ab altero. Secunda; adducatur aqua prope infan-  
 tem, & mancus pede baptizandum aspergat dicendo debitam formam. Tertia; mutus hydriam nectat ad col-  
 lum manibus destituti, & iste slectatur aquam infun-  
 dens super parvulum cum forma præscripta. Quarta  
 denique; mancus aquam deglutiat, & cito projiciat su-  
 per infan-tem dicendo statim verba. Nam aqua tam  
 brevi tempore non corrumpetur in ore, & forma ad-  
 hac subsistet, cum præcedens ablutio moraliter per-  
 severet (a).

10 Verum transeamus ad gravissimam questionem  
 de baptismo in nomine Christi: quomodo scilicet Apo-  
 stoli baptizarint in solo Christi nomine; seu melius  
 an istud egerint. Ut enim sapienter advertit Illustri-  
 simus Feijoonius (b), prius oportet inquirere verita-  
 tem facti, quam ipsius causam investigare, aut mo-  
 dum, quo ipsa evenerit. Cum plerumque aliquid fal-  
 sum tanquam certum ponatur, & ingenia frustra la-  
 borant in assignanda ratione rei non existentis, sicut  
 qui querit colorem pennarum fœnicis, & similia. Non  
 ita se gerunt Catechismi Auctores, sed apposite sub  
 conditione loquuntur, dicentes, si aliquando Aposto-  
 toli in nomine tantum Domini Jesu baptizarunt, id  
 fecisse credendum est, Spiritus Sancti afflata, ut initio  
 nascentis Ecclesiæ Jesu Christi nomen illustrius fieret.  
 Eo-

(a) Sic pridem ultimum istum modum in quadam dissertatione protula-  
 ram, quem postea Laurenti à doctissimo Serry traditum in fine prælectio-  
 nis 8. de Sacramentis pag. 204. tom. 4. editiois Venetæ anni 1742.  
 (b) Feijoo tom. 4. epist. 11. num. 3.

Eodem modo intelligendus est Divus Thomas 3. part.  
 quest. 66. art. 6. ad 1. ut ait doctissimus Segura in  
 polo critico, post Naralem Alexandrum, & alios (a).  
 Nam Sanctus Doctor hypotetice loquitur; hoc est, si  
 Apostoli aliquando solo Christi nomine baptizavere,  
 hoc fecerunt speciali Spiritus Sancti revelatione. Nec  
 obstat quod explicitam conditionem non ponat, sicut  
 loquendo de liberatione animæ Trajani ab inferis, præ-  
 cibus Divi Gregorii, aliisque similibus casibus, quia  
 ipsa affatim sobintelligitur, idque nemo puto sane  
 mentis negabit.

11 Quid ergo dicendum est in hac questione facti?  
 baptizarunt Christi discipuli in solo ejus nomine, an non?  
 Respondetur, sententiam asserentem, quosdam habere  
 patronos scientia, & sanctitate præclaros, qui moti sunt  
 pluribus Scripturæ testimoniis. Quoniam Divus Lucas  
 non semel videtur illud adstruere in actibus Apostolo-  
 rum, ut cap. 2. vers. 38. cap. 8. vers. 12. & 16. c. 10.  
 vers. 48. & cap. 19. vers. 5. quibus locis enarrat, quod  
 in nomine Jesu Christi baptizarentur viri, & mulieres;  
 quod quidam baptizati tantum essent in nomine Domi-  
 ni Jesu; quod Petrus aliquos baptizari jusserit in nomi-  
 ne Domini Jesu Christi. Hæc sunt quæ aliquot Patres,  
 nonnulla Concilia, & non paucos Theologos in hanc  
 sententiam pertraxerunt. Ex Patribus numerantur Cypria-  
 nus, Hilarius Pictaviensis, Ambrosius, Bernardus, &  
 Hugo Victorinus. Ex Conciliis sunt Forojuliense, &  
 Nemausense, quibus addi potest Nicolaus I. in respon-  
 sione ad consulta Bulgarorum. Ex Theologis tandem ci-  
 tantur Petrus Pictaviensis, Albertus Magnus, Alexan-  
 der Alensis, Scotus, Ricardus, Paludanus, Turrecre-  
 mata, & alii. Imo Cajetanus nedum tenet Apostolos  
 solo Christi nomine baptizasse, sed etiam nunc valere  
 baptisma simili forma collatum.

Nec

(a) Vid. Segura in polo critico discurs. 7. divisio. 3. num. 13.



12 Nec desunt rationes, quibus hæc sententia probari possit. In primis enim: verba Sacræ Scripturæ intelligenda sunt in sensu proprio quando nullum sequitur inconveniens; nullum autem sequitur, ex quo verba Lucæ supra citata intelligantur sicuti sonant, quemadmodum intelliguntur illa Actorum 3. v. 6. quibus Petrus dicitur curasse claudum in nomine Jesu; & c. 16. v. 18. Paulum eiecisse demonium in nomine Jesu Christi; quocirca illa etiam litteraliter intelligunt Theophilactus, Beda, Hugo Cardinalis, Chartusianus & alii. Quia quamvis ipse Christus formam præceperit, quantum ad tenorem verborum, distinctam; eadem tamen servatur quo ad substantiam, collato baptisate in nomine Christi, ut enim habet Catechismus in textu cum Ambrosio, & Damasceno: qui Jesum Christum dicit, simul etiam Patris personam à qua unctus est, & Spiritum Sanctum quo unctus est significat. Præterea: dato formam baptismi traditam in solo nomine Christi differre ab ea quam ipse Christus instituit, nemini videndum est incredibile intervenisse dispensationem divinam, propter rationem à Divo Thoma, & Carechismo adductam, ut scilicet Sanctissimum Jesu nomen magis honoraretur. Si quis autem objiciat, esse difficile creditu, Deum, vix dum condita lege formæ baptismatis, eam statim jam relaxasse; instari poterit paritate legis naturæ prohibentis sorores cum fratribus nubere, & tamen in principio mundi Dominus dispensavit. Quidni ergo credemus idem in lege gratiæ respectu baptismi?

13 His tamen non obstantibus, communior opinio tenet cum Catechismo §. 16. & ultimo ex assignatis, Apostolos nunquam baptizasse in solo Christi nomine, quam nos statim probabimus tertia parte. Nunc dissolvemus momenta partis oppositæ. Ad textus igitur Actuum Apostolorum responderetur, dum ibi dicitur aliquos fuisse baptizatos in nomine Christi, non intelligendum esse solum Christi nomen in eorum baptisate fuisse prolatum;

tum; sed eos baptizatos baptismi Christi, ejusque fide atque virtute. Sicut dum Matth. 3. & Joan. 1. baptismus Christi dari dicitur in Spiritu Sancto, & Romanorum 6. in morte Christi; quin unquam collatus fuerit solo nomine Spiritus Sancti, vel mortis Christi. Nec ex eo quod Petrus, Paulus, & alii patrarint miracula prolato solo Christi nomine, sequitur ita etiam baptizasse; nam primum prædixerat ipse Christus Marci 16. vers. 17. & sequent. nempe: *In nomine meo demonia ejicient, &c.* Secundum vero sub determinata forma præcepit. Ad Patres responderetur, perpaucos illos, qui pro prima opinione laudantur, non ita loqui, ut nequeant benigne interpretari. Quod attinet ad Cyprianum, respondet Tournely, ibi non agere de forma Baptismi, sed de publica professione fidei eorum qui sunt baptizandi. Responderi etiam potest, Sanctum Doctorem non exclusisse expressionem trium personarum, etsi dixerit Apostolos baptizasse in Christi nomine. Similiter explicari potest Div. Hilarius, nam libro de Synodis bis, terque repetit, Apostolos præceptum accepisse à Domino, ut baptizarent in nomine Patris &c. Nec oppositum sentit Ambrosius, qui pluribus in locis id ipsum aperte testatur, ut videri potest lib. 5. & 7. de Sacramentis.

14 Si autem Div. Bernardus, alique posteriores aliter senserint, salvo debito illis honore, ipsorum sententiæ præferimus aliam totius fere Ecclesiæ. Ad illud Nicolai I. respondent Canus, Sotus, Sylvius, alique, loquutum fuisse ut auctorem privatum, quia super illud non fuit consultus à Bulgaris, & contrarium statuerunt ejus decessores Pelagius, & Zacharias. Quibusdam tamen verosimile non videtur hunc Pontificem, nec ut privatum Doctorem, ignorasse rem adeo notam, qualis est forma baptismi. Unde dicunt ejus mentem ab Ambrosio, cujus meminit, non deflectere, qui sane de forma baptismi non agit, sed de ejus effectu, quem conveni-

re dicit tribus personis, licet in Scriptura tantum alicui tribuatur (a). Concilia supra citata nec Generalia sunt, nec à Pontifice confirmata, saltem in hoc quod solum opinative tradunt, sicque Theologi non constringuntur eorum auctoritate, maxime dum oppositum firmissimis nititur fundamentis. Rationes insuper quibus moti sunt illi auctores, inefficaces putantur ab omnibus partis adversa. Quod enim dicitur ex actibus Apostolorum, interpretari debet secundum verba Christi, Matthæi ultimo, non è contrario; nam ambigua, & obscura, per clara, & aperta sunt exponenda. Illud etiam quod obijcitur, scilicet Christi nomen idem significare quo ad substantiam, ac nomen personarum Sanctissimæ Trinitatis, si verum esset, sequeretur nunc quoque valere baptismum solo nomine Christi collatum, quod nemo diceret, cum Cajetani sententia ab omnibus rejiciatur, & expuncta sit jussu Summi Pontificis. Aliud enim est aliquem non posse vere in Christum credere, quin credat in tres personas divinas; & aliud solum Christi nomen eas exprimere ad formam baptismi. Primum docent Ambrosius, Damascenus, Divus Thomas, & qui de Incarnatione Verbi catholice sentiunt; minime vero secundum. Quia cum baptismatis forma fiat tanquam publica fidei professio, & quidem totius Ecclesiæ nomine, necesse est tres Sanctissimæ Trinitatis personas in ea expresse, & distincte nominari.

15 Dicunt primæ sententiæ defensores, intervenisse dispensationem divinam, ad majorem Christi gloriam manifestandam. Sed cuiusnam, quæso, manifestandam? Baptizandis, an infidelibus? Non prioribus, qui per catechismum jam credebant in Jesum Christum; ideoque baptismate volebant ejus militiæ nomen dare. Non ultimis, quia vel ignorabant nostræ religionis mysteria,

(a) Vid. Harduinus dissert. recusa in Thesuro Theologico tom. 10. part. 1. operis. 4. pag. 95. & sequentibus.

ria, vel ad ea trahendi erant Apostolica prædicatione, atque miraculis in nomine Christi patris; quin opus foret ut forma baptismi eodem nomine preferretur, contra expressum ejus præceptum. Si enim Christi nomen judæis erat scandalum, & gentibus stultitia; si gmentum etiam videbatur Trinitatis arcanum. Quod igitur Christi nomen honorabilius redderetur, collato baptismate illius nomine, solum est ratio congruentiæ, posita veritate facti, sed factum ipsum non probat; alias nunc quoque probare posset, cum dentur adhuc judæi, atque gentiles. Quid tandem additur, intervenisse dispensationem divinam ad formam baptismi, licet recenter condita lege, sicut matrimonium fratris cum sorore fuit initio dispensatum? Hæc paritas tam à longe petita nihil valet; quia non certo constat hujusmodi matrimonium esse jure naturæ prohibitum; contrarium enim sentiunt multi, quos citat, & sequitur Cl. Concina (a). Sed dato ita esse, ibi erat necessaria dispensatio, quia cum Deus veller multiplicari genus humanum, viri, mulierisque concubitu, aut creandæ tunc erant feminae, (quod est ponere miraculum sine necessitate) aut sorores erant copulandæ cum fratribus; non enim erant aliæ gentes, quidquid somnariis Isaac Peyrieri fabulator Prædamitarum. Sed hætenus dicta jam satis erunt pro secunda orationis parte.

16 Ad tertiam itaque pervenientes, hanc thesina disputationi exponimus: *Nunquam valet baptismata collatum in solo Christi nomine, tacitis Sanctissimæ Trinitatis Personis.* Probatum conclusio verbis ipsius Christi jubentis Apostolos baptizare in nomine Patris &c. ut legitur Matth. 28. vers. 19. jam supra citato. Si quis autem dicat, eam legem fuisse postea relaxatam, quia in Actibus Apostolorum habetur plures baptiza-

Tom. II.

L

tos

(a) Vid. Concina tom. 10. lib. 1. de matrim. dissert. 3. cap. 2. §. 4. n. 7.

tos esse in nomine Christi; contrarium ex ipsis actibus constat; nam cap. 19. refertur Paulum quosdam interrogasse, an crederent in Spiritu Sanctum? Quibus respondentibus nihil de Spiritu Sancto audisse, dixit Apostolus: *In quo ergo baptizati estis?* Tunc igitur in forma baptismi non omittebatur Persona Spiritus Sancti. Respondet doctissimus Frassen, ad infirmandam rationem ex hoc textu desumptam, Apostoli verba bene fundari argumento baptismi, quamvis in solo Christi nomine datus esset, absque divinarum Personarum expressione. Adulti enim, quales erant quibus cum loquebatur Apostolus, ante baptismum instruebantur dogmatis fidei; ideoque ignorare non poterant Spiritus Sancti divinitatem. At parum obstat ista responsio, quoniam Paulus non unice admirabatur Ephesios illos nescire quid esset Spiritus Sanctus; sed multo magis quod dicerent de ipso nunquam audisse. Quare non eos interrogavit, quomodo baptizati estis ignorantem hanc Trinitatis Personam, qua ignorantia baptismus nec dari solet, nec potest adultis? Sed fortius ipsos perstrinxit dicens: *In quo ergo baptizati estis?* Quasi diceret: *In quo nomine, in quibus verbis suscepistis baptismum vos? qui dicitis: Nec si Spiritus Sanctus est audivimus.* Quae interrogatio nulla foret, si tunc mos fuisset baptizandi in solo Christi nomine, absque expressa Spiritus Sancti mentione. Quando ergo eodem capite dicitur illos baptizatos esse in nomine Christi, legitimus sensus est, initiatos esse baptismo a Christo Domino instituto, ad distinctionem baptismi Joannis, & aliorum, ut ait Facundus Herminianensis (a).

17. Praeterea: si tam grande, tamque singulare privilegium concessum esset Apostolis, ut Patre, & Spiritu Sancto in baptismo pratermissis, solo Jesu Christi

(a) Vid. Bertl tom. 3. lib. 31. cap. 9. pag. 274. & Selvagus lib. 3. cap. 2. §. 5.

sti nomine baptizarent; illius alicubi facerent mentionem Scriptores priscae aetatis, qui quo proprius Apostolica tempora attingebant, eo certius morem Apostolicum scire poterant. At vero antiqui Patres haec de re penitus siluerunt, & omnes simul totam Trinitatem invocandam esse testati sunt, ut Tertullianus lib. de baptismo cap. 13. dicens: *Lex tingendi imposita est, & forma praescripta: Ite, docete nationes, tingentes eas in nomine Patris &c.* Origenes in cap. 2. ep. ad Romanos: *Cur hic Apostolus Christi nomen assumisit, dicens: Quicumque in Christo baptizati sumus; cum utique non habeatur legitimum baptismum, nisi sub nomine Trinitatis?* Quoniam hoc loco non tam baptismatis rationem, quam mortis Christi discutere cupiebat. Cyprianus epist. 73. ad Jubajanum: *Dominus post resurrectionem discipulos suos quemadmodum baptizare deberent instituit, & docuit, dicens: Baptizantes eos in nomine Patris &c.* Didymus Alexandrinus praceptor Divi Hieronymi, Rufini, & aliorum, lib. 2. de Spiritu Sancto circa initium: *Non arbitror quemquam tam recordem, atque insanum futurum, ut perfectum baptismum putet, quod datur in nomine Patris, & Filii sine assumptione Spiritus Sancti, aut vice versa.* Similiter Divus Hieronymus lib. 4. Comment. in Matth. in fine (a).

18. Augustinus, quem Calvinus ipse lib. 3. Institut. cap. 2. §. 10. recognoscit tanquam sincerum depositarium antiquitatum Ecclesiae, Augustinus, inquam, lib. 6. de baptismo cap. 25. ait: *Deus adest Evangelicis verbis suis, sine quibus baptismus Christi consecrari non potest; nimirum, in nomine Patris &c.* ut dixerat lib. 3. cap. 15. Leo Magnus epist. 4. decret. ad Episcopos Siciliae: *Dominus . . . discipulis suis formam, & potestatem tradidit baptizandi dicens: ba-*

L 2

pri-

(a) Vid. Breviarium infra Octavam Pasche feria 5. lect. 2.

plizantes eos in nomine Patris &c. Fulgentius de Incarnat. & gratia Christi cap. 11. inquit, Matth. ultimo traditam esse formam sancti baptismatis in nomine Patris &c. Isidorus lib. 2. de divinis officiis cap. 24. Nequaquam baptismi sanctificator officio, nisi qui sub Trinitatis tingitur Sacramento, sicut Dominus ait: Baptizantes eos &c. Damascenus lib. 4. fidel. cap. 10.: Qui in Sanctam Trinitatem minime baptizati sunt, hi de novo baptizentur necesse est. Venerabilis Beda tom. 8. q. 14. de peccato originali: Si quis baptizans dicat: Baptizo te in Christo Jesu, & non dicat in nomine Patris &c. sicut Dominus instituit, non est verus baptismus. Quibus verbis priorem opinionem retractasse videtur. Mitto alia plura videnda tuscus apud Auctores; quos inter consuli possunt Canus, Bellarminus, Suarez, Sylvius, Estius, Mabillonius, Calmetus, Harduinus, Martene, Renodotius, Goarius, Arcudius, Natalis Alexander, Serry, Juenin, Tournely, Colletus, Perrimezzi, Berti, Charmes, & alii; præsertim doctissimus Ledruin, quamvis paulo acrius insectatus fuerit sodalem suum celeberrimum historicum Orsium, postea Cardinalem, quia contrariam opinionem probabilem esse valide propugnavit in dissertatione historica de baptismo in nomine Jesu Christi, Mediolani edita anno 1733. & in Vindiciis præfate dissertationis, ab objectionibus Ledruini, editis Florentiæ anno 1735.

## PRÆLECTIO VII.

## De Sacramento Confirmationis,

ad expositionem cap. 3. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini, à §. 1. ad sextum.

**1** Postquam ob Adæ peccatum lapsa est humana natura, felicitati successerunt ærumnæ, quieti labores, paci seditiones, & pugnæ: ideoque militia dicta est vita hominis super terram. Verum, licet id commune sit omnibus, nullusque inveniatur toto orbe terrarum importunis adversariis carens; illi tamen, qui per baptismum Christi Religionem profitentur, plures in se concitant inimicos, demones, homines, affectiones; quare clementissimus Dominus, volens suos milites esse fortes in prælio, & contra tot infensissimos animæ hostes viriliter dimicare; illos sua virtute munit ex alto, corroborantem eis gratiam tribuens per confirmationis Sacramentum. De quo in præsentem agemus, ad expositionem cap. 3. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini à §. 1. ad 6. Invocato prius Sanctissimæ Trinitatis auxilio, Patris scilicet &c.

**2** Dei, Sanctorumque opitulatione munitus, & obtenta dicendi venia, sex designatos Catechismi paragraphos exponendos aggrediar; sed ad clarius procedendum, erit hæc oratio tripartita. In prima enim parte textus littera breviter contrahetur; in secunda fuscus elucidabitur; in tertia denique, si tempus nondum desierit, conclusio ex textu desumpta probabitur, & vindicabitur. Urinam fausto eventus!

**3** Primam itaque partem exordiens, en litteræ textus

plizantes eos in nomine Patris &c. Fulgentius de Incarnat. & gratia Christi cap. 11. inquit, Matth. ultimo traditam esse formam sancti baptismatis in nomine Patris &c. Isidorus lib. 2. de divinis officiis cap. 24. Nequaquam baptismi sanctificator officio, nisi qui sub Trinitatis tingitur Sacramento, sicut Dominus ait: Baptizantes eos &c. Damascenus lib. 4. fidel. cap. 10.: Qui in Sanctam Trinitatem minime baptizati sunt, hi de novo baptizentur necesse est. Venerabilis Beda tom. 8. q. 14. de peccato originali: Si quis baptizans dicat: Baptizo te in Christo Jesu, & non dicat in nomine Patris &c. sicut Dominus instituit, non est verus baptismus. Quibus verbis priorem opinionem retractasse videtur. Mitto alia plura videnda tuscus apud Auctores; quos inter consuli possunt Canus, Bellarminus, Suarez, Sylvius, Estius, Mabillonius, Calmetus, Harduinus, Martene, Renodotius, Goarius, Arcudius, Natalis Alexander, Serry, Juenin, Tournely, Colletus, Perrimezzi, Berti, Charmes, & alii; præsertim doctissimus Ledruin, quamvis paulo acrius insectatus fuerit sodalem suum celeberrimum historicum Orsium, postea Cardinalem, quia contrariam opinionem probabilem esse valide propugnavit in dissertatione historica de baptismo in nomine Jesu Christi, Mediolani edita anno 1733. & in Vindiciis præfate dissertationis, ab objectionibus Ledruini, editis Florentiæ anno 1735.

## PRÆLECTIO VII.

## De Sacramento Confirmationis,

ad expositionem cap. 3. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini, à §. 1. ad sextum.

**1** Postquam ob Adæ peccatum lapsa est humana natura, felicitati successerunt ærumnæ, quieti labores, paci seditiones, & pugnæ: ideoque militia dicta est vita hominis super terram. Verum, licet id commune sit omnibus, nullusque inveniatur toto orbe terrarum importunis adversariis carens; illi tamen, qui per baptismum Christi Religionem profitentur, plures in se concitant inimicos, demones, homines, affectiones; quare clementissimus Dominus, volens suos milites esse fortes in prælio, & contra tot infensissimos animæ hostes viriliter dimicare; illos sua virtute munit ex alto, corroborantem eis gratiam tribuens per confirmationis Sacramentum. De quo in præsentem agemus, ad expositionem cap. 3. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini à §. 1. ad 6. Invocato prius Sanctissimæ Trinitatis auxilio, Patris scilicet &c.

**2** Dei, Sanctorumque opitulatione munitus, & obtenta dicendi venia, sex designatos Catechismi paragraphos exponendos aggrediar; sed ad clarius procedendum, erit hæc oratio tripartita. In prima enim parte textus littera breviter contrahetur; in secunda fuscus elucidabitur; in tertia denique, si tempus nondum desierit, conclusio ex textu desumpta probabitur, & vindicabitur. Urinam fausto eventus!

**3** Primam itaque partem exordiens, en litteræ textus

tus initium §. 1. : *Si in Confirmationis Sacramento &c.* Ecce vero finem §. 6. *de materia dicendum est.* In presenti capite incipit Catechismus de confirmatione tractare; sicque §. 1. proponit, more solito, necessitatem explicandi hoc Sacramentum, advertens Parochorum diligentiam ad hoc esse adhibendam, hac praesertim tempestate, quoniam illud à multis praetermittitur, & paucissimi sunt qui ejus fructum percipiunt; ideoque vel in die Pentecostes, vel aliis diebus, quibus commode fieri possit, docendi sunt fideles hujus Sacramenti natura, vi, dignitate; ut intelligant, nedum non neglegendum esse, sed insuper esse summa pietate, & Religione suscipiendum §. 2. confirmationis nomen exponit. §. 3. & 4. multis auctoritatibus docet confirmationem esse novae legis Sacramentum. §. 5. probat esse à baptismo distinctum. §. 6. & ultimo explicandorum, tradit Christum Dominum fuisse ejus auctorem. His breviter praelatis, jam apparet Catechismi scopus, quem ut citius attingamus, primae parti finem imponimus.

4 Ad secundam igitur orationis partem progrediamur, ubi latius exponenda est littera textus. Quantum ad primum paragraphum, prudentissime admonet Catechismus confirmationis naturam, vim, & dignitatem esse, à pastoribus Ecclesiae explicandam, cum plures ex fidelibus recipere illam omittant, quo videntur confirmationem habere tanquam rem inanem, & otiosam ceremoniam, non tanquam verum Ecclesiae Sacramentum; quemadmodum Lutherus, Calvinus, Dallatus, alique novatores. Qui enim dum possunt confirmationis Sacramentum accipere, illud praetermittunt; aut turpiter ignorant ejus effectum, aut eo non indigere stulte praesumunt, aut praxi saltem favere volunt haereticis. Quod si ita est respectu illorum qui confirmationem cum possint non suscipiunt, quid dicendum de Casuistis docentibus nullum esse peccatum, nec veniale quidem, hoc Sacramentum nunquam suscipere, quamvis sit oportuni-

nitas? Sed quia Catechismus de hoc infra pertractat §. 16. & 17. ideo hic solum advertit Parochos debere populum de hoc Sacramento instruere, vel in die Pentecostes, quo alicubi, ut olim saepe, confirmatio administratur, vel aliis diebus, dum commode fieri videant.

5 Prosequitur Catechismus, & §. 2. breviter confirmationis nomen elucidat. Licet enim à veteribus appelleretur *impositio manuum, consignatio, spirituale signaculum, Sacramentum chrismatis, chrisma salutis, &c.* (a) Praecipue tamen dicitur *Confirmatio*, quia baptizatus, dum ab Episcopo sacro chrismate ungitur, adhibitis solemnibus illis verbis: *Signo te signo crucis &c.*, si hanc unctionem digne suscipiat, novae virtutis robore firmior, atque perfectus Christi miles efficitur. Nam etsi per baptismum Christi militiam adscribamur; per confirmationem majores vires accipimus ad pugnandum. Hinc baptismus respectu confirmationis, est sicut generatio respectu nativitatis, ut ait Div. Thomas, ejus verba quamvis ad aliud ab ipso tradita, huc adducere placeat; conducent enim maxime ad Catechismi litteram explicandam. Sic ergo loquitur Sanct. Doct. in 4. distinct. 42. quaest. 1. art. 2. „Duplex est nativitas. Prima est in „utero, in qua id quod natum est, est adeo debile, „quod non possit exponi sine periculo, & huic nativitati assimilatur regeneratio per baptismum. Secunda, est nativitas ex utero, quando id quod natum erat „in utero tantum roboratum est, quod possit sine periculo exponi exterioribus, quae nata sunt corrumpere; „& huic assimilatur confirmatio; per quam homo roboratus exponitur in publicum ad confirmationem „nominis Christi.“ Merito igitur hoc Sacramentum dicitur *Confirmatio*, quia per ipsum Deus confirmat quod baptismate operatus est in nobis, & nos morte ipsa, si opus

(a) Vid. Selyag. lib. 3. antiquit. Christianae. cap. 6. §. 1. & alii.

opus fuerit, confirmare debemus catholicas veritates quas profitemur.

6 Tertio, & quarto paragrapho abunde probat Catechismus, confirmationem verum esse Sacramentum, adducens in primis Melchiam Papam epist. ad Episcopos Hispania cap. 2. Clementem epist. 4. ad Julianum; quibus addit alios Sanctissimos, & vetustissimos Pontifices Urbanum, Fabianum, Eusebium, qui omnes suis decretis docent confirmationem esse verum Ecclesie Sacramentum. Postea ad id comprobandum citat plures Patrum auctoritates, nempe Dionysii Areopagite, lib. de Ecclesiastica hierarchia, Eusebii Cæsariensis, Divi Ambrosii, & Augustini, quorum duo ultimi scripturæ locis utuntur ad idem propositum. Primus quidem lib. de his qui mysteriis initiantur cap. 7. & lib. de Spiritu Sancto cap. 6. adducit illa Apostoli verba ad Ephes. 4. v. 30.: *Nolite contristare Spiritum Sanctum, in quo signati estis.* Alter vero lib. 1. contra literas Petiliani Donatistæ cap. 104. & lib. 15. de Trinit. cap. 26. illud Psalmi 132. v. 2.: *Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron;* & illud Apostoli ad Romanos 5. *Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis.*

7 Antequam ultra pergamus lubet aliqua argumenta proponere, ut eorum solutione textus littera defendatur, & illustretur; quoniam teste Divo Augustino lib. de Doct. Christ. *Valde horum est, ut quicquid contradicere potest, si occurrerit, refutetur, ne ibi occurrat ubi non erit qui respondeat.* Objiciet ergo aliquis, Catechismum non recte probare confirmationem esse verum Ecclesie Sacramentum. Primo: quia nullam adducit Scripturæ auctoritatem, qui est præcipuus locus Theologicus, imo & unicui ad convincendos hæreticos. Secundo: quia citat Melchiam, aliosque Pontifices, & Dionysium Areopagitam, cum, quæ circumferuntur, decretales Pontificum ante-Siriciz, & ope-

ra Dionysio attributa rejiciantur ab eruditis (a). Tertio denique, quia inter Sanctos Patres annumerat Eusebium Cæsariensem, hominem Arianum, vel saltem acerrimum fautorem Arij.

8 Sed ad singula breviter respondebimus, quantum instituti ratio postulat. Ad primum itaque dicimus Catechismum in fine paragraphi 4., ut dictum est, referre Ambrosium, & Augustinum, qui ambo tres auctoritates adducunt ex Sacra pagina, quas jam supra retulimus. Præterquam quod, etsi nullus Scripturæ locus citaretur à Catechismo, traditio sola sufficeret, quamvis fremant hæretici. Hanc autem traditionem clare demonstrat Catechismus testimoniis plurium veterum scriptorum, atque Sanctorum Patrum. Nec obstat quod de aliquibus dubitent critici, aut etiam negent. Nam certo constat illa testimonia esse valde antiqua, & adhuc sub iudice lis est, an sint Auctorum, quorum nomina tenent, præsertim opera Dionysii dicta, quæ illius esse, per multa sæcula crediderunt omnes, uno excepto anonymo, quem Theodorus Presbyter à Photio laudatus confutavit. Et licet postquam Valla, & Erasmus tuba cecinerunt adversus hæc opera, maximam criticorum partem ad se traxerint, nedum ex hæreticis libentissime concurrentibus, sed etiam ex catholicis; non desunt tamen plures eruditissimi viri, uti Ecclesie Cardinales Baronius, Bellarminus, Aguirre, Cozza, & Gotti: præter Arcudium, Natalem Alexandrum, Petrum Anatum, Joannem Nicolai, Honoratum à Sancta Maria, & alios; qui pro aris, & focis contendunt præfata opera esse genuina Divi Dionysii Areopagite (b).

Tom. II.

M

Qud

(a) Vid. Ruypprecht tom. 1. not. Hist. in Jus Canonicum tit. 2. cap. 4. §. 5. quest. Critica pag. 126. & sequent. edit. Parisiæ. Villaniso in Summa Conciliorum Hispania tom. 1. cap. 1. & sequent. Berardi, alijque sexcenti.  
(b) Vid. Ferrer in Epitome Theolog. tom. 1. num. 520. pag. 392. Segura in polo critico discurs. 7. §. 2. Michael à Sancto Josepho in Bibliograph. critica tom. 2. verbo *Dionysius* pag. 173.

9 Quod si etiam nunc, tot tantisque criticis emunctae naris vera videntur opera Dionysii; quid mirum talia visa fuisse auctoribus Catechismi, praesertim tunc temporis, cum pauci essent, & velut in fide suspecti, quales erant Valla, & Erasmus, qui primi illa negaverant? Certe, quod in Catechismo citentur opera sub nomine eorum, quorum fortasse non sunt, ut dum citantur decretales Pontificum ante Siricium, Symbolum sub nomine Athanasii, opera Dionysii, & si qua sunt alia; non ideo contemnenda est ejus auctoritas; sicut nec contemnitur Scriptura, seu Vulgata editio, Martyrologium, Breviarium Romanum, &c. quamvis in Vulgata quaedam adhuc supersint levissima menda, vel amanuensium culpa, vel aliunde, ut sentiunt auctores gravissimi cum Natali Alexandro; & similiter in Breviario, etiam novissime correcto, quaedam inveniuntur, ut baptismus Constantini, lapsus Marcellini, & alia, quae criticis valde displicent; ut videri potest apud Eminentissimum Lambertini lib. 4. de Canonizatione Sanctorum part. 2. cap. 15. & apud alios (a). Unde ad recte judicandum de rebus historicis, & de quocumque alio, prudentia opus est, & moderata critica; quae dum aliquibus deest, jam non critici sunt, sed hypercritici, Aristarchi, qui ut doctiores videantur, nemini parcunt, nullum librum reverentur, pro nihilo irascuntur, inardescunt, Coelum, & Acheronta commovent, quo fiunt audacissimi Sycophantae, irrisibiles Momi, nec suam ostendunt scientiam, sed arrogantiam.

10 Haec ideo dicta sunt, non ut opera Dionysii mordicus tueri velim, nam ego circa ipsa dubius haereo;

(a) Vid. Segura in polo critico discurs. 7. §. 4. division. 1. & 2. Michaeli de Sazeto Josepho in Bibliographia critica tom. 1. verbo *Bibliotheca ecclesiastica concipiens* pag. 215. & tom. 2. verbo *Segura* pag. 225. Vincentium Calatayud tom. 1. prolegomen. 3. art. 1. pag. 67.

reo (a); sed ut vindicem Catechismi Auctores ab acriter censura, qua fortasse nonnulli audaces, eos inurent, propter levia quaedam, quae nihil obsunt catholicae veritati, sed eam valde confirmant. Quid enim obest, epistolas illas sub nomine Melchiadis, Clementis, Fabiani, &c. et libros sub nomine Dionysii, non esse illorum quorum nomina praeserunt? Quid, quod Eusebius Caesariensis faverit Arianis, ut ejus, & illorum testimonii confirmari non possit Sacramentum confirmationis jam à multis saeculis administrari? Decretales enim illae, licet genuinae non sint, antiquae tamen sunt, & saltem de-

M 2

su-

(a) Doctissimus quidam vir apprime suadebat, ut praefata opera tanquam genuinum Dionysii factam proponerent, dicens sic à plerisque sapientissimis Scripturis crediti; & aliter plurimum deprimi auctoritatem Summae Theologiae Divi Thomae, ubi Dionysius saepe laudatur. Sed neutram mihi visum est adeo efficacem, ut ejus monitis acquiescerem. Primum enim illius ratio ex plurimorum fide desumta, per totidem, vel plures alios evenit. Nam licet, ut supra distinximus, Scriptores commisit usque ad saeculum XVI. illa opera Dionysii esse putarent, & idem putent etiam plerumque recentiorum; contrarium tamen sentiunt alii, nec numero, nec scientia primis inferioribus, nempe aucthoribus, ut Casaubonus, Usserius, Cavius, Fabricius, Rivetus, Pearsonus, Scaltotes, Oudinus, Binghamus, & alii; Sed Catholici penè innumeri, Valla, Erasmus, Cajetanus, Bonna, Launius, Ciffertius, Lupus, Morinus, Dupinus, Beletus, Lequien, Echardus, Serry, Gravesonus, Amortius, alique sexcenti; adeo ut Pius Thomas Milante in nota ad Sixtum Senensem lib. 2. Bibliothecae Sanctae, verbo *Dionysius*, pag. 95. ita concludat: *Neque enim, aut fere neminem in praesentiarum, qui creditus, qui criticus audit, ab hac negativa sententia, cui adhaerere, praecipi debet. Argumenta insuper quibus haec sententia militat, non facile dissolvuntur, etiam ad illa respondere constati sint auctores partis oppositae; at rationes hinc inde traditae dubium porius augent, quam minuunt: unde tutius opinor iudicium cohibere circa hujusmodi opera.*

Quia propterea Summa Divi Thomae vilescat; tum quia partem, aut nihil referat ad veritatem probandam, quod Dionysius fuerit illorum operum auctor, domendo sasam, & antiquam doctrinam continens; tum quia Divus Thomas non tam frequenter ejus auctoritate nititur, quam hyperbolice scribit Coelerius apud Seguram in polo critico discursu 7. §. 2. num. 21. dicens: Angelicum Doctorem totam hanc doctrinam Theologicam ex porosisimis Dionysii fontibus hausisse. Nam, ut refert Vincentius Ferrerius Dominicanus Barcinonensis in accuratissima Divi Thomae vita, (Catalauno sermone edita Barcinone anno 1623. & fortasse curiosa rerum copia cum novissima Gallicana Taroonii conferenda) lib



sumta ab aliis operibus Pontificum Romanorum, ut fatetur Blondellus hæreticus, quo non parum sibi nocet, ut observavit Doujatius, apud Bibliographiam criticam Michaelis à Sancto Josepho tom. 2. verbo *Decretales* pag. 121. Eusebium etiam citatur à Catechismo, non tanquam Sanctus Patrens, sed quemadmodum quandoque citantur Origenes, Tertullianus, & alii; quia non negligenda est eorum auctoritas, dum fidei dogmata probant, licet eis deficiat sanctitas. Unde si Catechismus tantum adduxisset epistolas illas, opera Dionysii, & auctoritatem Eusebii, quamvis duo priora dicantur apo-

lib. 3. cap. 18. à pag. 249. Doctor Angelicus in Summa Theologica citat Dionysium Areopagitam 468. vicibus Augustinum vero 2769. Hieronymum 226. Ambrosium 235. Gregorium Magnum 617. Nazianzenum 10. Nisicum 23. Origenem 38. Cyrilianum 17. Basilium 38. Athanasium 30. Hilarium 75. Chrysostomum 211. Leonem Magnum 36. Isidorum 130. Boetium 110. Damascenum 280. Anselmum 31. Bedam 23. Bernardum 32. Hugonem Victorinum 20. ut alios plures omittam, ibi fere videndos. Quis si addantur Scripturæ sacrositates, Conciliorum decreta, Pontificum definitiones, & innumera alia testimonia cævas generis Scripturam, in quibus Sanctus Doctor fuit diligentissimè versatus, clare liquet, quæ Divus Thomas ex Dionysio tenuit non conficere vigesimam partem eorum, quæ autem ejus Summa complectitur.

In qua, (una cum Supplemento ex illius Commentariis in quartum Sententiarum de prompto ab Henrico de Gorichen, seu de Gorcomio, ut probabilis opinatur Bernardus Maria de Rubéis) reperiuntur, nisi fallor, 613. questiones, & 3112. articuli, quos totidem miracula vocare non dubitavit Joannes XXII. apud plures citatos ab Eminentissimo Lambertini lib. 2. de Beatific. SS. cap. 25. num. 9. Quoniam in ea Summa, ut ait doctor summus Cano lib. 12. de locis cap. 3. *Mirabilis est contextus rerum sanctorum questionum, & articulorum ordo, & compositio disciplina incredibilibus: adeo tenentur externæ primis, mediis utriusque, omnia omnibus.* Similia tenent Sixtus Senensis, Labrous, Possevinus, & alii. Nec maximam ipsius laudem minuunt pœcœdæ quædam ab hodiernis criticis non probatæ, quippe prudentiores omnes attendunt quo seculo vixit Sanctus Doctor, qui tempore suo serviens merito philosophiam Aristotelis cum Theologia copulavit, ut sapienter ostendunt Vincentius Catanaeus Presbyter Oratorius Valentini, in opere cui titulus est *Deus Thomas cum Patribus, & Prophetis loquitur* tom. 1. prolegomen. 3. art. 3. pag. 78. & Dominicus Thomas Valfredi Ordinis Predicatorum, in libro inscripto: *Commentarius apologeticus de usu philosophiæ in Theologiæ Divi Thomæ operibus*, edito Genævæ anno 1777. Sed nonne extra limitem eo, quod dicatur, extraque oleas?

apocrypha, & tertium auctoris, dum de Arianis loquitur, suspectæ fidei; in re tamen de qua agimus, non parum valeret hæc testimonia ad ostendendum confirmationem non heri, aut nudius tertius incepisse à fidelibus credi.

11 At vero, Catechismus, præter dictos auctores, adducit alios jam memoratos, Ambrosium, & Augustinum, de quorum sanctitate, antiquitate, eruditione, & veritate non dubitatur; quibus addi possunt Concilium Eliberitanum, Leodicenum, Toletanum primum, Braccarense primum, Carthaginense tertium, & quartum, Florentinum, & Tridentinum, quæ omnia docent adversus Novatianos, Arianos, Donatistas, Waldenses, Lutheranos, & Calvinistas, confirmationem esse verum Ecclesiæ Sacramentum. Quod cum ita sit, quis non miratur enormem falsitatem, ac impudentiam Calvini dicentis lib. 4. institut. cap. 19. §. 5.: *Posterior ætas, re prope obliterata, fictitiam nescio quam Confirmationem pro Dei Sacramento posuit?* Nescium profecto esse oportet, qui tam plura, tam antiqua, tam aperta monumenta ignorat! Merito itaque dicere possumus cum Illustrissimo Cano lib. 4. de locis cap. ult. ad 12. Calvinum aliquando videri acutum, aliquando vero tanquam sensus communis expertem, nec quidem mirum, quoniam lumen quod hæreticis inest, tenebræ sunt, excœcavit enim eos malitia eorum. Sap. 2. v. 21.

12 Sed prosequamur litteram textus, ubi §. 5. traditur confirmationis, ac baptismatis differentia. Licet enim à Melchiade, (vel si mavis ab alio prisco auctore) baptismus confirmationi maxime conjunctum esse dicatur, & à multis Patribus confirmatio vocetur complementum baptismi, sicut à Divo Thoma supra citato comparatur nativitati, & baptismus generationi; est tamen maximum inter utrumque discrimen: unde

baptismus, & confirmatio pro unico Sacramento accipi nequeunt. Quod optime probatur à Catechismo, tum quia quæ distinctam gratiam conferunt, & constant sensibilibus signis distinctis, distincta Sacramenta esse oportet; atqui confirmatio distinctam efficit gratiam, à baptismo; utpote per istud renascimur, per illud roboramur; ac insuper distincta materia, & forma consociuntur, ut per se notum est: ergo aliud Sacramentum est baptismus, & aliud confirmatio.

13 Tum alia ratione, quam tradit etiam Divus Thomas 3. part. quæst. 72. art. 9. quia scilicet dum animus in novam aliquam difficultatem incurrit, novo indiget Sacramento: quemadmodum ergo datur baptismus ad mentem fide informandam, ita etiam oportet fidelium animos alia gratia confirmari, ut nullo poenarum, suppliciorum, mortisque periculo, aut metu, à veræ fidei confessione deterreantur. Unde in *baptismo*, ait Eusebius Emissenus homil. de Pentecost. *Regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam: in baptismo ablusimur, post baptismum roboramur.* Hinc in confirmatione Christiani dicuntur, *perfici, consumari, roborari.* Quo fiebat, ut nemo perfectus Christianus censeretur antequam confirmationem accepisset, testè Cyrillo Hierosolymit. Catech. 3. quod etiam Albaspineus lib. 1. c. 24. observat; & ideo quondam eodem Sabbato Paschatis, aut Pentecostes confirmatio statim post baptismum solemniter administrabatur, ut refert Cabasutius in notit. Ecclesiast. histor. diss. 4. n. 8. pag. 29. Quare Melchiodorus Pontifex, supra laudatus, utriusque Sacramenti discrimen accurata oratione persequitur, cujus verba in textu videri poterunt. Nec ullus circa hoc manet ambigendi locus post plurimum Synodorum definitionem, maxime Tridentinæ sess. 7. can. 1. ubi septem Sacramenta ponuntur, quod ita non esset, nisi confirmatio à baptismo distingueretur. Verum quidem est, hæc duo Sacramenta multis inter

se

se convenire; in utroque enim invocatur Sanctissima Trinitas; imprimatur character, adhibentur patrini, contrahitur spiritalis cognatio, nomen quandoque immutatur, &c.; sed in multis etiam differunt: in materia, forma, ministro, & aliis; ex quo evidenter sequitur esse Sacramenta distincta, ut asserit Catechismus.

14 Nunc inquirendum venit quisnam sit confirmationis auctor, ad exponendum sextum paragraphum Catechismi, qui secundum ea quæ dixerat cap. 1. hujus secundæ partis, agens de Sacramentis in genere, in præsentem ait tradendam esse fidelibus confirmationis originem, ut hujus Sacramenti sanctitas eos magis alliciat. Pastores igitur explicare debent, Christum Dominum non solum fuisse ejus auctorem, sed etiam præcepisse chrismatis ritum, & verba, quibus in ejus administratione Catholica Ecclesia utitur, ut Fabianus Papa testatur. Plura hic possent excitari dubia, sed ne immensum crescat oratio, præcipuum Catechismi assertum aspiciamus; quod scilicet Christus Dominus confirmationem instituit. Unde opinio Alensis, & aliorum dicentium institutam esse ab Ecclesia, vel à Meldensi Concilio, nono sæculo celebrato, nunc temporis sequi non debet, postquam Tridentinum sess. 7. can. 1. statuit omnia novæ legis Sacramenta esse à Christo Domino instituta. Nec violenter interpretandum est de institutione mediata; tum quia sancta Synodus sess. 21. cap. 2. solum agnoscit in Ecclesia potestatem dispensandi Sacramenta, salva illorum substantia; tum quia Apostolus idem videtur innuere dicens: *Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteryum Dei;* tum denique, quia quæ ab Ecclesia instituuntur, atque jubentur, non dicuntur à Christo instituta, atque præcepta, alias omnia præcepta Ecclesiæ essent de jure divino.

15 Fatendum tamen præstatam sententiam, etsi Tridentino minime conformem, non esse hæreticam, quia ut sapienter scribit Melchior Canus lib. 3. de locis. cap.

5. quæst. 4. (a), non omnia quæ Concilia tradunt habenda sunt de fide, & oppositum reputandum hæreticum; sed solum illa, quæ Patres tanquam de fide credenda esse definiunt, & contrarium tanquam hæreticum damnant; cumque Tridentini Patres solum definiunt contra Lutherum, Calvinum, & alios, omnia Sacramenta esse à Christo Domino instituta, nihil vero de immediata illorum institutione decreverint contra auctores Catholicos, quorum sententias intactas relinquere voluerunt; ut non semel testatur Pallavicinus (b); ideo hæresis nota inveni nequit qui dixerit aliquid Sacramentum fuisse vel ab Apostolis, vel ab Ecclesia institutum virtute à Christo tradita, ut de confirmatione dixerunt supra citati, & de unctione extrema Petrus Lombardus teneus à Divo Jacobo initium accepisse. Qui cum aliunde fuerint de Ecclesia benemeriti ob pietatem, atque scientiam, humaniter sunt excusandi, sed non sequendi in his in quibus à veritatis tramite deviarunt, sicut de Cypriano inquit August. lib. 2. contra Crescon. cap. 30. ut bene advertit Frassen. (c).

18. Dixi illorum sententiam non esse hæreticam, quod solum intelligendum volo, quatenus negat confirmationem fuisse immediate institutam à Christo Domino, non quatenus asserit à Meldensi Synodo esse institutam. Primum tametsi falsum, non opponitur fidei, cum nec ex Scriptura, nec ex traditione, nec aliunde manifeste constet Christum Dominum per se, & immediate instituisse hoc Sacramentum; ideoque non dicendus esset hæreticus qui ipsum ab Apostolis, facultate à Christo tradita, institutum affirmaret. Secundum autem, nempe dicere Meldense Concilium instituisse Sa-

(a) Vid. etiam Div. Thom. q. 16. de malo, art. 1. Et Cardinalis Suardat. in regali Sacerdotio lib. 2. §. 9. num. 15. (b) Vid. Pallavicin. lib. 7. hist. Trident. cap. 10. num. 6. lib. 9. cap. 10. num. 6. lib. 2. cap. 2. num. 2. & 15. (c) Vid. Claudius Frassen tom. 4. disp. provinciali art. 1. quæst. 1. conclus. 3. num. 151 in fine pag. 46.

cramentum confirmationis, hæreticum puto, quia adversatur Scripturæ, opponitur traditioni, repugnat Conciliis, hæreticis arma ministrat, & etiam rationi naturali dissonum esse videtur. Si enim Meldense Concilium confirmationem instituit, quomodo Apostoli confirmabant, ut eorum acta nos docent? (a) Quomodo Summi Pontifices, Concilia, & vetustissimi Ecclesie Patres, longissime ante Meldense Concilium, de confirmatione loquuntur? Nisi dicamus propheticæ fuisse loquutos. Quomodo tandem omnia alia Sacramenta fuerunt ab initio Ecclesie instituta, hoc autem demum post octingentos quadraginta quinque annos? Cum fideles tribus prioribus sæculis, ob persecutiones, magis confirmationis robore indigerent, cur usque ad Meldense Concilium non est institutum? cur non procrastinatum est usque ad tempora Antichristi, quando erit persecutio omnium maxima?

19. Sane qui dixerit hoc Sacramentum fuisse institutum in præfato Concilio, sæculo nempe nono, quod fuit sæculum ignorantie, aperte consentiet Calvino supra citato dicenti, posteriori ætate, re prope oblitterata, confirmationem esse inventam; & inde colligebat perditus hæresiarcha, non esse verum Ecclesie Sacramentum. Utrumque autem damnatum est in Tridentino. Nec oppositum probat quod diximus ex Pallavicino, scilicet Concilium non intendisse damnare opinionem catholicorum, quia hoc intelligi debet de opinionibus illis, quæ nullam connexionem habent cum hæreticorum erroribus, secus autem de aliis, qualis est quam impugnamus. Concludendum ergo est cum Catechismo, confirmationis Sacramentum institutum esse à Christo Domino; quamvis enim Deus potuerit hominibus concedere facultatem instituendi Sacramenta, id tamen prætermisit causa utilitatis fidelium, ut ait Div. Thomas 3.

Tom. II.

N

part

(a) Vid. Actorum 8. & 19.

part. quæst. 64. art. 4. ne scilicet in homine spem ponerent, neve diversa essent Sacramenta, ex quibus divisio in Ecclesia oriretur, sicut quondam apud illos qui dicebant: *Ego sum Pauli, ego Apollus, ego vero Cepha.* Quod etiam docet Augustinus tract. 5. in Joan. Quando autem instituerit Christus hoc Sacramentum, difficile assignabitur. Sed de hoc statim; jam enim satis sunt hactenus dicta pro secunda orationis parte.

20 Ad tertiam igitur deveniamus, in qua hanc proponimus conclusionem: *Probabile est Christum instituisse confirmationis Sacramentum in ultima nocte Cœna, promittendo, & ritum docendo.* Sicque probamus; tum quia tunc Dominus multis Ecclesie sue promissit Spiritum Sanctum, qui hoc Sacramento erat specialiter exhibendus; tum quia tunc Salvator novum condidit testamentum, & inter primaria ejus legata hoc Sacramentum recte censetur; tum denique quia sic asserere videtur Fabianus Pontifex à Catechismo laudatus epist. 2. dicens: *In illa die Dominus Jesus postquam cenavit cum discipulis, & lavit eorum pedes, sicut à Sanctis Apostolis cum suis discipulis predecessores nostri acceperunt, nobisque reliquerunt, Christum conficere docuit.* Tunc igitur saltem materiam assignavit. Post resurrectionem autem loquens cum Apostolis de Regno Dei, verosimile admodum est eos instruxisse de cæteris ad hoc Sacramentum requisitis, promittens fore, ut eo descenderet ad fideles Spiritus Paraclitus post ejus ascensionem ad Cœlum; unde inquit Div. Thom. 3. p. 2. q. 72. art. 1. ad 5. Christum instituisse hoc Sacramentum non exhibendo, sed promittendo, secundum illud Joan. 16. : *Si non abiero, Paraclitus non venit ad vos; si autem abiero, mittam cum ad vos;* & hoc ideo, quia in hoc Sacramento datur plenitudo Spiritus Sancti, quæ non erat danda, (id est non congruebat dari) ante Christi Resurrectionem, & Ascensionem, secundum illud Joannis 7. : *Nondum erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus.*

Pro

Pro hac opinione videri possunt Sotus in 4. dist. 7. art. 2. Contenson tom. 3. lib. 11. part. 1. dissert. 4. cap. 2. pag. 504. Marchantius in horto Pastorum pag. 406. Frassen tom. 4. tract. 2. disput. 2. art. 1. quæst. 1. conclus. 2. num. 13. pag. 625. Gotti tom. 3. tract. 6. quæst. 2. dub. 1. num. 3. pag. 279. & alii. Pro contraria vero stant Colletus tom. 5. cap. 2. conclus. 2. pag. 24. Berti tom. 4. lib. 32. cap. 3. & alii plures, tenentes hoc Sacramentum fuisse institutum post resurrectionem Christi.

## PRÆLECTIO VIII.

## De venerabili Eucharistiæ Sacramento,

ad expositionem cap. 4. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini à §. 1. ad quintum.

1 Inter omnia Ecclesie Sacramenta, nullum est Sanctitate præstantius, excellentia sublimius, ac veneratione dignius mirabili Eucharistia; quam merito vocat Seraphicus Doctor (a) summum, ac excellentissimum Dei donum; quo, ut inquit Augustinus (b), Deus ipse cum sit Omnipotens, infinite sapiens, & summe dives, nec plus dare potuit, nec scivit, nec habuit; quia, ut ait Tridentina Synodus (c), Christus Dominus dum hoc Sacramentum instituit, divitias divini sui erga homines amoris velut effudit, memoriam faciens mirabilium suorum.

N 2

rum.

(a) D. Bonav. in 4. dist. 8. p. 1. a. 1. q. 1. in resol. (b) D. August. tract. 84. in Joannem. (c) Trid. sess. 13. cap. 2.

rūm. Quare rectissime illud appellat Angelicus Præceptor (1), *misculorum à Deo factorum, maximum.* De hoc igitur tam augusto mysterio hodie tractaturus ad expositionem cap. 4. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini, à §. scilicet 1. ad quintum; tenuitatis meæ conscius, ad Deum supplex recurro, ut vires desuper largiatur Pater, &c.

2. Obtena dicendi venia, cœlitum favore, ac Dei opitulatione confissus, exponendos aggrediar quinque priores paragraphos capitis 4. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini, mihi hesternio sole sortibus designatos. Ad majorem autem perspicuitatem, & ordinem, orationem in tres partes distribuam. Prima litteram in epitomem claudam, Secunda latus textum exponam, Tertia denique, nondum elapso tempore præfinito, conclusionem proponam, probabo, defendam. Utinam totum pro rei dignitate tractetur! Primam igitur exordians partem, sic habet textus initium §. 1. : *Quemadmodum ex omnibus sacris mysteriis, &c. ita vero desinit §. 5. : A Christo Domino sit instituta.* In præsentî capite incipit agere Catechismus de mirabili Eucharistia Sacramento, in quo pertractando, plusquam octoginta paragraphos afferit; tanta est dicendi materia! nos in præsentî solum quinque priorum summam dabimus, & expositionem. Primo ergo §. asserit Catechismus hujus Sacramenti excellentiam, & dignitatem aliis esse longe majorem. §. 2. loquitur de causa, & tempore ejus institutionis; & tribus aliis paragraphis varia nomina refert, quibus frequentius vocatur hoc Sacramentum, ut sunt: Eucharistia, sacrificium, Communio, pacis, & caritatis sacramentum, Viaticum, & Cœna. En argumentum litteræ textus, & primam orationis partem.

3. Ad secundam itaque sine mora curramus, ubi la-

tius

(e) Div. Thom. opusc. 57.

tius discutienda est littera delibata, quæ à dignitate, & excellentia Sacramenti Eucharistie incipit. Licet autem de hoc nonnihil in exordio dictum sit; nunc ad clariorrem ejus intelligentiam addere placet prælationem Sacramentorum ad invicem. Quamquam igitur singula Sacramenta ab eodem Auctore Christo Domino sint instituta ad spirituale mortalium commodum, quod sufficere debet ut magno habeantur honore, & maxima sumantur religione; non tamen sunt inter se paria, ut contra Lutherum, & Calvinum declaravit Synodus Tridentina sess. 7. can. 3. & supra tradidit Catechismus agens de Sacramentis in genere cap. 1. §. 22. Sed in aliquo saltem se invicem superant, ut docet Divus Bonaventura in 4. dist. 7. dub. 3. Baptismus enim virtute superat omnia; per ipsum quippe tam ab originali, quam à cunctis personalibus culpis, & à poena reatu liberamur, Ecclesie introducimur, ac filii Dei nominamur, & sumus. Si ratione ministri attendatur dignitas Sacramenti, confirmatio, & ordo aliis sunt præferenda; Si peculiaris aspiciatur significatio, in hoc nobilissimum est matrimonium, magnum propterea ab Apostolo nuncupatum, quia mysticum Christi; & Ecclesie significat vinculum. Verum enim vero, quoddam Sacramentum excellentia, ac dignitate comparabitur Eucharistie? Cum hæc non transeuntem tantum habeat sanctificandi virtutem, ut alia, sed permanenter ipsum gratiæ largitorem, & Sacramentorum Auctorem Christum Dominum vere, realiterque contineat?

4. Merito igitur Catechismus in limine præsentis capituli, plus aliis Sacramentis venerandam prædicat Eucharistiam; simulque Pastores Ecclesie monet fidei populo jugiter explicare uberrimos gratiæ fructus ex tanti Sacramenti digna perceptione provenientes, & mala innumera quæ sequuntur indigne communicantibus. Quod Apostoli testimonio probat 1. ad Corinth. 11. vers. 30., ubi postquam declaraverit quanto illi scelere

ob-

obstricti sint, qui corpus Domini non diducant, statim subicit: *Ideo inter vos multi infirmi, & inbecilles, & dormiunt multi.* Ut ergo fideles diligentissime se disponant ad digne recipiendam hoc Sacramentum, non parum juvabit animadvertere causam, & tempus ejus institutionis; de quo mirum in modum agitur à Catechismo in textu §. 2. & infra maxime §. 70. Quantum ad primum, habemus ex Scriptura, nulla alia ratione motum fuisse amantissimum Dominum ad instituendum Eucharistiae Sacramentum, quam immenso illo amore, quo semper prosequutus est homines; sciens enim horam jam advenisse transeundi ex hoc mundo ad Patrem, (verbis utor Evangelistarum à Catechismo citatis) cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos, hoc instituens ineffabile Sacramentum.

5 Ad cujus tum utilitatem, tum congruentiam comprobendam, non abs re futurum arbitror hanc adducere rationem ex Divo Thoma deproptam, breviterque contractam (a): sicut ad vitam corporalem requiritur generatio, qua quis esse, ac vivere accipiat; & insuper fomentum, quo acquirit ipsius vitae perfectionem, & corporis robur; atque etiam alimentum, quo vita subsistat, & conservetur: similiter in vita spirituali contingit. Ideoque Christus Dominus praeter baptismum, quo in spiritalem vitam renascimur, & confirmationem, qua roboramur virtute muniti ex alto; instituit etiam Eucharistiam, qua suo corpore spiritualiter aloritur. Huic rationi alteram addit Catechismus §. 70. supra citato; ut scilicet haberet Ecclesia perpetuum Sacrificium, quo peccata nostra explerentur, & caelestis Pater, sceleribus nostris saepe graviter offensus, ab ira ad misericordiam, à justae animadversionis severitate ad clementiam traduceretur.

6 Quantum ad tempus institutionis Eucharistiae, ait Ca-

(a) Vid. Div. Thom. 3. part. quest. 65. art. 1. in corpore.

Catechismus, Christum eam instituisse, celebrata agni Paschalis Coena. Ita clare colligitur ex cap. 26. Matth. ex cap. 14. Marci; & ex cap. 22. Lucae. Triplex autem potest considerari Christi Coena, ut observat Eminentissimus Lamberini, seu Benedictus XIV. lib. 1. de fest. Domini N. J. C. cap. 6. num. 34. Prima agni Paschalis. Secunda vulgaris. Tertia Eucharistica, quae fuit ultima, seu finis Coenae perfectæ. Opportunum fuisse hujus institutionis tempus, docet hic Catechismus, innuit Tridentinum sess. 13. & probat Angelicus Praeceptor 3. part. quest. 73. art. 5. tum in argumento. *Secundum contra*, Marci auctoritate qua dicitur Christum omnia bene fecisse, tum late in corpore dicti articuli, sequentibus rationibus. Prima ex eo desumitur quod in Eucharistia continetur, Christo nimirum, qui cum esset à discipulis discessurus, pro ultimo vale seipsum eis in Sacramento reliquit: unde Auctor homiliarum sub Eusebii Emisiani nomine homilia 5. ait: „ Quia corpus „ assumtum ablaturus erat ab oculis, & illaturus Syde- „ ribus, necesse erat ut die Coenae, Sacramentum cor- „ poris, & sanguinis sui consecraret nobis, ut colere- „ tur juxta per mysterium quod semel offerebatur in „ pratum.

7 Secunda ratio est, quia sine fide passionis Christi nunquam potuit esse salus, ut docuit Catechismus 1. part. cap. 3. §. 4. loquens de secundo articulo Symboli, & convincit Divus Thomas supra citatus, illo Apostoli testimonio ad Roman. 3. vers. 25. *Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius.* Sicque oportebat homines omni tempore habere memoriale aliquod dominicae passionis; quod cum in veteri lege esset agnus Paschalis, in nova illud esse voluit ipsemet Christus se offerens in Eucharistia eodem die quo agnus typicus edebatur, ut novo paschate vetus terminaretur, & veritate ipsa, umbra cessaret, juxta ea quae canit Ecclesia in festo Corporis Christi. Tertia

tia congruentia petitur ex illius beneficii magnitudine, quod ut tenacius infixum nostris mentibus haberemus, usque ad Coenam ultimam reservavit amantissimus Institutor. Quoniam qua ultimo loco facta, vel dicta sunt ab amicis, hæc diutius durant, hæc profundius animo imprimuntur, hæc delectant difficiliss. Quare *Salvator noster*, ait Augustinus lib. responsionum ad Januarium, quo vehementius commendaret hujus mysterii altitudinem, ultimum hæc voluit insingere cordibus, & memorie discipulorum, à quibus ad passionem digressurus erat. Hinc Sanct. Gaudentius Brixiensis Episcopus tract. 2. de Paschate ait: *Verè istud est hereditarium munus testamenti ejus novi, quod nobis ea nocte, qua tradebatur crucifigendus, tanquam pignus suo presentie dereliquit.*

8 Ex dictis rejicienda est sententia autumantium, Christum, quo mortuus est anno, pascha legale non celebrasse, sed vulgari tantum Coena peracta, Eucharistiam instituisse (a). Quam exoticam opinionem jam secundo seculo à Martione excitatam; à Joanne Philopono Eutychanarum partium homine, sexto seculo renovatam; undecimo suscitata à quibusdam Græcis, quorum meminere Theophilactus, & Euthymius; non pridem à Nicolao de Villa-Gañonis, atque Hieronymo Vecchieto restauratam; amplexus est postea Cl. Bernardus Lamy Presbyter Oratorii in harmonia Evangelica anno 1689. edita, qua eruditorum animos excitavit, seu potius in se concitavit, nempe Tillemontii, Harduini, Witasse, Serry, Gravesonii, & aliorum fere omnium, quamvis non inficior Lamianum systema placuisse quibusdam sapientibus viris, præsertim Turnemino, atque Calmeto. Contrarium tamen videtur Scripturæ conformius, & à Patribus, In-

(a) Vid. Bened. XIV. lib. 1. de fest. Domini cap. 6. n. 6. & Bibliog. crit. t. 3. pag. 434. verbo. Sanct. Petrus post Træonem.

Interpretibus, atque Theologis communiter propugnatur; cum quibus doctissimi Catechismi auctores optime pro more scripserunt, Christum, celebrata cum discipulis agni paschalis coena, ut figura veritati, umbra corpori cederet, accepisse panem, & gratis actis, benedixisse, &c. Nec mirum sic scripsisse qui cum alijs Patribus idem in Tridentino docuerant sess. 22. de Sacrificio Missæ cap. 1.

9 Hinc sequitur contra Græcos, Christum instituisse Eucharistiam luna decimaquarta Martii, feria 5. ad vesperam, sicque pane azymo, ut docet alibi Catechismus; quod etiam verum esset, licet Dominus uno anticipato die Pascha Judaicum comedisset, quoniam semper erat in azymis celebrandum, juxta Dei præceptum maxime Numerorum cap. 9. Christus igitur qui non venerat legem solvere, sed adimplere, *observata lege plene*, ut loquitur Angelicus Doctor (a), agnum typicum edit dum edidit Eucharistiæ Sacramentum. Sunt qui existiment Christum Dominum præfinita quidem legis diè, Pascha cum discipulis manducasse; Judæos vero illud in diem sequentem distulisse, vel quia quando Pascha incidebat in diem Jovis, & prima diès azymorum in diem Veneris, ne duo essent continui diès festi: solemnissimum scilicet festum azymorum, & sequenti diè Sabbatum; statutum erat decreto Synedrîi Pascha transferre in feriam sextam, & primam diem azymorum in Sabbatum; ut sentiunt Paulus Burgensis, Jansenius Gandavensis, Maldonatus. Maduirus, & alii; vel ex transgressione legis, & corruptela, ut Petavius, Vossius, Lupus, alique putarint (b). Sed salva eorum pace, nec Judæi in celebratione Paschatis defecerunt à lege, nec illud decretum

Tom. II.

(a) Vid. Div. Thom. opusc. 47. & hymn. ad vesp. offic. Corporis Christi.

(b) Vid. Milante in notis ad Sixtum Senens. tom. 2. annot. 110. ad 6. pag. 802. Collet tom. 5. cap. 2. conc. 3. pag. 347. Berti, & alii.

tum Synedrii extitit unquam, nec si extitisset vitari potuissent duae festivitates. Nam translata prima die azymorum in Sabbatum, ultima, aequae solemnitas ac prima, incidisset in diem Veneris sequentis hebdomadae, ut patet numeratione septem dierum in quibus manducanda erant azyma, ut praecipitur Levitici 23. vers. 6. Semper igitur duo festi dies sequendi erant, vel in principio, vel in fine. At de hac questione fortasse iterum erit sermo tertia orationis parte.

10 Nunc Catechismi litteram prosequamur, qui postquam de causa, & tempore institutionis Eucharistiae egerit, §. 3. & duobus sequentibus, diversa huius Sacramenti nomina tradit, & explereat. Quoniam sicut picture, divitiae, supellex, & alia ornamenta alicuius magni Palatii bene percipi nequeunt, nisi locus ille plurium fenestrarum luce clarescat, cum protugurio sit satis parvum foramen; ita etiam ad mente perspicendas immensas divitias quas Dei sapientia fudit, dum magnificam aedificavit sibi domum, miscuit vinum, & apposuit mensam; ad contemplandam, inquam, pulcherrimam supellectilem, & exprimenda excellentissima dona quae in hoc Sacramento Christus inclusit; non unicum nobis sufficit nomen, veluti ad rem modicam indicandam, ideoque sacri Scriptores, & Ecclesiae Patres excellentiam, & dignitatem maximi huius Mysterii agnoscetes, multis ipsum nominibus appellarunt; quorum aliqua periphrastica sunt, alia magis propria. Ex utrisque innumera dare possem, sed brevitate ergo, pauca tantummodo seligam, incipiendo à primis.

11 Ignatius Martyr Eucharistiam vocat: *Antidotum mortis, pharmacum immortalitatis*; Athanasius: *Panem beatitudinis*; Cyprianus: *Vitae aeternae portionem*; Hieronymus: *Omnium novitatum novitatem*; Augustinus: *Sacramentum fidei*; Damascenus: *Omnium officinam miraculorum*; Chrysologus: *Aeterna vitae cib-*

barium; Paschasius: *Arborem vitae plantatam in medio paradisi Ecclesiae*; Eligius: *Latitiam totius Trinitatis*; Bernardus: *Sauctum Sanctorum, Sacramentum Sacramentorum, amorem amorum, dulcedinem omnium dulcedinum*; Bonaventura: *Summum, ac excellentissimum Dei donum*; Aquinas denique: *Miraculorum à Deo factorum maximum*: ut initio dicebamus. Ad priora autem, & frequentiora nomina veniamus, quae iuxta Div. Thom. in 4. dist. 8. q. 1. art. 3. & Catechismum in texta sunt: *Eucharistia; Sacrificium; pacis; & caritatis Sacramentum; Viaticum; Cæna*, ut alia plura omittam, quae facile videri possunt apud Raynaudum, Gonetum, Contensonum, Niraalem Alexandrum, Tournellium, Perrimezzium, aliosque innumeros.

12 Dicitur in primis *Eucharistia*, quae Graeca dictio latine vertitur bona gratia, seu gratiarum actio; quia cum gratia Dei sit vita aeterna, ut inquit Apostolus ad Romanos 6. vers. 23. eam expressius significat hoc Sacramentum, tanquam futuræ gloriae pignus, quod Christus reliquit hominibus, ut eamdem vitam habeant, & abundantius habeant. Tum quia hoc Sacramentum, ut diximus supra, praeter accidentalem gratiam, quae communis est omnibus Sacramentis, continet etiam substantialem, & omnium charismatum fontem, scilicet Christum Dominum. Per ipsum quoque gratias Deo agimus, sicut fecit & Christus, dum illud instituit. Quod jam praemonuit Regius Vates Psalm: 110. ubi priusquam caneret illud suavissimum carmen: *Memoriam fecit, &c.* intonuit: *Confessio, & magnificentia opus eius.* Quem tunc de hoc Sacramento prophetice fuisse loquutum, innuit Catechismus, & verba ipsa declarant. Nominatur etiam *Sacrificium*, quo Christus semel pro nobis oblatum in cruce, saepe Patri offertur ad remissionem peccatorum. Sed de hoc infra latius disserit Catechismus.

13 Vocatur insuper *Communio*, desumpto verbo ex



his quæ dixit Apostolus 1. ad Corinth. 10. : *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communio sanguinis Christi est? Quod explicat Damascenus à Catechismo citatus, his verbis: „Hoc Sacramentum Christo, nos copulat, atque ejus carnis, & deitatis participes, efficit, nosque inter nos in eodem Christo conciliat, ac conjungit, & veluti unum corpus coagmentat.“* Hinc dicitur quoque *Sacramentum pacis, & caritatis*, quemadmodum ejus materia, & forma declarant; panis quippe tritici tritici, vinum compressis uvæ granis, & Christi verba amoris plena, quibus illud sacravit, pacem, & caritatem nos apertissime docent. Idcirco vere à Catechismo dicuntur indigni nominis Christiani, qui inimicitias, odia, dissidia, discordias, exercent, nutriunt, fovent, ac seminant; cum Christus præcipiat Matth. 5. ne quis munus offerat ad altare, quin prius reconcilietur cum laso fratre. De quo Catechismus §. 57. hujus capitis agens de præparationibus animi ad Eucharistiam digne sumendam omnino necessariis. Et §. 17. & sequentibus cap. 14. quartæ partis, loquendo de quinta petitione orationis Dominicæ.

14. *Frequenter etiam appellatur Viaticum, quia spiritualis est cibus, quo in hujus vitæ peregrinatione reficimur; & qui nobis viam pandit, ac munit ut facilius ad æternam patriam perveniamus. Cujus olim figura fuit panis ille subcinericius Eliæ missus, 3. Regum 19. cui Angelus ait: Surge, comede, grandis enim tibi restat via. Qui cum surrexisset, comedit, & bibit, & ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus usque ad montem Dei Horeb. Quare Div. Hieronymus ad cap. 15. Matth. inquit: „Non vult eos Jesus dimittere jejunos, ne deficiant in via. Periclitatur ergo qui sine cœlesti pane ad optatam mansionem pervenire festinat: unde „Angelus loquitur ad Eliam: Surge, & manduca, quia*

*quia grandem etiam ambulaturus es. Et Sanct. Gaudentius tract. 2. in Exodum: Hoc illud est viaticum nostri itineris, quo in hac vita alimur; ac nutrimur, donec ad ipsum perveniamus de hoc sæculo recedentes. Chrysostomus quoque lib. 6. de Sacerdotio: „Alius, ait, quidam mihi narravit, non ille quidem ab alio edoctus, sed dignus habitus, qui id & vidisset ipse, & audisset, quod qui de vita hac migraturi sunt, si „Mysterii hujusmodi cum pura, ac munda conscientia fuerint participes, spiritum affaturi, ab Angelis „illorum corpora satellitum more stipantibus, propter „assumptum illud sacram., hinc recte in Cœlum abducuntur.*

15. *Respondebit fortasse perfidus aliquis Calvinista cum Bengelio in alia simili Chrysostomi narratione dicente: Fuit qui putaret credulitate hic peccasse Chrysostomum. Verum nos contra hujusmodi nebulones incredulitate peccantes, nihil reponimus aliud, quam quod Nazianzenus orat. 18. num. 13. narraturus miraculum in baptismo patris sui patratum, ait: Hinc autem sermonem piis auribus commendabo; nam apud profanas animas nihil pulcri fidem invenire potest (a). Licet igitur heterodoxi gravi, seu obstinato corde impie negent miracula in favorem Christianæ Religionis patrata, & à gravissimis ac veracissimis auctoribus tradita; Catholici tamen omnes ac libentissime amplectuntur, quibus magis in fide firmanatur. Illud itaque à Chrysostomo supra relatum evidenter ostendit quantum prosit Cœlestæ Viaticum Eucharistiæ in fine vitæ digne susceptum. Propterea ex veteri Ecclesiæ instituto servari videmus, ut nemo fidelium sine hoc Sacramento à vita excedat; quemadmodum sancitum est Nicænæ Syn-*

NO-  
AL DE  
(a) Vid. Greg. Nazian. tom. 1. orat. 18. num. 13. pag. 330. edit. Maurinæ an. 1778. Et Michael Angelus Giacomellis in auro opere Div. Chrysostomi de Sacerdotio à graeco in italiam sermonem verso, & Romæ edito anno 1759. lib. 6. cap. 4. nota 27. in calce paginae 340.

nodi canone 13. Carthaginensis IV. canone 70. & Vasensis canone 2. Quin modo capite plectendis in Hispania denegetur, ut olim (a).

16. Vetustissimi tandem Patres, Apostoli auctoritate ducti, hoc Sacramentum aliquando *Cœne* nomine vocaverunt. Tum quia in ultima cœna fuit à Domino institutum; tum quia sub speciebus panis, & vini proponitur. Ita Tertullianus lib. de Spectaculis cap. 13. Augustinus epist. 54. alias 118. ad Januarium. Theodoretus in cap. 11. epist. 2. ad Corinth. Et Sanctus Thomas in Commentario ejusdem capituli ad illa verba Apostoli: *Convenientibus ero bis in unum, non est Dominicam Cœnam manducare* (b). Hujus typus fuit Cœna illa magna Patrisfamilias, cujus parabolam Christus proponit Lucæ 14. his verbis: *Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos, &c.* Cui Christi Cœnæ nequeunt comparari, nec diuturnum Assueti convivium, centum octoginta diebus continuatum, ut legitur Esther 1. vers. 3.; nec splendidum Balthasaris, ubi mille optimates interfuerunt, ut habetur Danielis 5. vers. 1.; nec sumptuosum Cleopatæ, in quo potum illum liquefacti lapidis immersis, valentis propinavit amasio Marco Antonio, ut plures referunt; nec cœna illa magna Vitelio Imp̄atori à fratre selectissimis cibus parata, de qua Suetonius; nec alia multa quæ narrat historis.

17. Nullum, inquam, convivium; nullaque cœna, vel temporis duratione, vel convivarum numero, vel eduliorum copia, vel dapum stantitate, comparari potest Eucharisticæ Cœnæ. Cum Cœna ista duraverit jam circa decem & octo sæcula, duret etiam nunc, & sit ad

(a) Vid. Sotus in 4. dist. 22. quest. 1. art. 2. Perrineri part. 8. dissert. 401. pag. 160. Benedict. XIV. lib. 3. de Sacrificio Missæ cap. 20. num. 6. & lib. apud Illustratorem Cagliati tract. 14. cap. 3. §. 6. num. 27. pag. mibi 94. (b) Vid. Salmatic. Scholast. tom. 11. tract. 23. disput. 1. proemiall. cap. 4. §. 3. num. 89. & sequentibus pag. 526.

finem usque sæculi duratura. Convivarum numerus caret numero, seu superat Arithmeticam; est enim multitudo ita magna, ut dinumerari nunquam possit; quoniam ibi fideles omnes intersunt, sine differentia sexus, status, aut nationis. Qui demum in ea ponitur cibus, non est panis communis, sed supersubstantialis, Cœlestis, Angelicus; non caro vulgaris taurorum, ovium, aliorumve animantium; sed agni immaculati, Verbi carne induti, seu caro Verbo unita. Potus similiter non est vinum hebetans mentem, sicut illud Noëmi; & quod terra producit; non vinum excitans luxuriam, sicut illud Holofernis, & omne quod ex labriscis hujus mundi exprimitur; sed vinum clarificans intellectum, vinum germinans virgines, vinum tandem illius vitis veræ, sanguis scilicet Christi Domini. Quis talia meditando, & inconcussa si se tenendo, cessabit unquam à gratiis Deo jugiter persolvendis? Nihil ergo mirum, quod stupefacti Patres, admirata Ecclesia, cerni fideles, tantum hoc Sacramentum colant, adorent, prædicent quam possint solemnissime. Solum est mirandum, quod inde judæi sumant scandalum, quin recordentur ingrati, manna typum hujus mysterii, & plura alia, quæ in figura continebant illis. Quod irrideant gentiles, quin advertant stulti, quam ipsi mereantur irrisionem dum suum profanum Jovem in aureum imbrem, in taurum, & in alias figuras turpes, ac ridiculas transformatum dicunt ad explendam libidinem, & tamen velut supremum Numen adorant. Quod blasphement hæretici quæcumque Inveniant, vel non intelligunt de hoc admirabili Sacramento, quin cognoscant miseri, quam sit illis curta suppellex; quod denique reperiantur fideles, qui infidelibus deteriores indigne communicent, quin videant cocci, judicium sibi manducare, & bibere, non dijudicantes Corpus Domini. Sed de secunda orationis parte hactenus dicta sufficient.

18. Ad tertiam igitur deveniamus, in qua probanda

da est hæc conclusio: Christus convenienter instituit Eucharistiam luna 14. Martii ad vesperam, postquam comedit Pascha legale, quo tempore illud etiam comederunt Judæi. Hæc conclusio jam aliquantulum probata manet ex supra dictis, & iterum probatur breviter ex Scriptura: Exodi 12. à vers. 6. usque ad 20. Levit. 23. vers. 5. Numerorum 28. v. 16. præcipitur Hebræis immolatio agni Paschalis, & azymorum usus per septem dies, incipiendo à 14. ad vesperam, quæ juxta ritum religiosum jam pertinebat ad diem 15. ideoque jam dicebatur prima dies azymorum, & Phase Domini; atqui Christus observavit hanc legem quando instituit Eucharistiam, observantque Judæi. Nam Matthæi 26. vers. 17. legitur: *Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Ubi vis paremus tibi comedere Pascha?* vers. 18. narratur Dominum misisse discipulos suos in civitatem ad quemdam ut ei dicerent: *Tempus meum prope est, apud te facio Pascha cum discipulis meis.* Vers. 19. asseritur discipulos illos Pascha paravisse: *Et fuerant*, inquit, *discipuli sicut consuevit illis Jesus, & paraverunt Pascha.* Vers. 20. additur, facto vespere Dominum cum discipulis coenasse. Similia habentur Marci 14. vers. 12. & Lucæ 22. maxime vers. 13. & sequentibus, nam vers. 15. additur Jesum inter coenandum ita Apostolos alloquutum: *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar.* Quæ omnia, sive tempus, sive interrogationem discipulorum, sive locum, sive preparationem coenaculi, sive horam, sive verba inter coenandum prolata serio attendamus, clare videbimus iis describi coenam in qua manducabatur agnus typicus, horis pomeridianis lune 14. immolatus.

19. Probat in super conclusio ex Ecclesiastica traditione, quam aperte indignant Patres Græci, atque Latini, quorum nullus negavit unquam Christum luna decima quarta Martii cum Judæis Pascha celebrasse, quod

quod erat fundamentum Asiaticorum contententium Pascha Christianorum, ad imitationem Christi, semper celebrandum esse luna 14. Martii, in quamcumque diem incidere. Sed ob rationes alias quarradecimanas hæreticos impugnaverunt. Igitur sæculo secundo, quo excitata est hæc controversia, illud ab omnibus credebatur. Ne quis autem dicat nos argumento negativo uti, ex silentio Patrum; aliquos loquentes dabimus, citatis eorum locis. Origenes tract. 35. in Matth. Joan. Chrysost. homil. 81. & 82. in Matth. & 83. in Joan. & oratione 1. contra Judæos. Tertullianus lib. 4. contra Marcionem cap. 40. Ambrosius epist. 23. ad Episcopos per Emiliam constitutos. Epiphanius lib. 1. hæresi 30. Theophilactus in cap. 22. Lucæ, & alibi. Sed quid immoror? Inimici nostri sine Judicibus: Photius Græcorum schismaticorum Antesignanus Codice 116. refert quorundam opinionem: dicentium Christum non celebrasse Pascha Judæicum, illamque impugnat dicens: Ecclesia docet tunc Christum legitimum Pascha perfecisse, antequam mysticam institueret Coenam. Quod longe antea jam scripserat Divus Hieronymus in cap. 25. Matth. tom. 4. pag. 128. his verbis: *Postquam typicum Pascha fuerat impletum, & agni carnes cum Apostolis comederat, assumpsit panem, &c.* à quo desumptum est caput: *Accipite* 88. de consecrat. dist. 2. Quod confirmat Synodus Tridentina sess. 22. cap. 1. ejusque Catechismus part. 2. cap. 4. §. 2. à nobis supra exposito; & tandem idem singulis annis recitat Ecclesia in hymno ad vespas festi Corporis Christi, ab Angelico Præceptore mirabiliter elucubrato.

Ad uberiorem hujus conclusionis notitiam videri possunt auctores, ut Benedict. XIV. lib. 1. de fest. Domini cap. 6. num. 6. & sequent. Sandini in vitam Christi cap. 12. Perrimezzi part. 4. dissert. 239. Berti tom. 5. lib. 33. cap. 1. proposit. 3. Chignoli part. 3. tom. 8. dissert. 1. quæst. 1. & plurimi alii.

## PRÆLECTIO IX.

## De unitate specifica, triplici significatione, &amp; materia remota Sacramenti Eucharistiæ,

ad expositionem cap. 4. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini, à §. 10. ad decimumquartum.

**C**ogitaveram à principio, (gravissime coetus) & firmo proposito retinebam, nullum orationis exordium huic dissertationi præfigere; tum ne inaniter tempus tererem ad aliam destinatum; tum quorundam ductus exemplo, qui non sine laude hæc litteraria certamina subiere. Mentem tamen mutarunt alia, quod nempe acephala reputetur oratio qualicumque præfatiuncula carens, & quod insuper videam ipsi orationi navos alios non esse defuturos; ut sic minus ingrata, contemnenda, auribus denique vestris exosa, molestaque foret, si eam ab hac deformitate liberarem. Verum plurima concurrunt, que suscepto muneri manus admove-  
re non sinunt. Etenim ut ignorantiam meam silentio prætermitteram, habenas linguæ tenebant & conspectus vestri auctoritas, que prope terret, & pondus argumenti non leve, & silentium verecundum, quod me circumstat, præsentia denique Theologorum, Philosophorum, Rhetorumque; qui sane omnes, si quam præferunt humanitatem, vel uno temporis momento obliviscantur, exilem laborem, methodum inexactam, stilum tandem pauperculum jure merito reprehendent. Quid igitur capiemus consilii in tanto rerum discrimi-  
ne?

ne? Id ipsum exordii loco erit, auxiliumque queram & in Coelo, & in terra. Vos itaque, Judices conspiciui, ac integerrimi, rogo, atque iterum rogo, ut quemadmodum reliquos omnes, qui primi in hanc palestram descenderant, benigno prosequuti estis favore, eodem, me ultimum prosequamini. Adesto mihi etiam Pater ingenite, Fili unigenite, Spiritusque Paraclite ab utroque procedens; Immaculata Deigenitrix Virgo Maria, &c.

2 Uberrimum omnium est caput quartum secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini, ubi de venerabili Eucharistiæ Sacramento disseritur; tum quia plusquam octoginta paragraphis constat; tum etiam quia tot, & tam graves quæstiones includit, ut si singule late discuterentur, plures, magnosque libros implerent. Nos autem in præsentem solum quinque paragraphos à 10. ad 14. pro viribus explanabimus, ad demandatam provinciam exequendam. Ut autem clara methodo, rectoque ordine procedamus, orationem in tres partes distribuemus. In prima summam referetur littera textus. In secunda fusius elucidabitur. In tertia demum thesis propugnanda tradetur, probabitur, vindicabitur. Utinam optato exitu!

3 Primam igitur orationis partem exordians, dico sic incipere litteram textus §. 10.: *Licet autem duo sint elementa, &c. Ita vero finire §. 14.: Qui aut possint, aut debeant sacra mysteria percipere.* His paragraphis quinque docet rectissime Catechismus. Primo enim probat Eucharistiam unum esse tantum specie Sacramentum, cum aliter Sacramenta novæ legis essent plura quam septem, contra definitionem Ecclesiæ; & etiam quia quantivis constet duplici elemento, ad unum dumtaxat dirigitur. Secundo inquit tria significare hoc Sacramentum; nempe passionem Christi præteritam, divinam gratiam præsentem, & gloriam sempiternam futuram. Tertio assignat remotam hujus Sacramenti

materiam, dicens esse panem triticeum, & vinum de vite, quod ultimum inferius explicat, primum autem nunc adstruit luculentissimis Evangelistarum testimoniis, Apostolica traditione, & Ecclesie auctoritate. Quarto, iisdem momentis evincit panem triticeum convenienter azymum esse debere, quia eo usus est Christus Domini in Eucharistiae institutione, quin facessat Joannis testimonium vero sensu acceptum. Quinto denique asserit panem azymum non esse necessarium necessitate Sacramenti, sed solum necessitate præcepti in Ecclesia latina. En brevem textum sinopsim, & primam orationis partem.

4 Ad secundam ergo pergamus, ubi singula veniunt exponenda. In primis itaque ait verissime Catechismus Eucharistiam esse unum dumtaxat specie Sacramentum, quamvis ex duobus elementis, pane, & vino conficiatur. Tum quia alias non foret septenarius numerus Sacramentorum ab Ecclesia designatus, præsertim in Lateranensi, Florentino, & Tridentino, de quo jam fusius egit idem Catechismus cap. 1. §. 19. & sequentibus, loquens de Sacramentis in genere. Tum quia ex pane, & vino una tantum refectio coalescit. Quod sapienter pro more explicat Div. Thom. 3. p. q. 73. art. 2. his verbis: „Unum dicitur non solum quod est indivisibile, vel quod est continuum; sed etiam quod est perfectum. Est autem unum perfectione, ad cuius integritatem concurrunt omnia quæ requiruntur ad finem ejusdem; sicut homo integratur ex omnibus membris necessariis ad operationem animæ, & domus ex omnibus partibus quæ sunt necessaria ad inhabitandum. Et sic hoc Sacramentum dicitur unum, ordinatur enim ad spirituales refectionem, quæ corporali conformatur. Ad corporalem autem refectionem duo requiruntur, scilicet cibus qui est alimentum siccum, & potus qui est alimentum humidum; & ideo ad integritatem hujus Sacramenti duo concurrunt,

runt, scilicet spiritualis cibus, & spiritualis potus, ergo hoc Sacramentum multa quidem est materialiter, sed unum formaliter, & perfective.

5 Angelico Præceptori concinit Doctor Seraphicus in 4. dist. 8. part. 1. art. 2. quæst. 2.: Quare cum Ecclesia in Collecta dicit: *Purificent nos Sacramenta quæ sumimus*, intelligit materialia symbola, non vero formalem rationem Sacramenti; nam statim subjungit *Hoc tuum Sacramentum non sit nobis reatus ad penam*. Ut ostendat Eucharistiam, etsi sit plura materialiter, quatenus constat pluribus specie differentibus physice, esse tantum unum formaliter, & in esse morali, quia illa plura ordinantur ad unum. Sic in extrema unctione sunt plures unctiones, & unum specie Sacramentum, sic in domo sunt plura cubacula, & est tantum una, quo exemplo utitur Catechismus agens de Sacramento Unionis cap. 6. §. 4. & etiam materiam præsentem illustrat. Hinc sequitur unitatem specificam Eucharistia non sumi ex unitate corporis Christi, tum quia in eo formaliter non consistit, sed in speciebus panis, & vini, ut supra docuit Catechismus §. 8. in fine, & communior Theologorum opinio tenet; tum quia sic tantum foret unum, numero Eucharistia Sacramentum in tota Ecclesia, cum sit idem numero corpus Christi. Neque desumenda est ex institutione, tum quia institutio pertinet ad causam efficientem, non vero formalem, quæ sola rem specificè constituit; tum quia Christus potuit unica institutione plura specie Sacramenta instituire, & fortasse id fecit in ultima Cena, instituendo nedum Eucharistiam, sed etiam Ordinem, quantum ad potestatem consecrandi, & Confirmationem, ut plures voluit. (a)

6 Contra hucusque dicta objici potest, in Eucharistia esse plura signa specie differentia, nam species

(a) Vid. Prælectio 7. in fine, ubi cum pluribus titulis probavimus.

panis rem diversam significat ab specie vini; cumque Sacramentum sit in genere signi, plura necesse est dari Eucharistiæ Sacramenta specie differentia. Sed jam præoccupata est hæc objectio ex supradictis. Nam illa signa solum sunt plura materialiter, & inadæquate, quatenus species panis significat cibum spirituale, & species vini mysticum animæ potum; at ex utriusque partis significatione, tota integratur, & perficitur significatio unius specie refectionis. Nec obstat Concilium Tridentinum sess. 13. can. 3. definisse in venerabili Eucharistiæ Sacramento sub unaquaque specie totum Christi corpus contineri. Quamvis enim hoc verum sit, tamen sacra Synodus non dixit quamlibet speciem seorsum sumtam esse totum, & adæquatam Eucharistiæ Sacramentum, quod est longe diversum. Sicut aliud est dicere animam rationalem esse veram substantiam, aliud, esse substantiam completam. Primum certum est apud omnes, secundum vero negatur; & ideo animæ rationali non convenit ratio personæ, ut docent Theologi cum Divo Thoma 1. part. quæst. 29. art. 1. ad 3.

7 Sed instabit adhuc fortasse aliquis: Si in sola specie panis non foret totum, integrum, & adæquatam Eucharistiæ Sacramentum, sequeretur laicos illud non sumere nisi inadæquatam, sicque uberiori effectui carere. Nec dici valet, eos accipere totum in eo contentum, nempe totum Christi corpus, & gratiam recipientem. Nam si recipitur totum significatum, quomodo non recipitur totum signum, ratione cuius illud recipere opus est, cum Sacramenta efficiant quod significant? Respondetur Eucharistiæ etiam inadæquate sumtam, nempe solam speciem panis, vel vini, per concomitantiam, ut ajunt, producere totum effectum, quatenus Christi corpus non est sine sanguine, vel è converso; non vero formaliter, & ex vi verborum, & ideo licet sit Sacramentum incompletum, non pro-

producit incompletum effectum, nec illo modo defraudantur laici communicantes sub una tantum specie. Unde hoc Sacramentum non dicitur incompletum ratione effectus, sed ratione significationis expressæ unius refectionis, quæ non censetur perfecta, & integra, nisi sit cibus, & potus distinctis elementis designatus, licet aliunde in unoquoque utrumque contineatur. Sicque superflua non est consecratio utriusque speciei, quia est de jure divino, ad integritatem Sacramenti requiritur, & ad rationem Sacrificii est simpliciter necessaria.

8 Eucharistia igitur solum est unum specie Sacramentum, non vero numero (a), quia consistit in speciebus consecratis cum ordine ad sumtionem, & multiplici numero materia, & forma conficitur; sicque multiplex numero esse oportet. Magna tamen est difficultas unde numerica distinctio desumatur. Ad quod breviter dicam, posse desumi ex consecratione; ex numero hostiarum; & præcipue ex sumtione ipsarum. Si sumantur ex consecratione, tot erunt numero Sacramenta, quod consecrationes panis, & vini; sicque plures hostiæ simul consecratæ non nisi unum erit numero Sacramentum, quia quamvis sin physice plures, reputantur moraliter unum, respectu ejusdem consecrationis; alius Sacerdos consecrando indigne, plura peccata committeret, juxta numerum hostiarum, quod neminem asseruisse puto. Si hostiæ in seipsis considerentur, & venerationi expositæ, quamvis simul fuerint consecratæ, quodammodo etiam dici possunt plura numero Sacramenta, cum hoc Sacramentum non consistat in solo usu, sed sit permanens, & quælibet hostia Christi corpus contineat, & vim cibariam, ut Schola loquitur. Si vero de sumtione intelligatur Sacramentali, ut

(a) Vid. Salmanticenses Scholast. tom. 11. tract. 23. disput. 2. dub. 4. § 1. pag. 558.

rectius intelligi debet, tot erunt Sacramenta numero distincta, quot sumtionnes moraliter distinctæ; & sic qui simul, vel continuo plures hostias sumeret, unum numero Sacramentum acciperet, quia solum esset una refectio; si vero plures diverso tempore sumeret, plura forent Sacramenta.

9 Verum transeamus ad secundum quod quaritur in Catechismo: quid nempe significet Eucharistia. Et respondetur tria præsertim significare, videlicet passionem Christi præteritam, gratiam refectiois præsentem, & gloriam ecclēstem futuram. Licet enim omnia Ecclēsie Sacramenta hæc tria significant, ut docuit Catechismus agens de Sacramentis in genere cap. I. §. 12. maxime tamen Eucharistia Sacramentum. Nam per ipsum expressius in memoriam revocatur passio Christi, ipso momente Lucæ 22. vers. 19. his verbis: *Hoc facite in meam commemorationem.* Et Apostolo 1. ad Corinthios 11. vers. 26. *Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat.* Significat etiam divina gratia, qua spiritualiter animas alit, sicut baptismo regenerat, & confirmatione munit, ac roborat virtute ex alto; nec solum gratiam præsentem designat, sed etiam ejus Auctorem Christum Dominum, quem vere ac proprie continet. Designatur quoque superna beatitudo, ad quam nos veluti manu ducit hoc Sacramentum. Quæ omnia angelice complectitur Div. Thomas opusculi 57. & dulci modulatione canit Ecclesia in festo Corporis Christi, antiphona ad Magnificat pro secundis Vesperis, dicens: „O sacrum convivium, in quo Christus sumitur: recolitur memoria passionis; ejus mens impletur gratia: & futura gloriæ nobis pignus datur.

10 Abeat igitur Albertinus cum aliis Calvinistis, inaniter arguens Christum non esse realiter præsentem in Eucharistia, quia ipse dixit: *Hoc facite in meam*  
com-

commemorationem; memoria autem, teste Aristotele, Tullio, & Augustino, non est rerum præsentium, sed solum absentium, ac præteritarum. Abeat, inquam, cavillator inductus, hoc enim tam falsum est, quam quod maxime. Memoria quippe non opponitur præsentia, sed oblivioni, sique ad omnia extenditur, quorum possumus oblivisci, præsentium autem sæpissime obliviscimur. Sic Dei, (heu nimium!) obliviscimur qui nobis præsentissimus est, cum in illo vivamus, moveamur, & simus. Obliviscimur Angelorum, quibus cura, & custodia nostri demandata est. Obliviscimur dæmonis, qui tanquam leo rugiens circuit quærens quem devoret. Obliviscimur idearum, quas animo intime conjunctas habemus. Rerum itaque præsentium possumus recordari. Quoties enim populus Israëliticus Dei sui recordari jubetur, & reprehenditur hoc nomine, quod Dei oblitus fuit?

11 Nonne Deus inquit: *In omni loco in quo memoria fuerit nominis mei, veniam ad te, & benedictam tibi?* Nonne Arca fœderis in veteri testamento, columna nubis in deserto, fuerunt memoriale Domini, non absentis, sed vere præsentis? Cum itaque Eucharistia secundum externam speciem qua sensus afficit, non sit corpus, & sanguis Domini, sed secundum internam partem, quæ fugit aciem corporalium oculorum; eorum memoriam, reipsa quidem præsentium, latentium tamen, possunt nobis sacra symbola reficere; atque ideo à Christo merito admonemur, ut quotiescumque Eucharistiam sumserimus, in ejus memoriam faciamus. His ergo tota Albertini machina ruit. Nam de Aristotele, & Cicerone, quid senserint non curamus, quorum nimirum auctoritate contra realem Christi præsentiam disputare, idem est, ac Democriti, vel Epicuri iudicio Sanctissimæ Trinitatis Mysterium velle impetere. Augustinus autem nedum nobis non adversatur, sed nemo illo clarius nobiscum loquitur, ut videre est su-  
Tom. II. Q per

per Psalm. 33. num. 10. epist. 23. nunc 99. ad Bonifacium Comitem num. 9. & aliis multis in locis. Tandem, ut Calviniani desinant altercari, sciant nos dicere in Eucharistia fieri memoriam Christi, non unice quatenus ibi existit, sed quatenus passus est pro nobis. Sicque hoc Sacramentum est rememorativum Dominicæ passionis; demonstrativum tum gratiæ facientis, tum corporis, & sanguinis Christi; atque prognosticum gloriæ Coelestis.

12. Sequitur modo ut loquamur de materia remota sacramenti Eucharistiæ, quam recte asserit Catechismus esse scitu admodum necessariam & Pastoribus, & fidelibus. Primis quidem ut illud rite conficere possint; ultimis vero ut admonerentur cujus rei symbolum sit, atque ejus rei, quam significat, studio, & desiderio exardescant. Duplex itaque est hujus Sacramenti materia: altera panis triticeus, de qua nunc agimus cum Catechismo; altera vinum de vite, quæ postea explicatur paragrapho 15. Et quidem panem triticeum esse hujus Sacramenti materiam, testantur Evangelistæ, Apostolus 1. ad Corinth. 11. Sacra Concilia, utraque Ecclesia, Sanctorum Patrum consensus, Theologorum sententia, & antiqua historiarum monumenta, quibus laudantur Imperatores, qui Ecclesiis Lybiæ, in qua Provincia, ob Soli ariditatem triticum haud nascitur, præbuere frumentum, ut ex ipso increta hostia offerretur. Sic legitur in Concilio Chalcedonensi actione 9. & apud Lanfrancum libro decretorum pro Ordine Sancti Benedicti laudantur Monachi, qui tanto studio Eucharistiæ materiam præparabant, ut frumentum per grana seligerent, & alia pie agerent, quæ refert doctissimus Contensonus. Idem jam prædixerant Sanctissimi Vates, ut Regius Psalmista psalmo 147. dicens: *Et adipe frumenti satiati te.* Isaias 62. v. 8. Jeremias 31. v. 12. Zacharias 9. v. 17. & Oseas 14. v. 8. juxta interpretationem Divi Hieronymi.

M. Ac-

13. Accedit congruentissima ratio Divi Thomæ 3. part. quæst. 73. art. 3. 1. Ad usum (inquit) Sacramentorum assumitur talis materia, quæ communius apud homines in talem usum venit. Inter alios autem panes communius homines utuntur panem triticeo; nam alii panes videntur esse introducti in hujus panis defectum: & ideo Christus creditur in hujus panis specie hoc Sacramentum habuisse, qui etiam panis magis confortat hominem; & ita convenientius significat effectum hujus Sacramenti; & ideo propria materia hujus Sacramenti est panis triticeus. Audiatur etiam Divus Bonaventura in 4. dist. 11. part. 2. art. 1. quæst. 1. in resolutione sic loquens: Corpus Christi verum continetur in hoc Sacramento ut cibus; quia propter hoc institutum est Sacramentum; non ut cibus qualiscumque, sed ut cibus conveniens; cibus efficax, cibus sanans, cibus omnibus communis: ideo debuit institui signum, quod quidem esset cibus habens istas proprietates. Cibus autem magis conveniens, est panis de frumento, & vinum; & hujusmodi signum est, quod natura non generat ex frequentatione fastidium, quod non convenit de aliquo alio cibo, &c.

14. Panis igitur ad Eucharistiæ necessario requisitus debet esse confectus ex tritico, non ex hordeo, spelta, farre, fabis, aliisque granis, aut leguminibus: unde in re tanti momenti semper amplectenda est certa, secuta, atque communis sententia. Hic breviter annotabimus horrendam, & execrandam quorundam hereticorum insaniam, quæ incredibilis videretur, nisi esset hereticis familiaris, & à Sanctis Patribus enarrata. Gnostici enim ex Nicolaitarum facibus orti, ac etiam Manichæi pro Eucharistia offerebant, atque sumebant turpissima, videlicet viri semen, feminae menstrum, ac foetum extractum ex utero, & in mortario pistillo contussum, melle, pipere, aliisque aromatibus, vitandi ta-

Q 2

dii



dii causa, commixtum, ut referunt Epiphanius lib. 1. adversus hæreses, hæresi 26. num. 4. & Augustinus hæresi 46. Ophitæ contactum serpentis tanquam materiam Eucharistiæ posuerunt, eodem teste Augustino hæresi 17. Montanistæ, seu Cataphrygæ panem ex farina mixta cum sanguine puerorum minutis punctationibus ab ipsis educto; sique aliquis eorum periret, pro martyre, si vero viveret pro magno Sacerdote habebatur, juxta ipsum Augustinum, Cyrillum Hierosolymitanum, Phylastriam, & Epiphanium. Artotyritæ panem, & caseum, vel farinam lacte, non aqua subactam. Jacobitæ panem cum oleo, alii cum sale, alii cum melle, ut fusius videri potest apud auctores (a); vereor enim, ut Lactantii verbis utar lib. de ira Dei cap. 10. *Ne non minus delirare videatur, qui hæc putet refellenda.*

15. Duo adhuc manent exponendi paragraphi, in quibus docet Catechismus panem triticeum ad Eucharistiæ requisitum debere esse azymum, non quidem necessitate Sacramenti, sed necessitate præcepti in Ecclesia latina. Et en momentosam, Græcos inter, ac Latinos contentionem, istis in azymo celebrantibus, illis vero in fermentato. Utrique autem in suas partes trahere volunt exemplum Christi, qui licet in azymo celebraverit, ut evidenter colligitur ex Evangelio, tamen Græci nedum affirmant consecrasse fermentatum, sed etiam addunt azymum à Latinis invalide consecrari. Contra quos primo probabimus tam in pane azymo, quam in fermentato valide confici Eucharistiæ. Secundo convenientiorem esse ritum Ecclesiæ Latinæ; quod ultimum pro tertia orationis parte servabimus. Probat igitur primum, nempe tam in azymo, quam in fermentato valide confici Eucharistiæ, tum quia uterque est verus panis triticeus, ex Scriptura, &

(a) Vid. Leclain t. 1. lib. 5. q. 5. §. 3. pag. 475. Gotti, Berti, & alii.

& Sanctis Patribus ad Eucharistiæ requisitus, quin ullus ex Græcis dixerit unquam azymum non esse verum panem, sed è contrario talem agnovit Div. Chrysostomus, & ipso usum fuisse Christum in celebratione Paschatis dum hoc Sacramentum instituit. Quare Theodoretus etiam Græcis in Daniele scribit: *Panis dicitur & fermentatus, & azymus.* Quod Græcis objicit auctor explanationis definitionum Synodi Florentinæ pag. 92.

16. Tum quia Romana Ecclesia ab Apostolorum tempore consecravit azymum, & nullus Græcorum ante undecimum sæculum obmurmuravit, nec ipse pestilentissimus Photius ad fovendum schisma id Latinis objecit; sed primus omnium allatravit Michael Cæularius Photio longe inferior sapientia, sed multo superior audacia, ac impudentia. Tum denique quia, damnatis in sexta Synodo Monothelitis anno 680. Joannes Portuensis Episcopus in Dominica octava Paschæ, ac in Templo Sanctæ Sophiæ, celebravit in azymis, Græcis omnibus adstantibus cum Imperatore Constantino Heraclio, & Georgio Regiæ Urbis Præsule, iisdem Græcis Latinum sacrificii ritum summopere commendantibus; atque hæc non solum ex Romanis Archiepis adversus Nicetæm Pectoratum produxit Humbertus, sed etiam litteris consignavit Hilariion Græcus Mönachus, apud eximium Lupum volumine 3. pag. 695. Nec sola Romana Ecclesia azymi usum observat, sed ipsum observaverunt etiam fideles Hierosolymitani, antiqui Maronitæ, Armeni, Mozarabes, seu Gothi in Hispania, atque Indi Caranganorum incolentes, ut optimis productis testibus advertit Cl. Berti (a).

17. Insuper fermentatum esse materiam validam Eucharistiæ fatentur omnes cum Divo Thoma 3. part. q. 75. art. 4. dicente: „ Circa materiam hujus Sacramenti „ duo

(a) Vid. Berti tom. 4. lib. 33. cap. 5. thesi 4. pag. nihil 59.

duo possunt considerari, scilicet: quid sit necessarium, & quid conveniens: necessarium quidem est ut sit panis triticus, sine quo non perficitur Sacramentum: non est autem de necessitate Sacramenti, quod sit azymus, vel fermentatus. Idem docent Sacra Concilia, ut Lugdunense II. sub Gregorio X. in quo affuerunt Latini, & Græci, ac isti conficiebant in fermentato, Latini videntibus, non impugnantibus eorum ritum. Similiter Florentinum tanquam certum statuit, ac definiit sive in azymo, sive in fermentato pane triticeo Christi Corpus veraciter confici. Nec aliter loquuntur Summi Pontifices; nam Gregorius VII. ad Synadensem Archiepiscopum scribens inquit: „ Et illi quidem (Græci) suum fermentatum commendantes, reprehensionis in nos levissima verba contumaciter jaculari non desinunt; nos vero azymum nostrum inexpugnabili secundum Dominum ratione defendentes, ipsorum fermentum non vituperamus. Idem tenet Gregorius IX. in litteris ad Germanum Archiepiscopum Constantinopolitanum, Leo IX. ep. contra Michaellem Cerularium, Clemens VII. Pius V. & novissime Benedictus XIV. variis in locis, præsertim Constitutione super ritibus Græcorum, ubi expresse prohibet Latinis in fermentato, & Græcis sibi subjectis in azymo celebrare; quare non audiendi sunt qui contrarium docuerant, perperam usurpantes vulgatissimum illud Canonis probervium: *Cum fueris Romæ, Romano vivito more.*

18. Ad tertiam orationis partem devenio, in qua probanda est hæc conclusio: *Sacramentum Eucharistiæ convenientius celebratur pane azymo, quam fermentato.* Quod sic evincitur: Ritus à Christo adhibitus, ab Apostolis traditus, & à Latina Ecclesia observatus, convenientior est quam alius; atqui talis est ritus consecrandi panem azymum: eo enim usum fuisse Christum in Eucharistiæ institutione clare innunt Evangelistæ Ma-

Matthæus, Marcus, & Lucas, narrantes Eucharistiæ institutionem esse prima die azymorum post Cenam agni Paschalis; sicque tunc ibi non erat panis fermentatus. Quod farentur etiam plures Græci, ut Divus Joannes Chrysostomus homilia 89. in Matthæum, & alibi apud Arcudium lib. 3. cap. 4. Epiphanius lib. 1. hæresi 39. Theophilactus in cap. 22. Lucæ, & alibi, atque Photius, schismaticorum auctor, codice 116. Nec oppositum docet Joannes sano sensu acceptus juxta Catechismi explicationem apud Divum Thomam, & quæcumque Theologos obviam (a). Idem ab Apostolo statuitur 1. ad Corinthios 5. vers. 7. sic dicente: *Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova consensio sicut estis azymi,* &c.

19. Quod tandem hæc semper fuerit Latine Ecclesiæ consuetudo, probatur: quia non aliunde quam ab Apostolis ejus potest assignari principium; ideoque Leo IX. Græcis novitatem objicientibus sic respondit epist. 1. cap. 3. „ Ecce jam post mille, ac ferme viginti à passione Salvatoris nostri annos, incipit per vos disceri Romanæ Ecclesiæ qualiter memoria passionis sit recedenda. Et Cardinalis Humbertus: *Vestra duplicitas suo fermento contenta, Romana, & Latine simplicitati azymum extorquere nequit; & infra: Prima scilicet Ecclesiæ ad hæc moderna tempora, sicut ab Apostolis accepit, fideliter retinuit.* Et Innocent. III. de Myst. Missæ lib. 4. cap. 22. inquit: *Ab ipsis ergo Beatis Apostolis Petro, & Paulo, quos & vivos habuit, & defunctos custodit, hunc Sacrosancti ritum accepit Romana Ecclesiæ, quem hæc tenens inviolabili cultu servavit.* Vid. Michael à Sancto Josépho in Bibliographia critica tom. 2. pag. 502. verbo Humbertus, ubi plura refert ad rem optime conducen-

(a) Vid. Divus Thomas 3. part. quest. 46. art. 9. Chigooli part. 3. tom. 8. tract. de Eucharistiâ dissert. 1. quest. 1. proposit. 4. pag. 12. & sequentibus.

tia. Similiter Berti tom. 4. lib. 33. cap. 4. pag. 53. alique sexcenti.

20 Arguet autem aliquis contra conclusionem. In Sacramentis conficiendis sequenda est opinio tutor, ut statuit Innocentius XI. damnatione primæ thesis ex 65. ab eo confixis; atqui Græcorum opinio, utentium fermentato ad Eucharistiam, est tutor quam Latinorum utentium azymo. Minor probatur: usus Græcorum validus reputatur à Latinis, & Græcis; usus vero Latinorum à solis Latinis: ergo tutor est ille in quo omnes conveniunt. Idque confirmari potest hac evidenti paritate; Catholici validi sime probant solam Romanam Ecclesiam esse veram, quia nedum ipsi, sed etiam Mahumetani, & Protestantes, ut Joannes Serranus, & alii, fatentur in ea posse servari, quod de aliis sectis negant Catholici; qua ratione convicti hæresim abjuraverunt Henricus IV., ni fallor, Rex Galliæ, alique Proceres in eam lapsi, vel enutriti, & Romanam, seu catholicam fidem amplexi sunt, in qua omnes concedunt dari salutem, de aliis autem id negant fideles: ergo pariter in presenti. Nam in negotiis tanti momenti certa non relinquenda sunt pro incertis.

21 Respondetur, hoc argumento male constructo probari etiam posse tutius esse venerari Abrahamum, Moysen, Davidem, aliosque Prophetas, quam Jesum Christum, & Joannem Baptistam; quia Judæi, & Christiani fatentur primos esse Sanctos, & Deo caros, quod de Christo blasphemè negant Judæi, & de Baptista Manichei Montis Pesulani, teste Cl. Bossueto (a). Similiter dici posset certius esse dari Matritum, vel dari solem, quam dari Deum, infernum, & gloriam; quia primum omnes concedunt, secundum vero negant Athei, Materialistæ, alique increduli. Quod aliis mul-

tis

(a) Vid. Bossuet tom. 3. hist. variat. libro 11. num. 46. pag. 115. versionis Hispanæ.

tis exemplis evinci posset. Sed ad rem proprius accedentes, fatetur provocatores quosdam Græcos post Michaelem Cerularium, in ipso disputationis astu, in ipsa schismatis febris, adgo delirasse, ut dixerint Latinos valide non consecrare azymum; at vero cum cordatiores semper contrarium sentiant; istis fides est adhibenda, non illis. Sicut enim cum sectarii, vulgo Reformatores ira succensi, contra catholicos debacchantur; indigni sunt ut auscultentur, sic etiam Græci mendaces, atque vesani. Et quidem: quam fidem meretur Ecclesia malignantium, schismaticorum dico, quam corrumpit Arius, prostituit Macedonius, ipsaque Nestorium, Eutychen, Monothelitas, pluraque alia viperarum genimina non tantum peperit, sed etiam aluit, & tandem adversus Petri Cathedram caput extulit, dogmatum pravitate, & novitatibus plurimis vitata? Paritas igitur supra tradita nihil valet.

Videatur aliud argumentum contra conclusionem apud Joannem Muñoz Minoritam in disceputationibus, & argumentis Complutensium, disceptat. 14. de Eucharistia. Argument. 18. pag. 445. & apud Ledruinum tom. 1. de re Sacrament. lib. 4. quæst. 5. cap. 3. §. 3. pag. mihi 391. ubi textus D. Joannis recte exponitur. Et supra quæst. 2. cap. 1. §. 2. pag. 353. alia solvantur argumenta Græcorum.

UNIVERSIDAD DE NUESTRO SEÑOR REY DON ALFONSO DE NUEVO LEÓN  
BIBLIOTECA

## PRÆLECTIO X.

## De Sacramento Eucharistiæ,

ad expositionem cap. 4. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini, à §. 16. ad decimumnonum.

1 Minimum naturæ portentum, quodvis prodigium gratiæ, admirationem nobis ingerit, & stuporem. Quid ergo non aget mirabile Eucharistiæ Sacramentum serio meditatam, quod, teste Divo Thoma opusc. 57. est miraculorum à Deo factorum maximum? Eo sane mysterio stupet natura, rapitur ratio, philosophia miratur, nullaque lingua, vel hominum, vel Angelorum, satis exprimere valet quanta fecerit Dominus, dum memoriam fecit mirabilem suorum. De hoc igitur venerabili Sacramento hodie tractaturus, ad exponendos quatuor mihi heri sortitus paragraphos à 16. ad 19. cap. 4. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini, Deum simplex exoro, ut meum dirigat intellectum Pater, &c.

2 Superno Dei auxilio, Coelitumque iuvamine implorato, & obtenta dicendi venia, orationem incipiam, quam pro majore claritate in tres partes dispertiar. Prima textus litterarum brevi epitome comprehendam. Secunda fusiuse nuculeabo. Tertia denique conclusionem proponam, probabo, defendam; utinam feliciter! Priorem ergo partem exordians, sic inquam habere textus initium §. 16. *Aquam vero, &c.* finem autem §. 19.: *Hoc est corpus meum.* Primo ex his Paragraphis asserit Catechismus Ecclesiam in consecratione calicis semper admiscuisse aquam vino; hujusque ritus triplicem rationem affert. §. 2. ait, quamvis præfata mixtio sine crimi-

ne omitti non possit, validum tamen fore hoc Sacramentum, aqua calici non infussa, quæ modica sit oportet, ut prius convertatur in vinum, quam in sanguinem Christi. Nam panis tantum, & vinum sunt materia consecranda. §. 3. docet panis, & vini symbola res varias in Sacramento representare, nempe Christum esse hominum vitam, esse præsentem in Eucharistia, adumbrari quæ fiunt in anima, & demum Ecclesiam esse unum corpus mysticum ex multis membris compositum; sicut panis, & vinum ex multis tritici, & uvarum granis conficitur. Ultimo paragrapho ex assignatis tradit formam consecrationis panis esse: *Hoc est corpus meum.* En argumentum litteræ Catechismi, & primam orationis partem.

3 Ad secundam itaque progrediamur, explanaturi litterarum textus. In primis igitur verissime asserit Catechismus, Ecclesiam semper admiscuisse aquam vino in consecratione calicis. Quam veritatem evidenter probant antiquissima Patrum scripta, Concilia, Ritualia, rationes. Hujus enim ritus mentionem faciunt Justinus Martyr Apologia 2. pag. 97. Irenæus lib. 4. adversus hæreses cap. 57. Cyprianus epist. 63. ad Cæcilium. Ambrosius lib. 4. de Sacramentis cap. 4. num. 19. August. lib. 4. de Doctrina Christiana cap. 21. num. 45. & tract. 120. in Joann. num. 2. Hieronymus in cap. 14. Marci Concilium Cartaginense III. anno 397. celebratum, can. 24. Synodus Trullana, seu Quini sexta anni 692. can. 32. Concilium Braecharense IV. anni 775. Florentinum in Instructione Armenorum, ac Tridentinum sess. 22. cap. 7. & can. 9. Idem confirmant Summi Pontifices, ut Alexander II. Eugenius IV. & alii. Nec omitteñdis est Clemens Romanus, seu Auctor Constitutionum Apostolicarum lib. 8. cap. 12. pag. 402. Liturgia Divi Jacobi Apostoli, quam etsi nonnulli putent supposititiam, eam tamen genuinam esse demonstrat Graecorum omnium consensio, cui adherent plurimi ex

Latinis, ut Cardinalis Bona, Claudius Sanctesius, Sixtus Senensis; omissis aliis pluribus monumentis produceris ab Allatio, laudatis à Benedicto XIV. de Sacrificio Missæ part. 4. sect. 1. num. 90. & citatis à Cl. Berti, aliisque Theologis, & Canonistis (a). Unde merito asserit Catechismus ex Apostolica traditione hanc consuetudinem provenire; quidquid dicant Lutherus, Calvinus, & alii.

4 Rationes autem quare aqua vino miscetur, inquit Catechismus post Tridentinum & Cyprianum, sunt, quia ita Christum fecisse creditur, quia sic renovatur memoria aque illius, & sanguinis ex ejus latere profluentis, & quia in Apocalypsi cap. 17. vers. 15. aqua populum designat; sique mixta vino significat populum fidelem Christo conjunctum. Addit Angelicus Doctor 3. part. quest. 74. art. 6. ea figurari introitum ad vitam æternam, juxta Ambrosium lib. de Sacramentis dicentem: *Redundat aqua in calicem, & salit in vitam æternam*. Ideoque prius benedicitur aqua, ut benedictos esse ostendat qui Coelum ingrediuntur; quare in missis pro defunctis, seu ut vulgo dicimus de *Regule*, aqua non benedicitur, quia sacrificium offertur specialiter pro animabus Purgatorii, quæ nondum æterna beatitudine perficiuntur. Nicephorus apud Gavantum (b) ait, aquam, & vinum in calice significare Christum duplicem habere naturam, quod etiam denotant ipsa Sacerdotis verba dicentis; *Deus, qui humine substantie*, &c. Alii tandem inquit aquam significare peccata populi absorpta à sanguine Christi.

Has

(a) Vid. Berti tom. 4. lib. 33. cap. 6. proposit. 1. pag. milii 61. Selwagius lib. 3. cap. 8. §. 4. pag. 64. & antea tom. 2. lib. 2. part. 2. cap. 1. §. 6. num. 28. pag. 167. Milante tom. 2. Sixti Senens. ad annotationem 3. pag. 104. Ferraris verbo *Vinum* à num. 23. Gotti tom. 3. tract. 7. quest. 1. dub. 7. §. 1. num. 3. Chignoli part. 3. tom. 8. quest. 3. proposit. 4. pag. 32. aliique innumeri cum Div. Thoma 3. part. quest. 74. art. 6. (b) Vid. Gavantum in Theauro Sac. Rit. part. 9. tit. 7. littera F, pag. milii 98.

5 Has rationes, maxime tres priores à Tridentino adductas, infringere conantur hæretici Novatores; tum quod non possit ex Scriptura prebæri Christum in Coena miscuisse aquam vino; tum quod licet ex Christi latere manaverit sanguis, & unda, non sequitur hujus admisionis necessitas, quia non opus est in Sacramento usurpare quidquid in passione Domini contigit; tum denique quod etsi per aquas interdum significetur populus, id tamen non satis esse ad ritum aliquem adsternendum; cum symbolica, ut dici solet, Theologia non sit argumentativa: ideoque inquit Vossius: *Ficula machera pugnant veterum non pauci, ut Casarius, sive Eucherus, Paschasius, Rabanus, & alii etiam Græcorum*. Pejora scriptis hæresiarcha Lutherus lib. 6. contra Regem Angliæ, dicens: *Meo sensu melius, & tutius foret aquam non miscere vino, cum sit merum figmentum humanum, & sinistram, imo pessimam habeat significationem*. Quia nimirum Isaie 1. vers. 22. dicitur: *Vinum tuum mistum est aqua*. En hæreticorum arma præcipua.

6 Sed nihil obstant hæc omnia. Non primum, quia quamvis ex Scriptura expresse non constet Christum vino aquam admiscuisse, constat aliunde, nempe ex Ecclesiæ traditione; nec ex sola Scriptura peti debent omnia, quæ Christus fecit, aut dixit, cum multa ipse fecerit, quæ in libris Canonicis scripta non sunt, ut cap. postremo sui Evangelii testatur Joannis. Præterea, qui de ritibus Judaicis pertractarunt, docent in Coena paschali ita vinum temperandum fuisse aqua, ut nisi hanc admiscuissent, credidissent aliquid esse omissum in recta hujus ceremoniæ observatione, quemadmodum ex Rabbinò Maimonide, aliisque demonstrat in libro de Ministerio Templi cap. 13. pag. 735. Joannes Lightfootus; & confirmatur ex Ritu celebrandæ Coenæ paschalis part. 2. Bibliothecæ Rabbinicæ pag. 938. Ex quibus apparet falli Buxtorfium, qui in historia Sacre

Coc-

Cœnæ ait, pro libito Judæos in ea Cœna bibisse merum, vel aqua ipsum temperasse. Quamvis insuper non omnes Judæi cæremoniam illam servassent, ut gratis id concedamus Buxtorfio, servavit eam tamen Salvator, qui temperantia summe se præbuit exemplum, ut ait Joann. XXI. epist. ad Archiepiscopum Armenorum, & ad Presbyteros Caphensis Diocesis, data 5. Kalendas Aprilis anno 1318.

7. Argumentum secundo loco positum debilius est, quam quod maxime. Quasi nos asseramus aquæ mistionem esse necessariam absolute, ita ut sine ipsa non foret Eucharistiæ Sacramentum, aut esse de præcepto divino ad significandum aquam & saginem ex latere Christi fluentem. Talia nos non dicimus, nec Tridentinum hæc rationem adhibet nisi tanquam rationem optimæ congruentiæ, quam à primis sæculis semper adspexit Ecclesia: ut constat ex Augustino, Theodulpho Aurelianiensi, Walafrido Micrologo, & pluribus aliis. Quibus addimus caput: *In sacramentorum* de Consecrat. dist. 2. desumptum ex epist. Isidoriana Alexandri; & caput: *In calicem*, deponitum ex Ambrosio lib. 5. de Sacramentis cap. 1. num. 4.; necnon liturgiam Sancti Joannis Chrysostomi, in qua, Erasmo interprete, legitur: ad infusionem vini dicit Sacerdos: *Et unus militum lancea latus ejus aperuit, & exiit sanguis*; & addens aquam, dicit: *Et aqua*. Ad illud Vossii 3. loco propositum dicimus, mirum esse virum alias eruditum talia scripsisse. Principio enim cum sacri ritus instituti potissimum fuerint ob mysticam significationem (a), falsum est Theologiam symbolicam non sufficere ad sacrum adstruendum ritum, si oportunitus Ecclesiæ videatur. Deinde non istud dumtaxat symbolum Tridentina Synodus profert, sed etiam exemplum Christi, cui accedit traditio universa, & consensus Ecclesiarum. Quod

(a) Vid. Berti tom. 3. lib. 30. cap. 23. pag. 447.

8. Quod tandem objecit Lutherus, solum probat quantum placebat impuro homini vinum purum; hoc est, aqua non temperatum; ipsunq; semper vel vino, vel Venere, vel utroque simul inebriatum scribere. Egregius sane reformator Ecclesiæ! Sed descendamus ad rem. Sæpe in Sacra pagina idem modo in bonam, modo in malam partem sub diversa consideratione accipitur, ut patet de fermento, quod 1. Cor. 5. corruptionem significat: *Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit?* Et Luca 12. significat hypo-chrisim: *Attendite à fermento Phariseorum, quod est hypo-chrisis*. Et tamen idem fermentum in bonam partem adducitur Matth. 13.: *Simile est regnum Cælorum fermento*. Vinum pariter aqua mixtum malum aliquid significare potest, cum similitudo ducitur à cauponibus miscentibus aquam vino, ut impurum pro puro vendant, & ementes decipiant. Cæterum in bonam significationem usurpatur, dum symbolum est sobrietatis Lutheri valde invidi: unde dicitur Proverbiorum 9.: *Bibite vinum, quod miscui vobis*. Vel dum ad unionem membrorum cum capite, fidelium cum Christo, vel aliquam aliam mysticam bonæ rei significationem exprimendam adhibetur; & hujus generis sunt significationes à nobis superius indicatæ.

9. Quæ quidem significationes, & si quæ sunt aliæ, ad essentiam Sacramenti non pertinent: unde validum esset Sacramentum, etsi aqua non infunderetur, quidquid dixerit Armacanus lib. 9. de questionibus Armenorum cap. 9. & alii apud Divum Bernardum ep. 69. ad Guidonem Abbatem (a). Nam rubricæ Missalis titulo *de defectibus*, prohibent infundi aquam post consecrationem. Non igitur necessaria est necessitate Sacramenti, sed tantum necessitate præcepti, quod ex Cy-

(a) Vid. Salmanticensis Scholastici tom. 11. tract. 23. disput. 4. dub. 3. §. 1. num. 42. pag. 611. & alii.

Cypriano epist. ad Cæciliam supra citata, & ex Tridentino sess. 13. cap. 3. evidenter colligitur, ut observat doctissimus Estius in 4. dist. 8. §. 10. Est autem hoc præceptum non divinum, ut Alensis 4. part. quest. 10. membro 4. art. 1. Hosius in confes. catholica cap. 14. & Alphonsus à Castro adversus hæreses hæresi 7. opinantur (a); sed solum Ecclesiasticum: ideoque ait rectissime Catechismus: aquæ admixtio sine mortali peccato prætermitti non potest. Quare in nullo casu licitum erit uti vino sine aqua, quia nulla potest esse necessitas quæ prævaleat gravitati hujus præcepti, & antiquissimæ sanctioni Ecclesiasticæ, quamvis fremant heretici, qui hunc ritum tanquam rem adiaphoram parvipendunt. Excipiendus tamen est casus, quo complendum foret Sacrificium, & aqua haberi non posset; tunc enim vinum solum consecrari nedum posset, sed & deberet; sicut etiam consecrandus esset panis azymus à Sacerdote Græco, & fermentatus à Latino, ut bene advertit illustrator Cuniliati (b); quoniam lex divina efficiendi Sacrificium perfectum, & integrum, prævaleat debet cuivis præcepto Ecclesiastico.

10. Aqua igitur vino miscenda est, & quidem naturalis: unde peccaret qui artificiali uteretur, nempe rosacea, vel alia hujusmodi, quia ut ait Divus Thomas, non servaretur convenientia Sacramenti, cum aqua infusa calici debeat illam significare, quæ fluxit ex latere Christi, & hæc naturalis erat, quamvis miraculose manaverit, ut contra quosdam medicos probant Cl. Serry, & alii eruditi (c). Nec apponenda est aqua fervida, more Græcorum, nisi ad impediendam congelationem vini, & hæc poni deberet ante conse-

(a) Vid. Salmanticens. Scholastici tom. 11. tract. 23. disput. 4. dub. 3. §. 2. num. 49. pag. 614. (b) Vid. Cuniliati tom. 1. tract. 14. cap. 3. §. 2. n. 12. in addit. & num. 17. in fine additionis. (c) Vid. Serry exercitat. 55. n. 10. pag. mihi 201.

crationem, non post ipsam, ut faciunt Græci, qui præter aquam frigidam ante consecrationem positam, fervidam addunt paulo ante communionem, ut constat ex responsione Balsamonis ad quæsitam Marci Patriarchæ Alexandrini. Uno verbo: servandus est ritus ab Ecclesia præscriptus; ideoque admixtio fieri debet in altari, ab ipsomet Celebrante, vel à Subdiacono in Missa solemnî, & intra calicem. Nam, ut ait Div. Thomas 3. part. quest. 74. art. 8. ad 2. : *Si aqua apponeretur in dolio, non sufficeret ad significationem hujus Sacramenti, sed oportet aquam vino apponi circa celebrationem Sacramenti.*

11. Animadvertit etiam rectissime Catechismus, aquam vino adhibendam in modica quantitate. Quod Ecclesiæ usu, definitione, & ratione probatur. In antiquo enim Ordine Romano apud Cl. Mabillonium, ubi agitur de Missa celebrata à Summo Pontifice, habetur: *Post aquæ benedictionem ponit cum cochleari tres guttas aquæ.* Communis vero ritus celebrandi Missam §. 7. num. 4. præcipit Sacerdoti ut parum aquæ infundat in calicem: & num. 9. de Subdiacono in Missa Solemni ministrante, *infundit (inquit) paululum aquæ in calicem.* Tiburiense Concilium anno 895. can. 19. præcipit, ut saltem duæ partes sint vini, & aqua partem tertiam non excedat, hac producta ratione, quia major est majestas Sanguinis Christi, quam fragilitas populi. Honorius III. in litteris ad Archiepiscopum Upsalensem in Suecia, perniciosum, & contrarium consuetudini Universalis Ecclesiæ appellat abusum quorundam Septentrionalium, qui ob vini penuriam, in Sacrificio majorem ponebant quantitatem aquæ, quam vini. Ac postremo Eugenius IV. in instructione Armenorum, declarans materiam consecrationis esse panem triticum, & vinum de vite, addit: *Cui ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet.*

12 Certum igitur ac evidens est, per excessum posse peccari, non vero per defectum, nisi penitus omitatur, cum ad implendum praeceptum Ecclesiae, & ad mysticam significationem, quaevis guttula perceptibilis aquae sufficiat. Rationem hujus confirmat Div. Thom. 3. part. quaest. 74. art. 8. dicens: „Cum illorum opinio sit probabilior, qui dicunt aquam converti in vinum, & vinum in sanguinem, hoc fieri non posset, nisi adeo modicum apponderetur de aqua, quod converteretur in vinum; & ideo semper tutius est parum de aqua apponere, & praecipue si vinum sit debile; quia si tanta fieret appositio aquae, ut solveretur species vini, non posset perfici Sacramentum. Eandem Doctoris Angelici rationem affert in littera Catechismus, dicens: Ecclesiasticorum Scriptorum sententia, & iudicio, aqua illa in vinum convertitur. Et quamvis ita non foret, sed aqua immediate converteretur in sanguinem Christi, ut quidam non ignobiles volunt, deberet etiam esse modica juxta ipsos, ut moraliter venire posset nomine vini. Quis enim vinum vocabit id in quo est dimidium, aut plus aquae, quam vini? Tunc solum dicitur vinum dilutum, vinum limphatum, semivinum; si ita loqui fas est, & multo minus, quo plus erit aquae. Sicque consecrari non poterit.

13 Nam ut supra docuit Catechismus §. 15. & modo repetit §. 17. panis tantum, & vinum est materia, ex qua necessario fieri debet Eucharistiae Sacramentum: unde pluribus decretis sancitum est, ne aliud offeratur; quod nonnulli facere non verebantur; nempe impurissimi Gnostici, & Cataphryges, qui humanum semen, (quis crederet nisi Epiphanius, aliquo Patre narrarent?) & infantis sanguinem, aliis nescio quibus comixtionibus coagularum, tanquam Eucharisticum Pascha habebant. Artoryrita panem, & caseo; Jacobite panem, & oleo, Hydroparastata, sive aquarii Ebion-

nita sola aqua in suis sacrificiis utebantur, quorum errores retulisse jam refutasse fuit (a). Alii quidam fac, & mel in calicem injiciebant, quam pravam consuetudinem refert sapientissimus Pontifex Benedict. XIV. lib. 1. de festis Domini cap. 8. num. 61. eamque jam olim damnavit Synodus Carthaginensis III. anno 397. can. 24. definiens hanc quidem benedicenda esse, sed non consecranda; & ita in Sacramento Corporis, & Sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quam ipse Dominus tradidit, hoc est panis, & vinum aqua mixtum (b). His ita constitutis,

14 Prosequamur litteram Catechismi, & tertium paragraphum ex assignatis breviter explicemus, ubi optime referuntur variae significationes Eucharistici panis, & vini. Primo eis significatur Christum esse veram hominis vitam, dicente ipso, Joannis 6. : *Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita; qui manducatur huic panem vivet in aeternum.* Quod de illis tantum dicitur, qui hoc Sacramentum pure, ac sancte suscipiunt, de quibus ait Eucharisticus Doctor, & cum ipso Ecclesia in festo Corporis Christi: *Vita bonis.* Quod probat idem Praeceptor Angelicus ratione deducta ex auctoritate Joannis supra citata, & à Catechismo etiam memorata; quae quidem ratio potest in hac forma proponi: Christus est vita hominum communicata ad modum cibi, & potus corpori; sed iste non communicat vitam mortuis, sed vivis, quatenus scilicet conservat corpus ne pereat; ergo cibus Eucharisticus spirituales vitam non communicat peccato mortuis, sed viventibus vita gratiae. Audiantur Sancti Thomae verba, quibus similitudinem exhibet 3. part. quaest. 74. art. 1. : *Omniem effectum, inquit, quem facit cibus materialis quantum ad vitam corporalem, quod scilicet sus-*

S 2

sten-

(a) Vid. Goti tom. 3. tract. 7. quest. 1. dub. 2. pag. 294. (b) Vid. Solvagiolum lib. 3. cap. 8. §. 5. pag. 66.



stentat, auget, reparat, & delectat; hoc totum facit hoc Sacramentum quantum ad vitam spirituales. Recte igitur panis, & vini symbola declarant Christum in Eucharistia esse hominis vitam, ut ait Catechismus; illis scilicet qui sunt de Corpore Christi, justis nimirum, & habentibus caritatem, inquit Divus Bonaventura in 4. dist. 12. part. 2. art. 1. q. 2. licet aliquando per accidens, ut Schola verbis utar, communicetur etiam peccatoribus accedentibus cum attritione existimata contritione, juxta communem Theologorum. Similitudines enim, & paritates non debent quadrare ex omni parte.

15 Verum alias panis, & vini significaciones breviter exponamus. His etiam elementis suaderi potest existentia realis Christi in Eucharistia. Si enim quotidie experimur panem, & vinum naturali virtute in humanam carnem transire; quidni confitebimur eandem panis, & vini substantiam virtute divina in carnem, & sanguinem Christi converti? Adumbrat quoque admirabilis elementorum mutatio, quod interius fit in anima: sicut enim nulla externa mutatione panis, & vini credimus eorum substantiam in Corpus, & Sanguinem Christi transisse, ita etiam, licet in nobis nihil immutatum videatur, tamen ad vitam interius renovamur, dum veram vitam Eucharistiae Sacramento accipimus. Designant tandem ea elementa panis, & vini, Ecclesiam esse unum corpus ex multis membris compactum; unde ait Apostolus 1. ad Corinthios 1. : *Unus panis, & unum corpus multi sumus*, quod eleganter explicat August. lib. 7. de baptismo contra Donatistas cap. 7. quia sicut panis ex multis tritici granis, vinum ex multis uvis conficitur, sic Ecclesia ex multis fidelibus caritate copulante connectitur. Hinc merito Eucharistia dicitur à Divo Thoma 3. part. 9. 79. art. 1. : *Sacramentum pietatis, signum unitatis, & vinculum caritatis*.

16 Restat nunc explicatio paragraphi 4. sortibus assignati, ubi agitur de forma consecrationis panis, non qui-

quidem ad doctrinam populi, cujus nihil interest illam scire, sed ad Sacerdotum instructionem; quibus eam ignorare turpissimum esset. En itaque consecrationis verba ex Evangelistarum, & Apostoli narratione à Catechismo deprompta: *Hoc est enim corpus meum*. Non igitur audiendi sunt Pauliciani, qui ad consecrationem solum dicebant: *Accipite, manducate, & bibite*. Non Waldenses, qui, teste Guidone, ad hoc recitabant septies *Pater noster*; (quidam tamen istud aut negant, aut in dubium vertunt, ob silentium Eneæ Sylvii, postea Papæ nomine Pii II. & aliorum). Non Bucerus, Calvinus, atque Lutherus, quorum primus inficiatur Christum præcepisse formam à nobis traditam; secundus asserit verba prædicta esse tantum concionatoria, non consecratoria; tertius denique præter Evangelicæ verba totam liturgiam ponit ad consecrationis formam essentialiter pertinere, quod etiam docuerunt quidam Græci, & aliqui ex Latinis, quos suppresso nomine refert, & refutat Divus Thomas 3. part. quæst. 78. art. 1. ad 4.

17 Scotus quoque in 4. dist. 8. quæst. 2. opinari fertur, irritam esse consecrationem, si Sacerdos ea verba omittat, quæ ex pervetusto Ecclesie instituto in Canone præmittuntur, nempe: *Qui pridie quam pateretur, &c.* A communi tamen Theologorum sententia non recedere magistrum suum, scribunt discipulorum ejus præcipui, Mastrius, Frassen, Brancatius, alique. Utinam idem dici posset de aliis recentioribus! At vero Ambrosius Catharinus, ni fallor, Christophorus à Capite fontium, Antonius Augustinus Tuteus Benedictinus, & Petrus Le Brun Gallicani Oratorii Presbyter, suscitare conati sunt veterem illam opinionem, quæ tempore Synodi Florentinæ insignis error Theologis videbatur (a).

Con-

(a) Vid. Consilii tom. 3. tract. 14. cap. 3. §. 3. in addit. pag. 77. Perrimerzi part. 8. dissert. 409. Colletus, Berti, & alii.

18 Contra istos igitur, & quoscumque alios tenendum est, hæc sola verba: *Hoc est corpus meum* ad consecrationem panis requiri; quibus Christum usum fuisse docet Catechismus cum Divo Thoma, Conciliis, & Sanctis Patribus; etsi non tam certum sit Christum illis consecrasset verbis, quam ipsa verba esse consecrationis formam à Sacerdotibus adhibendam. Primum enim ad fidem non pertinere, fatentur plures Theologi laudari à doctissimo Papa Benedicto XIV. lib. 1. de festis Domini cap. 6. num. 40. Secundum autem à nullo Catholicorum negari puto; quamvis Græci quidam Schismatici, quos inter Nicolaus Cabasilas, Simeon Thesalonicensis, Marcus Ephesius, Samonas Gazæ Episcopus, & Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus, quibus adhererunt illi pauci recentiores Latini supra relati, contendunt sola præfata verba non satis esse, nisi addantur liturgicæ preces.

19 Ad eorum autem confutationem sufficit illa confessio fidei ab ipsis Græcis in Florentino Concilio edita, quam ex autographo Florentiæ invento vulgavit Cl. Mabillonius tom. 1. Musæi Italici, ubi sic legitur: „ Quoniam ab omnibus Sanctis Doctoribus Ecclesiæ, „ præsertim ab illo Beatissimo Joanne Chrysostomo, „ qui nobis notissimus est, audivimus, verba dominica „ esse illa quæ mutant, & transubstantiant panem & „ vinum in verum corpus, & sanguinem Christi, quod „ verba illa divina Salvatoris virtutem omnem transubstantiationis habent, nos ipsum sanctissimum Doctorem, & illius sententiam sequimur de necessitate. Igitur si omnium Ecclesiæ Doctorum, Chrysostomi in primis, auctoritate præjudicatum est, solis Domini verbis fieri Eucharistiæ consecrationem; si Chrysostomi sententia de necessitate sequenda est: errant certe turpissime quotquot è Græcis, & Latinis secus opinantur, quippe qui cum Patrum omnium doctrina aperte pugnant, neque ad eos refellendos necesse est singulorum Patrum

trum testimonia laudare, cum omnes in nostra sententia fuisse, Græci Episcopi in Oecumenico Concilio palam confessi sint.

20 Quocirca merito inquit Catechismus in textu, præmittenda esse Sanctorum Patrum testimonia, quæ infinitum esset enumerare (a). Non tamen præmittenda est ratio, à Catechismo adducta ad idem efficaciter comprobandum; forma enim Sacramentorum ea est, quæ significatur idipsum quod efficitur, ut patet inductione Baptismi, Confirmationis, & aliorum: atqui hæc sola verba: *Hoc est corpus meum*, id quod fit significant, & declarant, nempe conversionem panis in verum Christi corpus: ergo sola præfata verba habenda sunt pro forma Sacramenti Eucharistiæ in consecratione panis. Quam veritatem confirmant Liturgiæ omnes antiquæ, etiam Græcæ, quæ licet in aliquibus sint diversa, conveniunt tamen in assignandis pro consecratione panis laudatis Christi verbis. Præcipue Liturgia Sancti Basilii apud Orientales magni ponderis, & illa Sancti Joannis Chrysostomi. Ad exsurfanda autem quæ Græculi quidam obmurmurant, videri possunt Cardinalis Bessarion opusculo de Sacramento Eucharistiæ; Petrus Arcudius, lib. 3. cap. 27. Jacobus Goarius Græcorum rituum peritissimus, in notis ad Missam Sancti Joannis Chrysostomi. Martene de antiq. Eccl. Rit. cap. 4. art. 8. num. 20. Orsi in dissert. Theologica de invoc. Spiritus Sancti in liturgiis Græcorum, & Orientalium. Chignoli quæst. 4. de Eucharist. proposit. 2. alique pene innumeri. Sed hæc pro secunda orationis parte sufficiant.

21 Ad tertiam ergo deveniens, hanc propono conclusionem: *Probabilis est aquam Calicis infusam prius converti in vinum, & non immediate in sanguinem Christi.* Est contra doctissimum Ledruinium, Illustris-

(a) Vld. Selvagus lib. 2. antiq. Christ. cap. 8. §. 6. & alii passim.

simum Perrimezzium, Clarissimum Berti, & alios, præsertim recentiores, qui modernam philosophiam profitentur; quia tamen antiqua & verior plerumque mihi videtur, & aptior ad Theologiam, ut fatetur Martinus Martinesius medicus celeberrimus, in historia Philosophiæ Scepticæ, & auctor artis cogitandi seu celebris Arnaldus dissert. 2. quod clare videtur in explicatione gratiæ habitualis, virtutum infusarum, specierum Sacramentalium, & aliorum, quæ à Philosophis recentioribus, non tam facile dilucidantur; ideo cum antiquioribus opinor, qui propositam conclusionem tuentur, ut Innocentius III. cap. Cum Marthe de celebrat. Missar. §. Quæsiuisti. & lib. 4. de Altaris mysterio cap. 31. Divus Thomas 3. part. quæst. 74. art. 8. Sanctus Bonaventura in 4. distinct. 11. part. 2. art. 1. quæst. 3. Scotus ibid. quæst. 7. & alii, quos sequitur Catechismus in textu §. 17. jam explicato. Videantur Cardinalis Capisucchius in controversiis Theologicis selectis, controvers. 1. triginta quinque paragraphis, à pag. 1. usque ad 152. Salmanticenses Scholastici tom. 11. tract. 23. disput. 4. dub. 4. §. 1. & sequent. à pag. 619. Ferrer in epitome tom. 4. disput. 3. dub. 2. pag. 355. à num. 731. Billuart tom. 3. tract. de Eucharistia dissertat. 3. art. 4. aliique à Castello citati in 4. distinct. 11. quæst. 2. Oppositum tamen cum recentioribus tenet Antonius Josephus Rodriguez Cisterciensis tom. 3. novi aspectus in prologo prope finem, & in epistola apologetica, paradoxa 4. §. 24. pag. 414. à num. 190. usque ad 205.

22 Alia conclusio: *Christus eisdem verbis panem & vinum Eucharisticum benedixit, & consecravit; nec benedictio alia fuit à consecratione.* Vid. Joannes à Sancto Thoma tom. 1. approbat. Doctrinæ Div. Thomæ disput. 2. art. 2. ad 8. proposit. pag. 166. Capisucchius controuv. 2. pag. 167. Bernardus Maria de Rubéis in dissert. criticis, & apologeticis de gestis, scriptis, & Do-

Doctrina Div. Thom. dissert. 27. art. 3. pag. 269. & Antonius Reginaldus in vindiciis Catechismi, appositis supplemento historiæ Ecclesiasticæ Natalis Alexandri edito Bassani anno 1778. à pag. 137. usque ad 175.

## PRÆLECTIO XI.

### De vera Christi præsentia in Eucharistia,

ad expositionem cap. 4. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini  
à §. 26. ad 30.

1 Quis, nisi experientia doctus, credidisset unquam inveniri posse homines adeo perfidos, ingratos, & impios, ut maximum Christi Domini beneficium eis libentissime præstitum, perfricta fronte negarent? Quis, inquam, sibi fingere potuisset homines immanitate viperas, rabie tigrides, qui dentibus, atque unguibus ubera proscinderent, quæ antea lactabantur? Tales profecto nimis aperte se produnt hæretici omnes veram Christi præsentiam in Eucharistia denegantes; de quibus merito conqueritur Dominus, potiori titulo quam olim per Isaiam dicens: *Filios emutruvi, & exaltavi, ipsi vero spreverunt me (a);* quoniam non spreverunt tantum, sed acuerunt linguas suas tanquam serpentes contra ipsam benefactorem, & arma sumserunt adversus eos, qui pro veritate certabant. Testes sint tot Calvinistæ armati in suos cives, in suum Prin-

Tom. II. T ci-

(a) Isaiæ 1. v. 2.

simum Perrimezzium, Clarissimum Berti, & alios, præsertim recentiores, qui modernam philosophiam profitentur; quia tamen antiqua & verior plerumque mihi videtur, & aptior ad Theologiam, ut fatetur Martinus Martinesius medicus celeberrimus, in historia Philosophiæ Scepticæ, & auctor artis cogitandi seu celebris Arnaldus dissert. 2. quod clare videtur in explicatione gratiæ habitualis, virtutum infusarum, specierum Sacramentalium, & aliorum, quæ à Philosophis recentioribus, non tam facile dilucidantur; ideo cum antiquioribus opinor, qui propositam conclusionem tuentur, ut Innocentius III. cap. Cum Marthe de celebrat. Missar. §. Quæsiuisti. & lib. 4. de Altaris mysterio cap. 31. Divus Thomas 3. part. quæst. 74. art. 8. Sanctus Bonaventura in 4. distinct. 11. part. 2. art. 1. quæst. 3. Scotus ibid. quæst. 7. & alii, quos sequitur Catechismus in textu §. 17. jam explicato. Videantur Cardinalis Capisucchius in controversiis Theologicis selectis, controvers. 1. triginta quinque paragraphis, à pag. 1. usque ad 152. Salmanticenses Scholastici tom. 11. tract. 23. disput. 4. dub. 4. §. 1. & sequent. à pag. 619. Ferrer in epitome tom. 4. disput. 3. dub. 2. pag. 355. à num. 731. Billuart tom. 3. tract. de Eucharistia dissertat. 3. art. 4. aliique à Castello citati in 4. distinct. 11. quæst. 2. Oppositum tamen cum recentioribus tenet Antonius Josephus Rodriguez Cisterciensis tom. 3. novi aspectus in prologo prope finem, & in epistola apologetica, paradoxa 4. §. 24. pag. 414. à num. 190. usque ad 205.

22 Alia conclusio: *Christus eisdem verbis panem & vinum Eucharisticum benedixit, & consecravit; nec benedictio alia fuit à consecratione.* Vid. Joannes à Sancto Thoma tom. 1. approbat. Doctrinæ Div. Thomæ disput. 2. art. 2. ad 8. proposit. pag. 166. Capisucchius controvers. 2. pag. 167. Bernardus Maria de Rubéis in dissert. criticis, & apologeticis de gestis, scriptis, & Do-

Doctrina Div. Thom. dissert. 27. art. 3. pag. 269. & Antonius Reginaldus in vindiciis Catechismi, appositis supplemento historiæ Ecclesiasticæ Natalis Alexandri edito Bassani anno 1778. à pag. 137. usque ad 175.

## PRÆLECTIO XI.

### De vera Christi præsentia in Eucharistia,

ad expositionem cap. 4. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini  
à §. 26. ad 30.

1 Quis, nisi experientia doctus, credidisset unquam inveniri posse homines adeo perfidos, ingratos, & impios, ut maximum Christi Domini beneficium eis libentissime præstitum, perfricta fronte negarent? Quis, inquam, sibi fingere potuisset homines immunitate viperas, rabie tigrides, qui dentibus, atque unguibus ubera proscinderent, quæ antea lactabantur? Tales profecto nimis aperte se produnt hæretici omnes veram Christi præsentiam in Eucharistia denegantes; de quibus merito conqueritur Dominus, potiori titulo quam olim per Isaiam dicens: *Filios emutruvi, & exaltavi, ipsi vero spreverunt me (a);* quoniam non spreverunt tantum, sed acuerunt linguas suas tanquam serpentes contra ipsam benefactorem, & arma sumserunt adversus eos, qui pro veritate certabant. Testes sint tot Calvinistæ armati in suos cives, in suum Prin-

Tom. II. T ci-

(a) Isaiæ 1. v. 2.

cipem, in suum Deum, si Deum habent præter diabolum, ut quidam scite dixerunt. Quare jam non eorum, sed ipsius generis humani me pudet, (ut Augustini verbis utar) cujus aures hæc ferre poterunt (a). Sicque adversus hujusmodi monstra erit præsens collectio in nomine Patris, &c.

2. Dei auxilio, Sanctorum ope, vestraque venia, exponendos aggrediar quinque paragraphos capituli 4. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini, à 26. usque ad 30. mihi hesternò die sortibus designatos. Quos ut facilius valeam explicare, orationem in tres partes distribuam. In prima litteram textus breviter proferam. In secunda eam latius enucleabo. In tertia denique disputandam thesim proponam, probabo, tuebor. Utinam optato exitu! Primam itaque partem exordiens, dico sic incipere litteram textus §. 26.: *Tria enim sunt, &c.* Ita vero finire §. 30.: *Et voluntate afficere poterunt.* Paragrapho 1. docet Catechismus tria virtute consecrationis esse in Eucharistia maxime admiranda, & fide credenda. Primum scilicet, in ea idem contineri Christi Corpus ex Virgine natum, & sedens ad dexteram Patris. Secundum, nullam ibi manere substantiam panis, & vini. Tertium ex duobus primis resultans, sola nempe accidentia absque subiecto per se ipsa miraculose subsistere. Aliis quatuor paragraphis probat verum Christi Corpus esse in Eucharistia; tum clarissimis ipsius Christi verbis; *Hoc est corpus meum,* & auctoritate Hilarii; tum Apostoli admonitione dicentis: *Probet autem seipsum homo,* &c. et alibi: *Calix benedictionis,* &c.; tum testimoniis Patrum Ambrosii, Chrysostomi, Augustini, prætermisissis Justino, ac Irenæo; & ad majorem instructionem Pastorum, eos remittit ad Dionysium Hilarium, Hieronymum, Damascenum, aliosque innumeros; tum denique iudicio Ec-

(a) August. epist. 118. ad Dioscorum contra Atomistas.

Ecclesie anathemate ferientis oppositum blasphemantes, ut patet in Berengario à pluribus Synodis, & Summis Pontificibus sæpe confixo, & in aliis posterioribus eandem hæresim renovantibus, à Lateranensi, Florentino, & Tridentino damnatis. Hæc est synopsis litteræ textus, & prima orationis pars.

3. Ad secundam igitur transeamus, ubi fusius exponenda est littera Catechismi, qui ut paulo antea dicebamus, tria docet fide credenda in Eucharistia, in ea videlicet contineri verum Christi Corpus natum ex Maria Virgine; nullam manere substantiam panis, & vini; & sola eorum accidentia per se subsistere absque subiecto. Et quidem si quantum de quaque re, à Catechismo proposita, dici potest, prosequamur, finis operis non erit, ut aliud intendens dixit Quincilianus (a). Quia tamen duo posteriora infra uberius expenduntur §. 37. & 45.; solumque primum ex professo nunc in-textu probatur: ideo de illo specialiter sermonem instituemus, simulque conabimur breviter cum claritate conjungere. Nam si cuncta, quæ de hoc scripta supersunt compilare quis vellet, plura fortassis, & majora posset implere volumina, quam quæ de actis Sanctorum à Bollandianis edita sunt. Nos igitur ex tam multis pauca, sed præcipua, tanquam flores ab amenissimo Paradiso carpemus, ad exornandum facisculum orationis. Antea vero spinas, & tribulos segregabimus, eos assignando erroneos, qui realem Christi præsentiam in Eucharistia nequissime inficiuntur.

4. Primi ergo numerandi sunt Capharnaïta, qui dum judicantes Christi sermonem, dum dixit: *Ecce ego sum panis vivus,* &c., increduli responderunt: *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Quos inter exitisse Judam proditorem, asserunt Hieronymus super Mattheum, & Chrysostomus homilia

(a) Quincilianus lib. Institut. in proœlio.

46. quem affert Bulengerus diatriba, seu exercitatione 3. adversus Casaubonum. Mitto Simonianos, Marcionitas, Manichæos, aliosque phantasiastas, qui veram Christi carnem negabant. Nemo tamen expressius realem Christi præsentiam in Eucharistia denegavit, quam Berengarius Archidiaconus Andegavensis, sæculo 11., dictus propterea à Divo Thoma, hujus hæresis Architectus, quod impium dogma ab Scoto Eri-gena Caroli Magni magistro hæuisse testatur ipsemet Berengarius epistola ad Lanfrancum. Cumque sæpissime damnatus fuerit in pluribus Synodis à Catechismo citatis, & semper rediret ad vomitum, tandem in Romana quadam habita sub Gregorio VII. anno 1079. suos vere adjuravit errores, libros Vulcano tradidit, & post novem annos nonagenarius catholice obiit, Epiphania die, anno 1088. non igitur obstinatus in hæresi migravit è vita, ut volunt hæretici; sed fidelis, & poenitens, cujus tres fidei formulas refert Cl. Mabillonius tom. 1. anal. pag. 115.

5. Post Berengarium, sæculo sequenti exierunt Petrus de Bruis, & Henricus ejus discipulus, eundem ex ore suscitantes errorem, quem adeptarunt insuper Albigenenses, putida Manichæorum insecta, à magno Patriarcha Dominico, alisque viris scientia, & virtute præstantibus exterminata. Sequuti sunt postea Wiclefus, Carolostadius, Zuinglius, Œcolampadius, Bucerus, & alii, qui omnes in Eucharistia solum admittunt figuram, signum, & imaginem corporis Christi; ipsum vero corpus, & sanguinem negant; cum quibus in principio defectionis sentiebat Lutherus, postea vero respuit, si ita loqui fas est. Calvinus autem licet libro de coena dixerit in Eucharistia distribui corpus, & sanguinem Christi, cito convellit quæ statuerat, addens id fieri sola manducantium fide, quod etiam tenet lib. 4. instit. cap. 17. Similiter docent ejus discipuli; adeo ut perditissimus Beza impie diceret Christum non magis

gis in coena, quam in coeno esse, ut refert Illustrissimus Bossuetus (a). Sed, ut clarius videatur petulantia Bezae, advertere placet, cum anno 1556. quamdam fidei confessionem edidisse, qua fatebatur Christum vere, & realiter esse in coena, atque ita sentire Helvetios, & Genevenses; quo callide satagebat ad Calvinismum trahere Lutheranos. Verum isti de victoria plaudere cœperunt illa confessione. Quare Calvinistæ egre tulerunt Bezam falso eis imposuisse fidem quam non habebant. Hic autem ut ipsos solaretur, & facum faceret, tanquam tortuosus coluber ad amphibologiae, seu æquivocationis asilum confugit, dicens se loqui de coena illa quæ fit in Coelo (b).

6. Diaboli ergo regnum, hujus questionis occasione, in seipsum divisum video; Lutheranos inquam, & Calvinistas in extremos hinc inde errores abeuntes, & sempiternum habentes dissidium, quod plusquam ducentis quinquaginta annis nunquam componi potuit pluribus pseudosynodis ad id convocatis. Primi enim cum Luthero negare non audent realem Christi præsentiam in Eucharistia, sed ne in hoc adhuc desinant esse hæreticos, volunt etiam in ea manere substantiam panis & vini. Calvinistæ vero præter panem, & vinum nihil aliud admittunt in Eucharistia Sacramento, nisi signum, & figuram corporis Christi, ut diximus supra. His adhererunt Sociniani. E contrario Ubiquistæ, seu Ubiquitarii, stultissime docent corpus Christi esse ubique. Sic prius delirare coepit Joannes Brentius, cui adstipulati sunt Martinus Kemnitius, Jacobus Schmidelinus, alique complures, qui ex Lutheri schola prodierunt ad confusionem, & ignominiam Novatorum; nam relicta Ecclesie navis, nihil solidum invenire possunt ubi pedem figant. Cum enim nullam aliam agnoscant

(a) Vid. Bossuetus tom. 2. hist. variet. lib. 9. num. 93. pag. mlii 311. (b) Vid. Claudius Sanctesius, Becanus, & alii polemista.

scant fidei regulam, nisi mortuam sacræ paginæ litteram, juxta arbitrium eorum sensum expositam; ideo infinitis erroribus, ac variationibus inundantur, semperque in eis abyssus abyssum invocat. Quod quicumque serio meditetur, vix fieri poterit, ut non exclamet cum Regio Vate Psalm. 92. vers. 4: *Mirabiles elationes maris! mirabiles in altis Dominus!*

7 Verum enim vero, dum Novatores, eorum duces sequentes, invicem digladiantur, stat inter duos latrones crucifixa veritas, ut cum Tertulliano loquar; hoc est inter Lutheri, & Calvinii errores stat inconcussum fidei dogma, quod scilicet post consecrationem panis, & vini, idem Christi corpus natum ex Virgine, ejusque sanguis in passione effusus vere, realiter, & substantialiter continetur in Eucharistia, ut docet in littera Catechismus. Et ratione quidem; nam hæc veritas & Scripturæ auctoritate, & perenni traditione, & Conciliorum decretis, & Pontificum constitutionibus, & unanimi consensu Ecclesiæ, & innumeris testimoniis Patrum, & pluribus theologicis rationibus, & permultis demum miraculis liquet evidentissime. Itaque ex omnibus fere locis Theologicis a doctissimo Cano traditis potest Theologus arma depromere ad vincendos hereticos. In primis igitur probatur hæc veritas apertissimis Christi verbis, quibus hoc Sacramentum instituit dicens: *Hoc est corpus meum, hæc est sanguis meus*, quo amantissime præstitit, quod antea Joannis 6. promisserat inquiring: *Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita*. Idem clare confirmat Apostolus à Catechismo citatus, sic 1. ad Corinth. 10. vers. 16. loquens: *Cæliæ benedictionis, cui benedicimus nomine communicatio sanguinis Christi est, & panis quem frangimus, nomine participatio corporis Domini est?* Quæ quidem verba veram corporis, & sanguinis Christi substantiam evidenter demonstrant. Quare ipse Apostolus cap. sequenti ait: *Probet autem*

tem seipsum homo, &c. quibus clariora non video ad hujus veritatis probationem.

8 Non me latet, hæreticos ad metaphoricum sensum eas flectere auctoritates. Quod sane novum non est, nam ut August. advertit lib. 3. de Doctrina Christiana cap. 10. num. 15: *Illi quorum animus occupavit erroris opinio, quidquid aliud assererat scriptura, figuratum aiunt. Similes videntur, inquit Basilii, homilia 9. in Hexameron, his qui sua somnia interpretantur; ad illud tantum respicientes, quod antea cogitaverunt, & sibi proposuerunt. Cujus rei testem se præbuit Ulricus Zuinglius lib. quem inscripsit de subsidio Eucharistia, referens vidisse in somniis umbram, (non meminisse tamen an atra, vel alba, fuerit) qua edoctus est intelligentiam verborum Christi: *Hoc est corpus meum*, secundum illud Exodi 12. vers. 11. ubi de agno dicitur: *Est enim Phase, id est transitus Domini*. Ibi que verbum est, ait, sumi pro verbo significat. (a) Utrumque quidem falsissime, sicque mentita est iniquitas sibi, & à patre diabolo proverisse non dubitamus; quemadmodum omnes alias hæreticorum expositiones, quarum plusquam ducentas continebat libellus quidam editus anno 1577. ad interpretanda, seu potius depravanda clarissima Redentoris verba: *Hoc est corpus meum. Hæretici enim*, ut verbis utar Irenæi lib. 5. cap. 13. *voguntur tam multa male interpretari, qui unum volunt bene intelligere*. Maxima tamen earum pars Zuinglii sensum reddebat (b)*

9 Quibus autem conspiciis usi sint, qui in prædictis Christi verbis metaphoram invenerunt, ego equidem non intelligo; cum nec Sancti Patres longe perspicacioris ingenii talem unquam repererint, nec in ipsa

(a) Vid. Bossuet. tom. 1. hist. var. lib. 2. num. 27. (b) Vid. Theophil. Raynaud. tom. 1. part. 2. erotemate 1. num. 218. in fine. pag. 366. & Marchantius in horto past. tract. 4. lect. 5. proposit. 3. pag. 459.

ipsa sacra pagina vel per apicem indicetur. Quod secus abs dubio foret si tropice, ac figurate intelligenda essent illa Christi Domini verba; quoniam Christus ipse parabolas explicabat, ut videre est in illa seminis, multisque aliis; & Evangelistæ in rebus minoris momenti, ad tollendum errorem, se invicem solent supplere. Sic, dum Sanctissimus Joseph pater Christi vocatur, ne falleremur, addit alter: *Ut putabatur*. Quando Baptista à Matthæo nuncupatur Elias, hoc Lucas explicat: *In spiritu*. Ubi Christus ait: *carere à fermento Pharisæorum*, Evangelista exponit de hypocrisi. Cum tandem ipsemet Christus inquit: *Solvite templum hoc*; non deest sacer scriptor qui dicat, intelligendum esse de templo corporis Christi. Hic vero Evangelistas habemus concordēs, nec ulla vocula est, qua possint ad mysticum sensum illa testimonia trahi. Quare si Christus non esset realiter in Eucharistia, merito de ipso conquereremur illis Ricardi verbis: *Domine si error est, à te docepti sumus*; (a) atqui nos à Domino decipi dictu est nefas, imò, & cogitatu; dicamus ergo oportet eum realiter nobiscum esse in Eucharistia usque ad consummationem sæculi.

10 Confirmatur amplius hæc catholica veritas isto dilemmate eloquentissimi Contensonii (b): vel Christus Dominus, (qui nascens socium, moriens pretium, regnans præmium se nobis tradidit, ut angelice loquitur Div. Thomas) non potuit convalescere in cœna, vere, & realiter se nobis exhibere in cibum; vel si potuit noluit. Si primum, negant Calviniani omnipotentiam, qua Deus ex nihilo creavit orbem, qua aquam in vinum convertit, qua mirabilia patravit adeo stupenda, quæ omnem superant rationem; vel saltem il-

(a) Ricard. à Sancto Victore lib. 1. de Trinit. cap. 2. (b) Vid. Contenson. tom. 4. lib. 11. part. 2. dissert. 1. cap. 1. spec. 1. pag. 10. & Coucinea tom. 3. lib. 3. dissert. 1. cap. 6. §. 1. num. 7. pag. 162.

illam coercent, restringunt, & metas, quas prætergredi nequeat, eidem præfigunt; quod manifesta dementia est, ut ipse Calvinus aliquando fatetur. Si concedunt hoc infinitum amoris pignus potuisse quidem Christum nobis donare, at id præstare noluisse. Rursus ab illis percontamur; unde colligunt noluisse Christum immensum corporis sui donum nobis exhibere? qua ratione id probant? quibus argumentis id evincunt? Nos contra illos urgemus: Si re ipsa Christus voluisset corpus suum sacratissimum præbere, verba ne lulentiora, aut clariora iis, quibus usus est, adhibere potuisset, ut voluntatem suam, qua donum nobis exhibuit exprimeret? An ne enucleatius Trinitatem adversus Arianos, Incarnationem contra Marcionem, Nestorium, Eutychem, Socinum, & alios expressit, quam reale præsentiam adversus Calvinistarum blasphæma deliria?

11 Quid clarius dicere adversus primos potuit? *Ego & pater unum sumus: Verbum caro factum est*. Quid lulentius contra istos? *Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus; caro mea vere est cibus, sanguis meus vere est potus*. Dicant Calviniani: decrant ne Arianis, Nestorianisque Scripturarum testimonia, quibus & sibi, & aliis fucum facerent, ut Trinitatis, & Incarnationis impossibilitatem suadere conarentur? Quadraginta Scripturæ loca produxit Arius ad suam hæresim incrustandam (a). In medium prodeant Calviniani omnes, unumque textum proferant æque in speciem suis arbitrariis commentis faventem, ac istum, quem Ariani obrudebant: *Rogo pater, ut unum sint, sicut & nos unum sumus*: unde colligebant inter Patrem, & Filium talem voluntatum consensionem esse, qualem discipulos inter se habere Christus Patrem rogavit; inclamabant: *Pater major me est*. Opponent, si possunt, speciosum Tom. II. V ali-

(a) Vid. Hoius opus. de expressæ Dei verbo fol. 31. col. 2. edit. 1562.



aliquem textum illi similem, quem inculcabant Incarnationis hostes: *In similitudinem hominis factus, & habitu inventus ut homo.*

12 Exerant Calviniani omnes acuminis vires, & eruditionis sacra arcana reserent, ut adversus Arianos, Nestorianos, Eutychanos evincant divina testimonia, quibus ostendimus Trinitatem, & Incarnationem in sensu obvio, & secundum verborum proprietatem accipienda, semel admissa, quod divina verba, que juxta obvium sensum significant veram, realem, & substantialem præsentiam corporis Christi in Eucharistia, ad sensum mysticum, figuratumque inflecti valeant. Aliquam ne disparitatem, exceptionemque dabunt Calviniani? Minime gentium. Hic obiter advertere non à meo instituto alienum puto, quod cum Calvinus Servetum hæresis accusavit, & ejus hæresis causa extiterit, injustum se prodidit accusatorem, licet enim ille esset ignis prena dignissimus, talis tamen à Calvino haberi non poterat, tum quia ipse pessime de Trinitate scripserat (a); tum etiam maxime, quia non alia dabat effugia, & interpretamenta Scripturæ, ad negandam realem Christi præsentiam in Sacramento altaris, ab illis quibus Servetus inficiabatur Trinitatis mysterium; quare multo melius eodem rogo utriusque libris accenso fuissent ambo consumiti.

13 Traditione quoque probatur hæc veritas, quam à Christo accepere Apostoli, & aliis tradiderunt; ut testatur Paulus 1. ad Corinth. 11. Hujus traditionis testes lucuberrimi sunt Sancti Patres Apostolorum discipuli, & qui sequuti sunt postea, ut Dionysius, Ignatius Martyr, Justinus, Irenæus, Tertullianus, alique innumeri, quorum testimonia, si huc adducenda forent, non locis, & testibus, sed volumini-  
bus

(a) Vid. Emmanuel Navarrus tract. de Trinitat. in propædia §. 2. n. 83. pagina 71.

bus Calvinianos obrueremus. Paucis igitur à Catechismo citatis contenti erimus. Ambrosius lib. de iniani- dis cap. 9. ait verum Christi corpus in hoc Sacramento sumi, sicut ex Virgine corpus est; & lib. 4. de Sacramento cap. 4. inquit: *Ubi accesserit consecratio, de pane, sit caro Christi.* Similia tenet Chrysostomus hom. 60. & 61. ad Antiochenos, & homil. 44. & 45. in Joannem (a). Magnus quoque Augustinus, quem Catechismus justissime vocat acerrimum Catholicæ fidei propugnatorem, & Calvinus ipse, antiquitatum Ecclesiæ sincerum depositarium, pluribus in locis idem ostendit, præsertim enarratione prima super Psalm. 33. n. 10. ubi sic loquitur: *Portare se in manibus suis homini impossibile est, solique Christo convenire potest. Ferebatur enim ille in manibus suis quando comedens ipsum corpus suum ait: Hoc est corpus meum.*

14 Cyrillus Alexandrinus, nedum anathematismo 11. contra Theodoretum calumniam, sed longe apertius lib. 4. in Joannem cap. 2. exponens versum 51. cap. 6. Joannis, Catholica Ecclesiæ fidem tradidit, & omnia Calvinistarum figurativa effugia præoccupavit his verbis: *Sæpe Salvator eundem sermonem Judæis inculcans varie proponit, modo quidem ænigmatice, & obscuritate multa involutum, modo, rejecta tunicâ, nudum, & apertum; ut nisi crederint, condemnationem non eflugiant, sed mali male pereant, in suam ipsi perniciem gladium stringentes. Nihil igitur occultans demum Christus ait: Ego sum panis vivus, qui de Cælo descendit. Illud manna typus erat, inquit, & umbra, & imago. Audite pãlam nunc, & aperte: Ego sum panis vivus; si quis*  
V 2  
,, man-

(a) Vid. Michael Asperus Giacomellius in Italæ versione librorum Divi Chrysostomi de Sacramento cum notis edit. Romæ anno 1769. ubi libro 6. capite 4. nota 27. pagina 340. & sequentibus Sanctum Doctorem vindicat ab imposturis Bengelii.

„manducaverit ex hoc pane vivet in aeternum. Qui  
 „ex illo manducaverunt, mortui sunt, non erat enim  
 „vivificus; qui autem manducat hunc panem, id est  
 „me, sive carnem meam, vivet in aeternum.“ Ha-  
 ctenus ille. Quibus clare videtur quam vere dixerit Ca-  
 techismus, Cyrilli verba nullis posse fallacibus, &  
 captiosis interpretationibus obscurari. Immensus pro-  
 fecto sim, si alia Patrum suffragia congeram, cum  
 nemo illorum unus fuerit, qui ubi se dedit occasio,  
 in eandem sententiam velis, remisque non venerit.  
 Videantur Dionysius, Hilarius, Hieronymus, Dama-  
 scenus, & alii, quorum plura testimonia facile in-  
 venientur in Breviario Romano, tota octava corporis  
 Christi, quae non parum juvabunt ad instructionem  
 fidelium.

15 Quod Patres prius adducti fuerint, quam Ecce-  
 siae Synodi parum refert, id enim fecimus cum Catechi-  
 smo, ut filium traditionis ab ovo, ut ajunt, facilius  
 duceremus. Nunc igitur quaedam Concilia dabimus,  
 quibus idem dogma firmatur. Nicænum generale pri-  
 mum can. 14. & juxta versionem Dionysii can. 18.  
 mandat ut iis qui non offerunt, Sacerdotes dent cor-  
 pus Christi. Ephesinum secundum in epist. ad Nesto-  
 rium exponit illa verba: *Nisi manducaveritis, & bi-  
 beritis*, &c., de perceptione corporis, & sanguinis  
 Domini. Nicænum secundum actione 6. hoc ipsum præ-  
 stat. Enatae etiam Berengariana haeresi restiterunt sta-  
 tim sacra Concilia in Catechismo citata, ut Vercellen-  
 se sub Leone IX. Turonense sub Victore II. Romanum  
 unum sub Nicolao II. Romanum aliud sub Gregorio  
 VII. in quibus Berengarius haeresim denuo abjuravit,  
 ut diximus supra. Eandem veritatem postea confir-  
 maverunt Lateranense quartum sub Innocentio III. Viennense  
 sub Clemente V. Constantiense sub Martino V.  
 Florentinum sub Eugenio IV. & Tridentinum sub Ju-  
 lio III. sess. 13. cap. 1. quorum decreta referre non

est

est necesse. Ab aliis locis theologicis adducendis ab-  
 stineo, quia brevis temporis non permittit, & facile  
 videri poterunt apud Auctores super quartum senten-  
 tiarum dist. 10. & Divum Thomam 3. part. quastio-  
 ne 75. art. 1. Consulatur etiam Bellarminus, Gonet-  
 us, Contensonus, Tournely, Boucat, Ledruin, Ber-  
 ti, &c. Et hæc pro secunda orationis parte sint  
 satis.

16 Ad tertiam ergo partem deveniamus, in qua  
 probanda, & defendenda est hæc conclusio: *Christus  
 Dominus est vere, ac realiter praesens in Eucharistia  
 per transubstantiationem, qua tota substantia panis,  
 & vini convertitur in illius corpus, & sanguinem, ma-  
 nentibus solis speciebus, seu accidentibus sine subjecto  
 substantiali.* Hæc conclusio comprehendit tres partes à  
 Catechismo traditas. Prima est existentia realis Chri-  
 sti in Eucharistia. Secunda transubstantiatio panis, &  
 vini in corpus, & sanguinem Domini. Tertia per-  
 mansio specierum, seu accidentium. Primum jam af-  
 fatum probatum est. Secundum, & tertium nunc pro-  
 babitur breviter. Videatur praelectio sequens, præci-  
 pue à num. 9.

PRÆ

## PRÆLECTIO XII.

## De Transubstantiatione panis, &amp; vini in Corpus, &amp; Sanguinem Christi,

ad expositionem cap. 4. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini, à §. 37. usque ad 45.

**F**aceret me absdubio prospera fortuna felicem, si ad uberrimum, quod mihi heri contulit punctum, ex §. 37 usque ad 45. capituli 4. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini, nunc pro dignitate tractandum, vires desuper largiretur. Eam propterea simplex exoro, non fictam, cœcæque Deam à cœcis Ethnicis cultam; sed veram, atque videntem, à Catholicis sano sensu acceptam, quæ sua providentia omnia disponit suaviter, sua potentia cuncta regit utiliter, sua sapientia universa dirigit mirabiliter; Deum scilicet unum, & trinum demisse precor, ut mentem meam illustret, dirigat, roborat Pater, &c.

2 In adjutorio Altissimi, in protectione Sanctorum, & in benignitate vestra confissus, doctissimi Synodales Judices, punctum sortibus designatum elucidabo; pro cujus clariori methodo hanc orationem in tres partes distribuam. Prima dabo synopsis litteræ textus. Secunda ipsam fusius commentabor. Tertia denique, nondum elapso tempore, thesim disputationi exponam, expositam probabo, probatamque defendam. Utinam voti compos efficiar!

Ad

Ad

3 Ad primam igitur orationis partem accedens, sic inquam, incipere litteram textus §. 37. *Nunc quod alterum erat propositum, &c.* Ita vero finire §. 45. *Nullam residere in Eucharistia panis, aut vini substantiam.* His novem paragraphis asserit Catechismus, substantiam panis, & vini per consecrationem converti in corpus, & sanguinem Christi, aliter ipse non foret in Eucharistia, cum ibi esse nequeat, nisi vel loci mutatione, vel creatione, vel conversione alicujus in ipsum; quorum duo priora non fiunt: sicque tertium oportet ut fateamur cum Lateranensi, Florentino, & Tridentino, post Ecclesie Patres, & Sacras litteras; quibus edocemur panis, ac vini mutationem substantialem in corpus, & sanguinem Domini, quam propterea transubstantiationem dicimus. Nec obstat Eucharistiam aliquando vocari panem, & vinam; hoc enim intelligitur ratione specierum materia precedentis, quibus adhuc inest virtus alendi, ac nutriendi. Quod variis exemplis ex Scriptura depromptis faculentissime confirmatur. Deinde explicat Catechismus quomodo fiat mirabilis illa conversio, dicens, totam panis, & vini substantiam virtute divina in corpus, & sanguinem Christi absque ulla istius mutatione converti. Idque verbis Ambrosii, Augustini, ac Damasceni sapienter illustrat; addens conversionem illam merito transubstantiationem vocari, quæ sola fide, absque curiosa indagine credenda est; quoniam & modus conversionis, & modus existendi corporis Christi in quavis minima parte, & modus permanendi specierum Sacramentalium sine subjecto substantiali, humanum captum excedunt. En litteræ argumentum, & primam orationis partem.

4 Ad secundam ergo ingrediamur, in qua superius delibata latiore discussionem exposcunt. Ne autem tum multitudine, tum magnitudine questionum confunderemur, tres præcipuas tantum selegimus, & in

hac

hac unica thesi velut Hiadem in nuce inclusimus: *Christus est vere præsens in Eucharistia per transubstantiationem, quæ tota substantia panis & vini virtute consecrationis convertitur in illius corpus, & sanguinem, manentibus solis speciebus sine subjecto substantiali.* Trimenbris est ista thesis, quæ veram Christi præsentiam in Eucharistia contra Calvinum; transubstantiationem panis, & vini contra Lutherum; ac existentiam accidentium sine substantia contra recentiores philosophos continet. In cujus probatione simul pro viribus textus litterarum exponemus, & adversarios impugnabimus, sicut illi 2. Esdræ 4. vers. 17. una manu ædificantes, altera tenentes gladium. Quia tamen prima thesis pars jam abunde probata manet antecedentibus Catechismi paragraphis; ideo ab illa brevius expediemur.

5. Quare omittimus perspicuas veteris Testamenti figuras, ut oblationem Melchisedech, Sacrificium expiationis, agnum Paschalem, manna Hebræis cœlitus datum, & alia; quæ omnia Christum in Eucharistia re vera futurum significabant; aliter nihil speciale foret in hoc Sacramento, quo antecelleret illa. Clariora veniant novi Fœderis testimonia, & in primis ipsa metum Christi verba, quibus accepto pane, ac vino dixit: *Hoc est corpus meum; hic est sanguis meus novi testamenti.* Et alibi: *Panis, quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.* Ideoque monet Apostolus, ut prius probet se ipsum homo, non manducans, & bibens indigne, iudicium sibi manducet, & bibat, non dijudicans corpus Domini. Tam aperta Christi Domini verba ad tropos, & figuras detorqueant Sacramentarii, quod hæreticis omnibus solemne fuit, ut asserit Augustinus lib. 3. de doct. christ. cap. 10.

Sed

6. Sed dicant, amabo, hæretici, Calviniani præsertim: quæ verba clariora, expressiora, selectiora adhibere potuit Christus, quam quæ adhibuit dicens: *Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus?* Tunc etenim Sacramentum instituit, tunc novum testamentum condidit, tunc sine parabolis loquebatur, ea utique claritate, quam res tanti ponderis exigebat. Et sane, ubinam tam aperte traditur in sacris litteris Trinitas Personarum in unitate nature? Ubinam legitur tam manifeste duplex Christi natura in unitate Personæ? Ubinam alia plura, quæ à Calvinistis non denegantur? Ut aliquod discrimen adhibeant, & sibi constare videantur hæretici, recurrunt miseri ad repugnantiam, seu maximam hujus mysterii difficultatem, dicentes cum Capharnaitis: *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Quasi vero fides nostræ mysteria humana ratione possiat, aut debeant ponderari; quasi non eandem difficultatem habeant mysterium Trinitatis, Incarnationis, & alia; quasi miracula, quæ Deus olim est operatus, non sufficiant ad captivandum intellectum in obsequium ejus, apud quem non est impossibile omne verbum; quasi rationem dare possint adversarii conversionis serpentis in virgam, aquæ in sanguinem, mulieris in statuam salis, & aliorum quæ scriptura commemorat.

7. At, quid hæreticos provocamus ut supernaturalia explicent? Descendant ad inferiora, & nobis pandant acutissimi homines, quomodo Sol emittat radios; quomodo anima uniat corpori; quomodo sentiat, intelligat, velit; quomodo fiat fluxus, & refluxus maris; quomodo arbor crescat in sylva, lilium in agro, cepe in horto; semen in utero, quod vel Galenum ipsum in admirationem rapuit (a).

Tom. II.

X

næ

(a) Vid. Galenus lib. 19. de usu partium cap. 4. & apud Goulin tom. 2. philosoph. part. 1. disput. 2. quest. 5. art. 4. §. 1. pag. 170. Similiter Cægliantia in embryologia sacra lib. 1. cap. 5. num. 4. & sequent.

næ mentis angustiis non comprehendî miraculorum à Deo factorum maximum. Concludamus igitur cum Matthæo cap. 19. *Apud homines hoc impossibile est, apud Deum omnia possibilia sunt.* Cum Augustino epist. 37. alias 3. ad Volusianum: *Dandum Deo aliquid posse, quod fateamur nos investigare non posse.* Cum Aquinate opusculo aureo 57. quod dulci modulatione canit Ecclesia in festo corporis Christi: *Quod non capis, quod non vides, animosa firmat fides præter rerum ordinem.* Cum Catechismo in fine §. 43. adducente illud Angeli Luca 1. vers. 37. *Non erit impossibile apud Deum omne verbum.* Cum ipso tandem Calvino lib. 4. Instit. cap. 17. num. 10. scribente: *Quod ergo mens nostra non comprehendit, concipiat fides.* Quæ quidem verba ejus fidei non conformantur, sed parum refert.

8 Dicent autem Calviniani, nos nedum incomprehensibile credere, verum etiam repugnans. Sed quomodo istud probant? Cum plures ex ipsis id ipsum possibile fateantur, ut Forbesius, Petrus Molinæus, Dallæus, & alii, qui cum Lutheranis convenire non renuunt. Quod etiam ex Synodo nationali Charentoniana anno 1637. celebrata evidentissime constat; ibi enim solemnî decreto sanciverunt pacem, & fœdus cum Lutheranis, nihilque repugnans in eorum Eucharistico dogmate invenerunt, teste Illustrissimo Bossueto (a). At quicquid dicant hæretici, causa cadant, nosque semper viriliter propugnabimus veram Christi præsentiam in Eucharistia, non solum ut possibilem, sed etiam ut existentem. Quod præter hætenus dicta confirmant alia multa, quæ brevitatis temporis adducere prohibet. Si autem ipsi ad id credendum, Judæorum more, volunt à Cœlo signum videre, quavis fortasse si-

(a) Vid. Berti tom. 4. lib. 33. cap. 9. in fine. Cartier tom. 1. tract. 3. de Ecclesia cap. 2. §. 1. coucl. 2. num. 57. pag. 31. alii.

signum non dabitur eis, tamen data sunt plurima, quæ videri possunt apud Cl. Berti lib. 33. de Theologicis disciplinis cap. 8. momento 6. aliosque Ecclesiasticos Scriptores à critica non abhorrentes.

9 Secunda pars conclusionis tenet, nullam in Eucharistia remanere substantiam panis, & vini, qua rejiciendi veniunt impanatores dicentes Verbum Divinum uniri pani, & vino, sicut unum est humanæ naturæ; & consubstantiatores asserentes simul cum corpore Christi manere substantiam panis. Quorum errores sic breviter exhibilamus. Dum Christus accepit panem, non dixit; *in hoc, cum hoc, aut sub hoc pane est corpus meum;* sed *hoc est corpus meum,* & similiter de vino; atqui hæc verba denotant integram conversionem substantiæ panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi, ut docent sacræ Synodi, Lateranensis, Florentina, & Tridentina in textu adductæ; ac insuper probatur, quia verba Christi efficiebant quod enuntiabant. Unde non tuta est quorundam veterum Scholasticorum sententia æstimantium futuram veram consecrationis formam, etiamsi panis substantia maneat; & si la Ecclesiæ auctoritate de fide transubstantiationis constare. Nam transubstantiationem colligi ex verbis Christi Domini, Sacrum Tridentinum Concilium cum totius Ecclesiæ sensu sapientissime declaravit sess. 13. cap. 4. & Catechismus in præsentî §. 38.

10 Nec dici valet illa Christi verba vera etiam intelligi posse, licet simul cum ejus carne, & sanguine esset substantia panis, & vini, sicut ostendendo crumenam in qua est aureus, & dolium in quo est vinum, vere dicitur: *En aureum, ecce vinum.* Non, inquam, valet, quia modus iste loquendi solum admittitur quando continens ex natura sua, vel usu determinatur ad continendum illud quod assignatur, ut patet exemplis adductis; secus vero si res aliter habeatur. Quare si quis intra panem absconderet aureum, insulse diceret:

*hoc est aurum.* Cum ergo substantia panis neque ex natura sua, neque ex usu sit apta ad continendum corpus Christi, nam istud est miraculum grande; non potest illa propositio enunciari, manente substantia panis. Ex illis igitur Christi verbis colligitur panis, & vini substantiam non remanere in Eucharistia, sed converti in corpus & sanguinem Christi; alias Christus non esset ibi, cum nec loci mutatio, neque creatio interveniat, sed sola panis, & vini conversio in corpus, & sanguinem Domini, ut ait Catechismus in textu, & fusiis probant Div. Thomas 3. part. quæst. 75. art. 2. Sanct. Bonavent. in 4. dist. 11. part. 1. art. 1. quæst. 1. aliique plures Theologi tum scholastici, tum dogmatici, tum polemici, propugnantes Christum existere in Eucharistia, non impanatione, non consubstantiatione, sed transubstantiatione panis, & vini in ejus corpus, & sanguinem.

Modo probanda est ultima pars asserti superius assignati, solum nempe manere in Eucharistia species panis, & vini, intelligendo per illas accidentia proprie dicta. Contra Cartesium, Gassendum, Callium, aliosque recentiores negantes accidentia distincta penitus à substantia, atque dicentes, ea quæ videntur in Eucharistia nihil esse aliud quam impressiones panis, & vini relictas in aère circumvolante. Doctissimus Maignanus, ejusque discipulus eruditissimus Sanguensis Ordianus Minorum aliter philosophantur, dicendo species Sacramentales esse meras representationes miraculose factas, quibus Deus objicit sensibus quæ objiciebat panis, & vinum ante consecrationem; sicut dum puer apparet in hostia, juxta explicationem Div. Thomæ 3. part. quæst. 76. art. 8. Nobis autem hæc omnia displicent, maxime primum, quod Cartesiani obtrudunt. Nam juxta Cartesium, in Eucharistia solum manet superficies illa panis, & vini, quæ erat inter singulas particulas ante consecrationem; atqui hoc non suff-

sufficit ad asserendum manere species panis, & vini, ut docent Concilia, præcipue Tridentinum; nam dato unumquodque corpus imprimere imaginem sui, tanquam sigillum in aère sibi circumstanti, quod vult Cartesius, tamen aër ille nihil corporis retinet nisi imaginem, quæ non sufficit ut dicatur ibi manere aliquid corporis, sicut hominis imago picta nihil ex illo continet.

12 Præterea: species illæ aëreæ, quæ ambiebant panem, & vinum ante consecrationem erant impenetratæ, ut fatetur Cartesius: ergo conversa substantia panis in corpus Christi, vel remanet locus vacuus, vel illum occupat aliud corpus. Non primum, cum Cartesius adeo stet contra vacuum, ut nec divinitus dari posse affirmet. Non secundum; nam illud corpus nequit esse corpus Christi, quod ibi est inextensum, nec aliud fingi debet absque necessitate, & fundamento. Si igitur corpus Christi divinitus existit in Eucharistia sine accidentibus coloris, magnitudinis, aut parvitatibus, sed modo quodam spiritali, ut ait Catechismus hie §. 44. quidni è contrario possint accidentia panis, & vini existere sine substantia? Si Deus potuit separare calorem ab igne in fornace Babylonis, & subsistentiam, seu personam creatam ab humanitate Christi; qui separare non possit quantitatem, & alia accidentia à substantia panis, & vini? Hic hærent adversarii, & cum loqui nesciunt, tacere non possunt, ut ad aliud dicebat Hieronymus in cap. 4. Ezechiels. Cordatores tamen ex eo sibi subsidium petere nituntur, quod mysterium istud cogitatione nequeat comprehendi. Nos vero idem quoque fatemur, sed addimus, nedum non comprehendendi, sed ne cum systemate quidem Atomistarum componi ullo pacto posse.

13 Præbatur nunc contra Maignanistas, & alios: juxta Tridentinum sess. 13. can. 2. post consecrationem manet species panis, & vini; sed hæc non sunt meræ representationes phantasticæ, & apparentes divinitus

objecta sensibus, cum ipsamet sint quae erant ante consecrationem. Sic igitur antea erant verae, ut nemo ambigit, tales profecto manent etiam postea, uti evincitur quoque testimonio sensuum, quod in omnibus magni faciunt Maignanista, & alii. Respondebunt fortasse, sensibus hic non credi, quia falluntur proponendo intellectui substantiam panis, & vini in Eucharistia, quod verum non est. Sed contra: sensus non curant de substantiis rerum, hoc enim proprium est intellectus, qui licet sensuum ministerio uti soleat, non solis ipsorum perceptionibus nititur, dum fides, aut ratio adest ad iudicandum oppositum. Sic nec baculum in aqua curvum, nec stellas in Caelo parvas, nec panem in Eucharistiae Sacramento agnoscit, quamvis talia ab oculis proponantur. Quin recurrendum sit ad credenda nova, & inaudita miracula, exemplo pueri divinitus apparentis in hostia. Nam apparitio ista est prodigium magnum, admodum rarum ad manifestandam veram Christi praesentiam in Eucharistia; apparitio vero specierum nec tanquam prodigiosa habetur, nec insolita est, sed frequens, & naturalis, nec deserviret nisi ad falsum, ad indicandum scilicet panem, & vinum manere in Eucharistia, vel hoc Sacramentum non esse permanens, cum transiret transacta actione sensuum illas species attingentium: sicque hostia in pyxide, aut in sacrario clausa non foret adoranda. Esset denique, ut alia plura omittam, novas rerum corporearum creationes in dies fieri, dum ex speciebus illis vermes efficiuntur.

14 Impugnantur denique recentiores Philosophi alia ratione: si species illae non essent accidentia absoluta, maxime quia non dantur huiusmodi accidentia; atqui hoc opponitur decreto sacrae Congregationis Indicis, quae die 4. Martii anno 1709. damnavit systema gratiae philosophico Theologicum, in quo omnis vera gratia tum actualis, tum habitualis explicatur, quoad sui physicam en-

entitatem, absque recursum ad illas formas accidentales Aristotelicas; ut referunt Cl. Michael à Sancto Josepho tom. 3. Bibliographiae criticae verbo, Joannes Baptista Berni. pag. 9. & doctissimus Amort tom. 2. Theologiae ecclesiae disputatione de accidentibus Eucharisticis pag. 90. post objectionem quartam. Scio nobiliores Theologos cum Iustrisimo Cano lib. 7. de locis cap. 2. prope finem, fateri non esse fide certum gratiam esse accidens in sensu Aristotelico (a). Sed nunquid damnari nequeunt nisi quae sunt contra fidem? Nos minime dicimus recentiores philosophos esse haereticos ex quo negent accidentia peripatetica, quidquid dicat Theophilus Raynaudus (b); falsam tamen putamus eorum opinionem, quia vix, ac ne vix quidem cum illa explicari valent plurima Theologicae quaestiones. Quare ad Theologiam parum, aut nihil conducit recentior philosophia, ut ingenue fateatur doctus ejus professor, celebrisque Medicus Martinus Martinez in historia philosophiae sceptica; plurimum vero Aristotelica; ut ait auctor artis cogitandi, seu famosus Arnauld dissert. 2. atque Leibnitijs (c). Quod amplius confirmavit doctissimus Joannis Naxera Ordinis Minorum, qui cum Aristotelicorum castra deseruisset, factisque ipsorum hostis acerrimus anno 20. hujus saeculi, Magnanimum redivivum vulgasset; re postea perpensa melius, publicam palinodiam sponte cecinit anno 1737. editam. At ne in his diutius immoremur, recentiores tandem philosophos nobis oppositos amice rogamus, quemadmodum Div. Basilij homil. 3. in hexameron num. 3. Graecorum sapientes rogabat, ut ne prius nos irrideant, quam inter se convenerint.

15 Contra hucusque dicta plurima obijci possunt

(a) Vid. Perrimezzi part. 6. dissert. 319. & Amort. tom. 2. dispu. 3. quest. 7. ad argumenta pag. 96. (b) Vid. Theophilus Raynaudus tom. 6. in exuviis panis, & vini sect. 2. punct. 7. pag. 454. (c) Vid. Ferrarii tom. 1. philosoph. pag. 34. & Roselli tom. 2. pag. 141. & tom. 4. pag. 184. in nota eruditissima.

apud auctores videnda. Tria nunc occurrentia, fortasse non obvia, placet opponere, ut eorum solutione nostra magis firmetur asserta. Sic igitur impugnatur primum à nobis traditum: Christus nec est, nec esse potest ubique, ut adversus Ubiquitarios, seu Ubiquistas asserimus; ergo neque in Eucharistia. Si enim in ea per consecrationem existeret Christi corpus, sine ipsa posset divinitus ubique existere. Nam teste Div. Thoma 1. part. quest. 105. art. 2. *Erroneum est dicere Deum non posse facere per seipsum omnes determinatos effectus, qui fiunt per quancunque causam creatam.* Ergo sine consecratione poni posset Christi corpus ubicumque per consecrationem ponitur, ac etiam in omnibus aliis locis. Quid si Deus facere potest, cur non credimus id fecisse, & communicasse corpori Filii sui attributum immensitatis, ut impletet omnia, juxta phrasim Apostoli? Respondetur, ex quo Christi corpus vere sit in Eucharistia, ut fides docet, minime sequi posse ubique existere, nec circumscriptive, ut schola loquitur, quia repugnat enti creato, (a) nec sacramentaliter, quoniam adversatur ordinationi divina, dedecet Christum esse quodcumque, & homines in omnibus falli. Imo in hac hypothese non essent homines ab ipso Christo distincti, sicut panis post consecrationem, quod quam absurdum sit, quis non videt?

16 Arguitur contra secundam partem. Si corpus Christi esset in Eucharistia per transubstantiationem, maxime quia ipse sumentis panem, & vinum dixit: *Hoc est corpus meum, &c.*; sed hoc non probat, quia etiam in cruce dixit matri suæ, loquendo de Joanne: *Ecce filius tuus*, & tamen Joannes in Christum non est conversus. Respondetur inutilissimam esse hanc paritatem, & nec centum jugis boum, ( ut Cajetani ver-

(a) Vid. Salmanticenses Scholasticæ tom. 11. tract. 23. disput. 6. dub. 8. §. 1. pag. 759. & sequentibus.

bis utar) posse huc applicari. Ex circumstantiis enim, & modo loquendi Christi clarissime patet discrimen: quoniam verba è cruce Virgini dicta nihil aliud significant, juxta communem loquendi morem, quam respice hunc discipulum meum dilectum, tanquam filium tuum, adopta illum, & esto ei loco matris. Similiter dixit Joanni: *Ecce mater tua*, quasi diceret: accipe illam ut matrem tuam. *Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua*, Joannis 19. vers. 27.; quin fuerit conversio personæ Joannis in Christum, ut perperam cogitavit Bonetus Erroza, vel Franciscus Mayronus etiam Belga. Quem errorem refutarunt Dominicus de Dominicis Dominicanus, ni fallor (a), ac Nicolaus Eymericus (b). Et quidem si vera foret stultissima sententia Horatii Plata dicentis mulieres carere anima rationali (c), facilius diceretur Beatam Virginem conversam esse in matrem filiorum Zebedæi; tunc enim anima rationalis non faceretur. Sed de hoc absurdo nimis.

17 Arguitur ultimo contra tertiam partem conclusionis. Implicat substantiam panis, & vini converti in corpus, & sanguinem Christi, manentibus accidentibus Aristotelicis: ergo species illæ, quæ in Eucharistia percipiuntur, non sunt nisi apparitiones à Deo immixtæ sensibus, aut alia nobis ignota. Probatur antecedens: implicat Christum in nuptiis Galilææ convertisse aquam in vinum, manentibus omnibus accidentibus aquæ; si enim hoc fieri posset, nulla quoque esset repugnantia ignem converti in aquam, manentibus qualitatibus ignis, & similiter de aliis; atqui hæc absurdum est.

Tom. II.

Y

sur-

(a) Vid. Michael à Sancto Josepho in Bibliograph. critica tom. 2. pag. 800. col. 2. verbo *Dominicus de Dominicis*. Hic tamen videtur alios à Dominicanis, cujus meminit Eminentissimus Lambertini lib. 2. de Beatificat. cap. 30. num. 9. (b) Vid. Jacobus Echard. tom. 1. Scripturam Ord. Præd. in vita Nicolai Eymerici num. 26. ejus operum pag. 712. (c) Vid. tom. 1. Prælect. 26. num. 12. in fine.



surda sunt maxima, quæ in recentiorum systemate devitantur. Respondetur hoc argumentum nimis probare, cum probet etiam corpus Christi non posse existere sacramentaliter, quia extensio localis, color, & alia hujusmodi non minus requiri videntur ad corpus humanum, quam qualitates aquæ ad aquam. In forma igitur distinguimus ultimum: implicat aquam converti in vinum manentibus, &c. conversione integra in vinum naturaliter exiturum, & sensibus percipiendum, ut accidit in nuptiis Galilææ ad ostensionem miraculi, & convivarum commodum, conceditur; aliter, ut evenit in Eucharistia, negatur; & clarius explicatur advertendo conversionem unius in aliud aliquando esse totalem, ut ita dicam, ac perceptibilem, sicut conversio terræ in corpus Adæ, uxoris Lot in statuam salis, &c.; et substantialem tantum, manentibus speciebus substantiæ præcedentis, ut fides locam habeat; sicque fit in Eucharistia. Hæc pro secunda orationis parte.

18. Tertiam igitur claudimus hac propositione: *Transubstantiatio est actio proprie dicta, & mutatio dexteræ excelsi, per quam corpus Christi vere producitur, non quidem absolute, & simpliciter, sed speciali modo, nimirum ex substantia panis in ipsum Christi corpus conversa.* Ad cujus probationem videri possunt interpretes Divi Thomæ 3. part. quest. 75. art. 4. & Magistri in 4. dist. 11. Gonetus, Contensopus, Salmanticenses Scholastici, alique complures. Audiatur nunc Damascenus lib. 4. de fide cap. 14. sic elegantissime loquens: „Si dixit Deus: fiat lux, & facta est lux, fiat firmamentum, & factum est; si verbo „Domini Coeli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum; si Coelum, & terra, aqua item, & ignis, & aer, & omnis eorum ornatus Domini verbo completum, & absolutum est, atque etiam „hoc nobilissimum animal, quod homo nuncupatur; „si

„si ipsemet Deus Verbum, posteaquam ita voluit „ipsius tulit, homo factus est, atque ex puris, & „immaculatis Sanctæ, & semper Virginis sanguinibus „carnem sibi ipsi sine semine condidit; quid tandem „afferri potest, quin ex pane corpus suum, ex vino „& aqua sanguinem suum efficere queat? „Hactenus ille. Similiter Divus Ambrosius, alique videndi in Breviario per Octavam Corporis Christi.

## PRÆLECTIO XIII.

### De triplici modo sumendi Eucharistiam,

ad expositionem cap. 4. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini,  
à §. 55. ad 58.

1. Felices quidem primi Parentes dum in Paradiso vesci poterant fructu arboris vite! Felices etiam filii Israël dum in deserto manna è Cælo delapso divinitus aiebantur! Sed multo feliciores sumus fideles, dum pretiosissimum Christi corpus, & sanguinem sumimus in Eucharistiæ Sacramento. Verum, quia ex modo manducandi cœlestem hanc dapem dependet vita, vel interitus animæ; quoniam, teste Angelico Præceptore, imo ipsa Ecclesia teste, *mors est malis, vita bonis*: ideo de illo tractabimus in præsentibus, ad expositionem capitis 4. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini, à §. scilicet 55. usque ad 58. Ne autem aliquis error ierepat, auxilium suppliciter imploremus Sanctissimæ Trinitatis, Patris nimirum, &c.

surda sunt maxima, quæ in recentiorum systemate devitantur. Respondetur hoc argumentum nimis probare, cum probet etiam corpus Christi non posse existere sacramentaliter, quia extensio localis, color, & alia hujusmodi non minus requiri videntur ad corpus humanum, quam qualitates aquæ ad aquam. In forma igitur distinguimus ultimum: implicat aquam converti in vinum manentibus, &c. conversione integra in vinum naturaliter exiturum, & sensibus percipiendum, ut accidit in nuptiis Galilææ ad ostensionem miraculi, & convivarum commodum, conceditur; aliter, ut evenit in Eucharistia, negatur; & clarius explicatur advertendo conversionem unius in aliud aliquando esse totalem, ut ita dicam, ac perceptibilem, sicut conversio terræ in corpus Adæ, uxoris Lot in statuam salis, &c.; et substantialem tantum, manentibus speciebus substantiæ præcedentis, ut fides locam habeat; sicque fit in Eucharistia. Hæc pro secunda orationis parte.

18. Tertiam igitur claudimus hac propositione: *Transsubstantiatio est actio proprie dicta, & mutatio dextera excelsi, per quam corpus Christi vere producitur, non quidem absolute, & simpliciter, sed speciali modo, nimirum ex substantia panis in ipsum Christi corpus conversa.* Ad cujus probationem videri possunt interpretes Divi Thomæ 3. part. quest. 75. art. 4. & Magistri in 4. dist. 11. Gonetus, Contensopus, Salmanticenses Scholastici, alique complures. Audiatur nunc Damascenus lib. 4. de fide cap. 14. sic elegantissime loquens: „Si dixit Deus: fiat lux, & facta est lux, fiat firmamentum, & factum est; si verbo „Domini Coeli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum; si Coelum, & terra, aqua item, & ignis, & aër, & omnis eorum ornatus Domini „verbo completum, & absolutum est, atque etiam „hoc nobilissimum animal, quod homo nuncupatur; „si

„si ipsemet Deus Verbum, posteaquam ita voluit „ipsius tulit, homo factus est, atque ex puris, & „immaculatis Sanctæ, & semper Virginis sanguinibus „carnem sibi ipsi sine semine condidit; quid tandem „afferri potest, quin ex pane corpus suum, ex vino „& aqua sanguinem suum efficere queat? „Hactenus ille. Similiter Divus Ambrosius, alique videndi in Breviario per Octavam Corporis Christi.

## PRÆLECTIO XIII.

### De triplici modo sumendi Eucharistiam,

ad expositionem cap. 4. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini,  
à §. 55. ad 58.

1. Felices quidem primi Parentes dum in Paradiso vesci poterant fructu arboris vite! Felices etiam filii Israël dum in deserto manna è Cælo delapso divinitus aiebantur! Sed multo feliciores sumus fideles, dum pretiosissimum Christi corpus, & sanguinem sumimus in Eucharistiæ Sacramento. Verum, quia ex modo manducandi cœlestem hanc dapem dependet vita, vel interitus animæ; quoniam, teste Angelico Præceptore, imo ipsa Ecclesia teste, *mors est malis, vita bonis*: ideo de illo tractabimus in præsentibus, ad expositionem capitis 4. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini, à §. scilicet 55. usque ad 58. Ne autem aliquis error ierepat, auxilium suppliciter imploremus Sanctissimæ Trinitatis, Patris nimirum, &c.

2 Divina opitulatione, Sanctorum ope, vestraque venia, doctissimi concessores; sortitum punctum exponam; ad cuius majorem lucem, & ordinem, orationem in tres partes abscondam. In prima litteram textus brevissime referam. In secunda eam fusius enucleabo. In tertia demum, disputandam thesim proponam, probabo; defendam. Utinam optata felicitate! Primam ergo partem exordiens, dico sic incipere litteram textus §. 35. *Verum docendum est*, &c. Ita vero scribit §. 38. *Facile redigi poterunt*. Intentio Catechismi in presenti est assignare triplicem modum sumendi Eucharistiam. Nempè sacramentaliter tantum; spiritualiter solum; & sacramentaliter, ac spiritualiter simul. Quem ultimum valde commendat, & postea describit præparatibnes tum animi, tum corporis ad digne recipiendum hoc Sacramentum. Quod variis auctoritatibus, rationibus, & congruentiis mirum in modum proponit. En argumentum litteræ textus, & primam orationis partem.

3 Ad secundam igitur deveniamus, ubi exponenda est littera Catechismi, qui Tridentini vestigia sequens sess. 13. cap. 8. triplicem assignat modum sumendi Eucharistie Sacramentum, Primum scilicet sacramentaliter solum, quo modo illud accipiunt peccatores. Secundum spiritualiter tantum, ut iusti, qui voto propositum illum celestem panem edentes, fide viva, que per dilectionem operatur, fructum ejus, & utilitatem sentiunt. Tertium denique sacramentaliter, & spiritualiter simul, ut illi qui se prius probant, instruunt, atque exornant dispositionibus requisitis ad digne percipiendum corpus, & sanguinem Domini. Præter tres dictos sumendi modos, est etiam alius, impropius quidem, & solum materialis, quo Eucharistiam edunt, qui prorsus ignorant id quod accipiunt, ut si alicui apponeretur in mensa panis consecratus, & ipse nesciret; quo modo mures, & alia ani-

animantia Eucharistiam edere possunt. Sed de hoc manducandi modo non loquimur, solumque de tribus supra traditis sermonem habemus. In primis igitur sumitur Eucharistia sacramentaliter tantum, quatenus scienter accipitur corpus, & sanguis Domini sub speciebus sacramentalibus, non vero gratia Sacramenti, & hoc modo illam accipiunt impii, qui impuro corde, & ore ad communicandum accedunt.

4 Fuerunt olim quidam hæretici, quorum suppresso nomine meminit Petrus Lombardus, seu Magister sententiarum in 4. dist. 9. dicentes: corpus, & sanguinem Christi à bonis tantum sumi, & non à malis. Eos fuisse nonnullos discipulos Berengarii testatur Guirmundus Archiepiscopus Aversanus lib. 1. de Eucharistia; quos sequuti sunt postea plures ex Novatoribus, teste doctissimo Bossueto. Sed turpiter errarunt omnes contra auctoritatem Apostoli, contra Ecclesie sensum, contra Patrum, & Theologorum sententiam: unde Augustinus à Catechismo citatus ait: *Qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, proculdubio non manducat spiritualiter ejus carnem, licet carnaliter, & visibiliter premat dentibus Sacramenta corporis, & sanguinis*. Ad cujus uberiores notitiam videri possunt expositores Magistri laudata dist. 9. lib. 4. & interpretes Divi Thomæ 3. part. quæst. 80. art. 1. Qui ergo sacramentaliter tantum sacra mysteria sumunt, non solum ex his nullum capiunt fructum, sed ut ait Apostolus, *judicium sibi manducant, & bibunt*. Quamvis enim sumant boni, & sumant mali, *sorte tamen inæquali*, inquit Divus Thomas opusc. 47. & cum ipso canit Ecclesia in festo Corporis Christi.

5 Dicit autem aliquis; modus sumendi Eucharistiam, quo usus est ipsemet Christus, nequit esse malus; sed Christus Eucharistiam sumit sacramentaliter tantum, ut ait Divus Bonaventura in 4. dist. 9. art. 1. quæst. 4. igitur modus iste sumendi

di non convenit peccatoribus, vel si eis convenit, non inde peccant. Sed facile respondetur cum ipso Doctore Seraphico, loco citato ad ultimum; duplici de causa posse accipi Eucharistiam sacramentaliter tantum: vel quia sumens est ita perfectus, ut aliter sumere nequeat, & hoc soli Christo Domino convenit propter gratiæ plenitudinem; vel quia pravus est, sicque propter suam indignitatem nihil aliud percipit; & talis est peccator indigne communicans. Id exemplo clare liquebit: vas enim potest non continere aquam, vel quia jam est aliquo liquore plenum, vel quia est omnino fractum. Primam convenit Christo, quia à primo suæ conceptionis momento jam fuit plenus gratiæ, & veritatis. Secundum vero convenit impiis, qui vasa sunt fissa, fracta, & ad nihilum valent ultra, nisi ut mittantur foras. Responderi etiam potest cum Divo Thoma 3. part. quæst. 80. art. 1. ad 3. Christum etiam spiritualiter manducasse Eucharistiam, non recipiendo augmentum gratiæ, sed quandam spiritualem delectationem; quod quidem de peccatoribus dici nequit. Si quis dubitat, an Christus sumserit Eucharistiam, videat Patres affirmantes apud Sandinum in historia familiæ sacræ cap. 12. num. 7. pag. mihi 129. & sequenti.

6 Secundus modus sumendi Eucharistiam, inquit Catechismus cum Tridentino, est spiritualis tantum. Hoc modo sumunt, qui desiderio, & voto, fide viva, & caritate non ficta incensi, coelestem panem esuriunt. Sicque licet non omnes, plurimos certe utilissimos fructus percipiunt, quibus eorum animæ diviniter recreantur intuitu devotionis. Nam sicut peccatores indigne communicantes nullam fructum reportant, sed maximum detrimentum; ita à contrario justis aliquando impediti, si ore corporali non accipiunt Eucharistiam, dummodo eam sumant ore cordis, & voluntatis, spiritualiter nutriuntur: unde ait Augustinus

nus apud Magistrum Sententiarum supra citatum: *Non manducans manducat, & manducans non manducat.* Quod etsi videatur paradoxum, non desinit esse verissimum, quia non manducans sacramentaliter, aliquando manducat spiritualiter, & è converso. Hunc spirituales manducandi modum pulcherrime explicat Angelicus Præceptor 3. part. quæst. 80. art. 1. dicens: „Effectus Sacramenti potest ab aliquo percipi, si Sacramentum habet in voto, quamvis non accipiat in re; & ideo sicut aliqui baptizantur baptismo flammis propter desiderium baptismi antequam baptizentur baptismo aquæ: ita etiam aliqui manducant spiritualiter hoc Sacramentum antequam sacramentaliter sumant, &c.

7 Tertius, & ultimus modus sumendi Eucharistiam est sacramentalis, & spiritualis simul, quo modo eam accipiunt, qui prius dispositi, rite probati, & nuptiali veste induti ad divinam mensam accedunt, ut cum Tridentino dicit in littera Catechismus, & dixerat antea Divus Thomas quæstione supra citata art. 2. his verbis: *Perfectus modus sumendi hoc Sacramentum est quando aliquis ita hoc Sacramentum suscipit, quod percipit ejus effectum.* Eos igitur qui Eucharistiam hoc ultimo modo sumunt, ait Catechismus, uberrimos fructus percipere, quos paragraphis antecedentibus memoraverat; alios propterea merito reprehendens, qui cum possint hoc Sacramentum actu digne suscipere, satis illis videtur ipsum dumtaxat spiritualiter manducare. Ad assiduam enim Eucharistiæ sumtionem hortantur sæpissime Sancti Patres.

8 Hic tamen celebris, & ad praxim utilis occurrit quæstio: an singulis Christi fidelibus etiam laicis indistincte consulenda sit quotidiana communio, dummodo existant in gratia. Partem affirmantem toris viribus conatus est propugnare Antonius Velazquez Pinus

tus Ordinis Minorum, spisso volumine in 4. hispanice Matriti edito anno 1666. Cujus titulus latine versus est: *Thesaurus Christianorum*. In quo pro sua opinione trahit centum duodecim Sanctos, viginti tres Synodos, innumerabiles Patres, centum octoginta duos Auctores, & permulta alia, quæ in synopsis reduxit ejus confrater Josephus Gavarrri in libro etiam lingua vernacula Gadibus edito in octavo anno 1675. atque inscriptio: *Exhortatio ad vitam spiritualem*, ubi à pag. 232. usque ad 293. eandem opinionem proponit. Quam etiam præsentis sæculo amplexus est P. Joannes Pichonus libro Parisiis Gallice in lucem edito anno 1745. sub titulo: *Spiritus Jesu Christi, & Ecclesie circa frequentam communionem*. Piiis his Scriptoribus, aliisque similibus tam suavis visus est Dominus in Eucharistia, ut omnibus fidelibus à lethali culpa immunibus, quotidie gustandus exhibebatur.

9 At illos fefellit opinio; adeo enim tepidi sunt plurimi, ut eorum stomachus Christi carnem nequeat debito caritatis igne fovere; adeo ipsorum lingua etsi non foetida corruptione peccati, infectæ tamen sunt humore rerum sæculi, ut valde impediunt gustum suavitatis divinæ; dicam verbo: adeo venerandum est Eucharistiæ Sacramentum, ut satis non sit laceratam non ferre vestem, sed nuptiali opus est ut induatur qui ad mensam altaris quotidie velit accedere; hoc est, nedum debet carere vitiiis, sed insuper virtutibus impense vacare. Quare Summus Pontifex Innocentius XI. decreto edito die 12. Februarii anno 1679. incipiente, *Cum ad aures*, jubet, non absolute consulendam esse quotidianam communionem, sed id unice relinquendum judicio Confessorum secreta cordis explorantium. Alia multa videri possunt apud eloquentissimum Contensonum, & sapientissimos Salmanticenses Scholasticos, qui hanc

vc-

veritatem latissime probant (a); quam non dubito amplexuros nunc temporis qui pro contraria opinione citati sunt supra. Nam duo primi auctores scripserunt ante decretum Innocentii XI. Et P. Pichon, postquam ejus librum plures Episcopi Galliarum perdoctis epistolis proscribere, & ante Romanæ Sedis damnationem, humiliter palinodiam cecinit, litteris ad Episcopum Parisiensem missis die 24. Januarii anno 1748 (b).

10 Sed prosequamur litteram Catechismi, qui præparandos esse fidelium animos ad dignam Eucharistiæ sumtionem, rectissime probat exemplo Christi discipulorum pedes lavantis antequam eis daret Eucharistiæ Sacramentum. Hoc autem difficultate non caret; nam Joannis 13. vers. 2. dicitur cœna facta Christum lavasse pedes discipulorum: quomodo igitur asserit Catechismus id accidisse antequam Christus eis pretiosi corporis, & sanguinis sui Sacramenta daret, quæ certe dedit inter coenam? Ad hoc sapientissime respondet Benedictus XIV. lib. 1. de fest. Domini cap. 6. dicens, tres posse considerari cœnas. Prima fuit paschalis, qua agnus adhibitis legalibus cæremoniis comedendus unice apponebatur. Secunda vulgaris, qua cum paschalis agnus satianda familiæ plerumque satis non esset, quilibet licebat comedere. Tertia denique sacrosancta illa cœna, qua institutum est Eucharistiæ Sacramentum. Christus itaque prima legali cœna expleta, seu ut Joannes ait: *Cœna facta*, & ex parte secunda vulgari cœna assumpta, lavit pedes discipulorum, & postea iterum ad mensam rediit, ut refert idem Evangelista vers. 12. qui etiam narrat epulas adhuc fuisse appositas, & Christum præbuisse Judæ panem intinctum: superest ergo

Tom. II.

ut

(a) Vid. Contenson tom. 4. lib. 11. part. 2. dissert. 4. cap. 2. à pag. mlii 219. usque ad 249. Salmant. Scholast. tom. 11. tract. 23. disput. 11. dub. 7. §. 1. & sequent. à pag. 959. Juvenit tom. 2. de Sacram. dissert. 4. quest. 9. cap. 3. art. 2. concl. 2. pag. 332. & plures alii. (b) Vid. Berril tom. 4. lib. 33. cap. 17. in Scholio pag. mlii 170.

ut Sacramentum Eucharistiæ institutum fuerit postquam Christus lavit pedes Apostolorum, quo innuere voluit mundos fore debere Eucharistiam suscepturos, ut observavit Ambrosius lib. 3. de Sacramentis cap. 1.

11 Idem explicat Catechismus exemplo rerum salubrium, quæ ut prosint, dispositionem, & modum exigunt in recipientibus, aliter potius nocent: similiter igitur dona Dei ad utilitatem hominum conducere nequeunt, si homines ipsi animo bene constituto non sint. Quod Dominus olim jam præmonstravit cum arca fœderis, Eucharistiæ typo, quæ maxima, & innumerabilia beneficia contulit populo Israëlitico; Philistæis vero horribilem pestem, summam calamitatem, & sempiternum dedecus importavit. Næc aliter contigit primis Ecclesiæ sæculis dum fideles Eucharistiam ad domos suas ferebant, quorum quidam eam indignis manibus contrectantes divinam ultionem experti sunt, ut refert Cyprianus tract. de lapsis; sed qui pia devotione ad illam privatim asservatam recurrerunt multa bona miraculose obtinere, ut variis exemplis ex Nazianzeno, Ambrosio, magnoque Gregorio sumitis tradunt Cabasutius, & Cardinalis Bona (a). Hocque signum etiam fuit felicitatis, aut infelicitatis communicantium. Confirmatur denique optima comparatione cibi, & potus, qui quidem ore accepti, si in stomachum bene affectum illabantur, corpora alunt, atque sustentant; si vero in stomachum vitiosum, graves morbos efficiunt. Sic ergo pariter Eucharistia, iustis, & recte dispositis, sano mentis stomacho celestem cibum accipientibus spirituales vitam adauget; aliis autem lethali animæ morbo languentibus, hoc est cum conscientia mortalis culpæ communicantibus, multa detrimenta obveniunt,

(a) Vid. Cabasot. in not. Ecclesiasticæ hist. dissert. 5. num. 1. pag. 29. Bona de rebus liturgicis lib. 2. cap. 17. n. 7. & apud Ayslan. in pictore christiano tom. 2. lib. 7. cap. 5. pag. 339. versionis Hispanicæ.

niunt, ut sunt derelictio Dei, cæcitas mentis, obduracy cordis, concupiscentiæ augmentum, spiritus discordiæ, odium virtutis, & veritatis, omne peccatorum genus, finalis impenitentia, æterna damnatio. Ita contigit Judæ, & multis ejus imitatoribus.

12 Unde Augustinus tract. 26. in Joannem inquit: Buccella dominica venenum fuit Judæ, quam cum accepit, in eum inimicus intravit; non quia malum erat quod accepit, sed quia bonum malus male accepit. Et Div. Joannes Chrysostomus homil. 27. super primam ad Corinth. sic venuste idem de quo loquimur his verbis explicat: „Sicut cibus corporalis cum „ corpus invenit malis humoribus occupatum, amplius „ ei nocet, nec ullum præstat auxilium; sic spiritua- „ lis hic cibus, si aliquem invenit malitia inquinatum, „ magis eum perdit, non sua natura, sed accipiens „ vitio; tales enim sunt socii Judæ proditoris, „ in quem post buccellam introiit Satanas.“ (a) Quamvis enim peccatum indigne sumentium corpus Domini, non sit tam grave, quam peccatum crucifigentium Christum, ut docet Div. Thom. 3. part. q. 80. art. 5. cum illud fuerit contra corpus Christi in specie propria, hoc autem contra corpus Christi in specie Sacramenti; assimilatur tamen illi, juxta vulgatissimum effatum Apostoli 1. Corinth. 11. vers. 27. hisce verbis: *Quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis, & sanguinis Domini.* Abeant igitur Novatores Lutherus, Kemnitius, Calvinus & alii, qui præter suam stultam fidem, nihil aliud

Z 2

exi

(a) Judæ ergo proditor Eucharistiam sumit in nocte cenæ, ut communior Patrum, & Expositorum sententia tenet, apud Theophilum Raynaudum in Hagiol. Exotic. tom. 9. cap. 9. de Judæ pag. 661. & sequent. à num. 29. Quidquid in contrarium dixerint aliqui ab ipso citati num. 31. quibus adherere videtur Colletus in continuatione Tournelli tom. 8. prope finem dissert. 6. pag. 612. ubi hæc thesis proponit: *Nulla certa ratione revincitur, Judæm Eucharistiæ communionis fuisse participem.* Sed ad historica facta credenda non opus est certa ratio, dum major, & sanior testium numerus habeatur, ut evenit in præsentia.

exigant ad Eucharistiam, nisi peccata (a). Quod tunc verum erit, quando cibus corporeus proderit cadaveribus, ut dixit Catechismus §. 50. quare merito eos damnavit Synodus Tridentina sess. 13. can. 5. etsi autem concederemus hoc Sacramentum per se producere primam gratiam, quod est falsissimum, nihil deserviret hæreticis, ut patet in baptisimi, & poenitentiae Sacramentis, quæ ut digne recipiantur, ultra fidem exigunt in subjecto alias dispositiones prævias.

13 Quænam igitur (inquies) requiruntur dispositiones ad rite communicandum? Respondetur cum Catechismo, alias requiri ex parte animi, & alias ex parte corporis. Primi generis est fides, non qualem hæretici fingunt, quæ potius infidelitas est dicenda; sed qualem Catholici habent, discernentes cœlestem mensam à mensa prophana, divinum cibum à cibo materiali, credendo scilicet corpus & sanguinem Christi vere ac realiter contineri sub speciebus panis, & vini, ad nostram refectionem. Propter hujus fidei meritum prima Petri 1. vers. 8. & 9. dicitur: *Credentes in Christum quem non videtis, exultabitis letitia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fidei vestrae, salutem animarum.* Secunda dispositio animi est caritas proximi. Præcipit enim Dominus Matth. 5. vers. 24. ut qui pacem non habet cum fratre suo, antequam ad altare accedat reconcilietur cum ipso. Quod expendens Chrysostomus, exclamat his verbis: *O ineffabilem erga homines amorem Dei! interrumpatur, inquit, cultus meus, ut tua caritas integretur; sacrificium mihi est fratrum reconciliatio. Si ergo dimittis, inquit Augustinus, dimitteret tibi, securus accedet, panis est, non venientum.* Tertia preparatio est expiatio peccatorum, nedum per contritionem, sed etiam per Sacramentalem confessionem.

14 Licet enim Cajetanus, & alii, nullum agnoscerent

(a) Vid. Bellarminus lib. 4. de Eucharist. cap. 17. & alii.

rent confitendi præceptum ante communionem, contrarium declaravit Synodus Tridentina; non tamen oppositam damnavit sententiam tanquam hæreticam. Testem hujus rei adduco Illustrissimum Melchiorum Canum, qui lib. 5. de locis cap. 5. quest. 4. Cum retulisset illa Concilii Tridentini verba: *Si quis contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter asserere, seu etiam publice disputando defendere præsumserit, eo ipso excommunicatus existat;* statim subjungit: „Sed hoc propter periculum cautum est: erat enim opinio „contraria pernicioza. Ideoque excommunicatio illa „ad publicam doctrinam vel maxime refertur. Nam, „quod sententia Cajetani non fuerit pro hæretica condemnata, & nos testes sumus, qui Concilio interfuimus, & contextus ipse demonstrat. Habet enim „Can. 11. idemque postremus in hunc modum: *Si quis dixerit, solum fidem esse sufficientem preparationem ad sumendum sanctissimæ Eucharistie Sacramentum, anathema sit.* „E vestigio autem adduntur, mutata „dicendi forma, hæc verba: *Et ne tantum Sacramentum, &c.* „Ubi vides Cajetani sententiæ anathema „non dici; sed quoniam non solum falsa, sed noxia „etiam erat, reprobati: & propter periculum publicam præsertim prædicationem, & disputationem interdicit. Hactenus gravissimus Auctor, cui consonat Cardinalis Pallavicinus lib. 12. hist. Tridentini cap. 2. num. 7. & sequenti.

15 Ex quo sequitur dari præceptum confitendi peccata ante sumtionem Eucharistie. Præceptum, inquam, nedum Ecclesiasticum, sed etiam divinum, dicente Apostolo: *Probet autem seipsum homo, &c.* quæ verba, quamvis generalia sint, & possent intelligi de probatione per contritionem, tamen Ecclesiastica consuetudo declarat, ut loquitur Tridentinum, intelligenda esse de probatione per confessionem, nisi fuerit urgentis necessitas celebrandi, aut communicandi, & non

esset confessarius, tunc enim procuranda esset contritio, & post celebrationem Sacerdotes tenentur quam primum possint sacramentaliter confiteri ut præcipit Tridentinum. Præcipit, inquam, non consultit tantum, ut quidam effutiebant, quorum errorem damnavit Alexander VII. proposit. 38. Quod præceptum Tridentini etiam probabilis obligat laicos (a). Præter dispositiones animi recensitas, adduntur humilitas, caritas, aliæque virtutes, quibus ornanda est anima ad coeleste convivium.

16 Quantum ad dispositiones corporis, ait Catechismus, requiri jejuniæ naturale, quod Ecclesiastica lege, & antiquissima consuetudine sancitum est, ut ostendunt, Tertullianus lib. 2. ad uxorem cap. 5. Cyprianus epist. 63. ad Cæciliam, Chrysostomus hom. 27. super 1. epist. ad Corinth. August. epist. 118. nunc 54. ad Januarium cap. 6. & alii plures. Quos sequuntur Theologi cum Div. Thom. 3. part. quæst. 80. art. 8. Ab hac lege eximuntur infirmi, & Sacerdos necessario sacrificium completurus. Requiritur etiam munditia carnis; si enim panes propositionis, qui solum erant figura hujus Sacramenti dabantur unice mundis à mulieribus, ut legitur 1. Regum 21. vers. 4. potiori titulo, inquit Hieronymus epist. 50. nunc 30. contingi non debet panis ille qui de Coelo descendit, ab illis, qui paulo ante conjugibus hæere complexibus. Postulat enim tanti dignitas Sacramenti, ait Catechismus, ut qui matrimonio juncti sunt, aliquot dies à concubitu uxorum abstineant. Hoc autem secundum congruitatem, & non secundum necessitatem, ex consilio, & non ex præcepto intelligendam est, ut ait Div. Thom. 3. part. quæst. 80. art. 7. (b) solutio igitur debiti conjugalis, pollutio involuntaria, & fluxus menstruus feminarum impedimentum

(a) Vid. Madalens in tyrociniò tom. 2. tract. 3. quæst. 2. art. 4. num. 504. pag. 289. Concina tom. 3. lib. 3. cap. 10. pag. 332. & alii. (b) Vid. Colletus tract. de Eucharist. part. 1. cap. 6. art. 2. concl. 3.

tum non sunt ad sacram communionem. Quare cum Sinenses superstitiose illas arcere feminas à Sacramentis, eorum praxim damnavit Cardinalis de Tournon Nuntius Apostolicus, decreto confirmato à Clement. XI. Benedicto XIII. & Benedicto XIV. sed non opus est ut prolixius agatur de re ipsis quoque adolescentulis notissima. Juniores docet Sanct. Franciscus Salesius in sua Philothæa, part. 2. cap. 21. Monachos caput 24. regularum breviorum Basili. Jureconsultos, caput Timorem de consecrat. dist. 2. num. 25. Concionatores Sanctus Thomas Archiepiscopus Valentinus orat. 3. de Sacramento altaris. Parochos Catechismus Tridentini 2. part. cap. 4. §. 57. & 58. quos nunc exponimus. Theologos eorum Princeps Div. Thomas Aquinas 3. part. quæst. 80. Omnes tandem Apostolus 1. ad Corinth. 11. (a) sicque filium secundæ partis orationis abruptimus.

17 Ad tertiam itaque pervenimus, in qua probanda est hæc conclusio: *Ut quis Eucharistiam sumat sacramentaliter, & spiritualiter simul, debet existere in statu gratiæ, vel saltem id prudenter existimare.* Probatur conclusio breviter: Eucharistia non est Sacramentum mortuorum, ut baptismus, & penitentia; ergo non producit per se primam gratiam, sed secundam, vel augmentum gratiæ. Præterea: si non opus esset status gratiæ ad Eucharistiam digne recipiendam, nec Apostolus, nec Tridentinum tam graviter illum præciperent. Tandem: Eucharistia est cibus spiritualis; ergo percipi nequit nisi à viventibus vita spirituali, sicut cibus corporalis non prodest nisi viventibus vita corporali. Hoc tamen exemplum non quadrat ex omni parte; magnum enim invenitur discrimen cibum spirituale inter, & corporeum; corporeus namque eatentis prodest, quatenus vi caloris nativi animalis transit in substantiam viventis, quod alit. At vero

(a) Vid. Berr. tom. 4. lib. 33. cap. 17. §. 4. pag. 109.



ro divinus Christi eibus non in comedentem transmaturatur, sed illum potius in se transmutat, juxta Augustinum lib. 7. confessionum cap. 10. Unde licet Eucharistia per se non producat primam gratiam, aliquando per accidens illam producit, ut docet Div. Thomas 3. part. quest. 79. art. 3. & communiter ejus discipuli. Videatur Contenson tom. 4. lib. 11. cap. 2. specul. 2. quest. 2. pag. mihi 170. & Salmanticenses Scholastici tom. 2. tract. 22. disput. 4. dub. 7. §. 2. n. 111. pag. 259. & tract. 23. disput. 10. dub. 1. §. 2. num. 3. pag. 333.

## PRÆLECTIO XIV.

### De Pœnitentia,

ad expositionem cap. 5. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini à §. 1. ad quartum.

1 *Si pœnitentiam non egeritis*, inquit apud Lucam Dominus, *omnes simul peribitis* (a). Quo nec brevius, nec clarius ostendi potest quanta sit necessitas pœnitentia; cuius defectu pereunt quicumque pereunt, & per quam sedentes in tenebris, & in umbra mortis, lucem, ac vitam capiunt sempiternam. Hinc tantopere hominum pœnitentia fremunt dæmones, gaudent Angeli, & cum tota coelesti curia Deus ipse lætatur. Quare merito Ecclesie Patres pœnitentiam summis laudibus prosequuntur (b); quarum pluras libenter adducerem, nisi passim obvix forent, & alia dicenda in-

sta-

(a) Luc. 13. vers. 5. (b) Vid. Gosotus tom. 5. pag. 345. Prælat. de pœnitentia, atque Tourneley ibidem.

starent ad expositionem cap. 5. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini à §. 1. ad 4. cui statim incumbam in nomine Patris, &c.

2 Divino auxilio præmunitus, & obtenta dicendi venia, sortitum punctum exponam; sed pro clariori methodo hanc orationem in tres partes disperiar. In primis enim litteram textus breviter dabo; deinde fusiorem afferam explicationem; postremo thesım dispositioni apponam, & probationes, si tempus adsit, adjungam. Utinam omnia feliciter exequar, & sint acceptatione digna! Ordiamur igitur primam partem, dicendo sic incipere paragraphum 1.: *Quemadmodum humana natura fragilitas*, &c. sicque terminare §. 4.: *Hujusmodi animi cruciatu declaratur*. Intentio Catechismi, ut in prologo jam innuimus, est de pœnitentia pertractare; ideoque prius ejus necessitatem proponit, ut neminem lateat res tanti momenti. Insuper pœnitentia nomen elucidat, tres ipsius significationes adducens. Postea magnum inter eas discrimen assignat; & tandem de interiori pœnitentia, quæ virtus vere dicitur, sermonem facit. En brevissimum litteræ argumentum, & primam orationis partem.

3 Ad secundam itaque transeamus, in qua fusius enucleandus est Catechismus, rectissime probans pœnitentia necessitatem ex humana naturæ fragilitate, ac imbecillitate omnibus nota; unusquisque enim sæpe in aliis animadverit, ac in semetipso fortassis etiam experitur, innocentiam baptismalem lethali peccato amitti, candidissimam gratia vestem turpiter maculari, spirituales denique vitam lacrimabili morte finire; quare ad recuperationem innocentia, ad emundationem mysticæ vestis, & ad resurrectionem animæ, opus est pœnitentia. Quam Patres cum Tertulliano lib. de pœnitentia cap. 4. Theologi cum Lombardo in 4. dist. 14. Canonista cum Gratiano dist. 1. can. 2. Catholici demum omnes cum Tridentino sess. 6. de justificat.

cap. 14. & Catechismo in textu, merito appellant secundam post naufragium tabulam. Ad cuius metaphora clariorem intelligentiam sapienter advertunt Beatus Albertus Magnus, Divus Bonaventura, & Sanctus Thomas, mundum istum in maligno positum, & Adæ peccato inundatum, esse mare magnum, spatiosum nimis, ac fluctibus undique vehementer commotum, quod tuti transigere nequeunt homines, nisi primam tabulam, seu navim baptismi ascendant. Verum per peccatum (funestissimum animarum naufragium) baptismi diruta navi, unico miseris navigantibus superest, ne undarum aggeribus submergantur, tabulam arripere poenitentia; qua respectu baptismi semper secunda vocatur, etsi septuagesies septies iteretur, ut ait doctissimus Estius (a).

4 Ex quo clare dignoscitur maxima necessitas poenitentia: unde Catechismus egregie Parochos, atque fideles alloquitur, ut excitentur, & summo studio, divina ope adjuti, sine casu, aut prolapsione in via Dei progrediantur; sique aliquando labantur, summam Dei benignitatem intuentes, ad ipsum protinus per poenitentiam convertantur, & ad spiritualem salutem recuperandam, saluberrimum poenitentia medicamentum nunquam in aliud tempus differendum esse cogitent. Quæ Catechismi doctrina multis posset, & Scripturæ, & Patrum auctoritatibus confirmari. Sunt quidam Theologi non ignobiles asserentes debere impium statim moraliter post peccatum converti ad Dominum. Eorum sententiam eleganter expendunt doctissimi viri Contensonus, Concina, Colletus, & alii (b). Quæ quamvis rigida videatur, apprimè tamen deserviet ad cog-

(a) Vid. Estius in 4. dist. 24. §. 1. in fine pag. 183. (b) Vid. Contensonus tom. 4. lib. 11. part. 3. cap. 1. Concina tom. 1. lib. 1. diss. 4. cap. 10. §. 2. & tom. 9. lib. 1. dissert. 1. cap. 7. quest. unica. Colletus tom. 6. part. 1. cap. 4. sect. 3. num. 249. pag. 187. Ledruia tom. 2. lib. 6. quest. 1. cap. 3. §. 5. pag. 16. & alii.

cognoscendas plurimas quorundam Casuistarum noxias laxitates; nam, ut vulgo dicitur: contraria contrariis adhibita magis elucescent. Nobis in hac angustia temporis non permittitur præfatam opinionem exentere, solum eam annotasse sufficiat, ac indicasse fontes, unde quis latiore notitiam hauriat. Nunc tantum cum Catechismo impios graviter admonemus, ut cito per poenitentiam convertantur, & dum tempus habent, cum timore, tremore, ac præteritæ vitæ dolore operentur bonum; in quo sita est salubris poenitentia.

5 Istud autem poenitentia nomen, ut à definitione incipiamus, ad rem qua de agimus intelligendam, multa significare ait Catechismus. A nonnullis enim sumitur pro satisfactione sacramentali; sicque qui opera exequuntur à Confessario ipsis imposita, dicuntur poenitentiam adimplere; quod etiam apud Græcos à nongentis, & amplius annis usurpatur, ubi poenitentibus injunctæ vocantur *Epitimia*, teste Morino lib. & cap. 1. de poenit., quæ vox Latinis satisfactioni respondet. Ab aliis accipitur poenitentia pro nova vita, nulla præteriti temporis habita ratione. Sic Lutherus, Calvinus, Beza, & alii Novatores, quibus præverant Valla, & Erasmus sæpissime græciantes, & non raro perperam sentientes, ut in præsentidum dicunt græcam hanc vocem *Metanœa*, quæ in Vulgata legitur *poenitentia*, solum significare respicientiam, seu novam vitam sine respectu, dolore, ac poena præteritorum scelerum. Quorum errorem jam olim refutavit Lactantius lib. 6. instit. cap. 24. & postea Illustrissimus Canus græcè, ac latine non mediocriter eruditus, in Relect. de poenit. part. 1. respondens ad objectionem Lutheri. Illorum igitur falsitate rejecta, poenitentia, juxta ipsius vocis originem, idem est ac poenitentia, seu punientia, ut ait Isidorus lib. 6. etymologiarum cap. 19. & à poena derivatur. Poena

autem vindicta quadam est præteritæ culpæ: unde & præsci Auctores verbum poenitio pro eo quod punio usurpare. Hinc Tullius lib. 4. Tusculan. ait: *Alexandrum Regem vidimus, qui cum interemisset Chlytum familiarem suum, vix à se manus abstinuit: tanta vis fuit poenitentiæ.* Similiter Ovid. lib. i. de Ponto Eleg. 1. : *Poenitet, & factio torquor ipse meo,* ac Decius Magnus Ausonius epigrammate in Occasionis statuam: *Sum, inquit, Dea; quæ facti, non factique exigo poenas, nempe ut poeniteat, sic Metanæa vocor (a).*

6 Rursus poenitentia sic accepta multipliciter etiam haberi potest, iuxta Catechismi doctrinam à sacris litteris, & sanctis Patribus sumtam. Primo enim poenitentia vocabulum latissime significat dolorem non tantum de errato, sed de qualibet re prius acta, quæ placuerat, & postea displicet, quin bona ne, an mala fuerit, attendatur; quemadmodum sunt quos poenituisse poenitet, Religionis poenitet, jejunii, aut eleemosynæ; quales fuerunt Ananias, & Saphira. Sic acceptum poenitentia nomen iis omnibus convenit, qui secundum sæculum tristitia sunt affecti, non secundum Deum. *Quæ enim secundum Deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur: sæculi autem tristitia mortem operatur,* inquit Apostolus 2. ad Corinth. 7. vers. 10.

7 Secundo sumitur strictius poenitentia nomen pro dolore, qui ob crimen perpetratum, vel erratum commissum concipitur, non Dei quidem, sed sui ipsius causa. Sic doluit Esau de venditione primogenituræ propter tenuissimam escam; & postea cupiens hereditate benedictionem, reprobatus est: *non enim invenit poenitentia locum; quamquam cum lachrymis inquisisset eam (b).* Sic doluit Antiochus à Deo percussus, & ex gravi superbia deductus ad agnitionem sui vitæ, di-

(a) Vld. Salmaut. Scholast. tom. 11. in præfata. (b) Hebr. 12. vers. 17.

divina admonitus plaga, per momenta singula doloribus suis augmenta capientibus. Et cum nec ipse jam foetorem suum ferre posset, ita ait: *Justum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire.* Orabat autem hic scelestus Dominum, à quo non esset misericordiam consequuturus (a). Sic doluit Judas de Christi Domini prodicione, cum poenitentia ductus, retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum, & Senioribus, dicens: *Peccavi tradens sanguinem justum (b).* Sic dolebunt impii in supremo iudicio, videntes gloriam justorum, dicentes intra se poenitentiam agentes; & præ angustia spiritus gementes: *Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & suum illorum sine honore, &c. (c)*

8 Tertio sumitur strictissime poenitentia nomen pro intimo animi dolore ob scelus admissum, vel ejus doloris externo etiam signo; qui dolor unius Dei causa concipitur. De qua Dominus ipse per Joëlem Prophetam ait: *Convertimini ad me in toto corde vestro (d).* De qua inquit Augustinus, seu alius Auctor Sermone olim 7. de tempore inter Augustinianos, nunc 117. in Appendice: *„ Videte qualis debeat esse poenitentia; quia multi assidue se dicunt esse peccatores, & „ tamen adhuc illos delectat peccare. Professio est, non „ emmendatio; accusatur anima, non sanatur; pronuntiat offensam, non tollitur. Poenitentiam certam „ non facit nisi odium peccati, & amor Dei. Quan- „ do sic poenites, ut tibi amarum sapiat in anima quod ante dulce fuit in vita, & quod te prius „ oblectabat in corpore, ipsum te cruciet in corde; „ jam tunc bene ingemiscis ad Deum, & dicis: Tibi „ soli peccavi, & malum coram te feci.*

His

(a) 2. Machab. 9. vers. 11. & sequentibus. (b) Matth. 27. v. 3. & 4. (c) Sep. 5. vers. 3. & sequent. (d) Joel 2. vers. 12.

6 His tribus poenitentiae generibus commemoratis eadem poenitentiae vox proprie convenit. Cum vero in Scriptura Deum poenitere legimus, figurata loquutio est per translationem dicta, quatenus scilicet Deus qui non mutatur, agere videtur, sicut homines agunt, dum eos facti poenitent, & factum rescindunt, destruunt, execrantur; quamvis in istis debet intervenire mutatio, non vero in Deo, qui ut Scripturae verbis utar 1. Reg. 15. vers. 29. *Poenitudine non flectitur*; & sicut calor Solis absque sui mutatione liquefacit ceram, & indurat lutum, ita ille clarificat justos, & impios damnat. Sicque intelligendum est illud Genesis 6. : *Poenituit eum quod hominem fecerit, & tactus dolore cordis intrinsecus, delebo, inquit, hominem, &c.* Et 1. Reg. 15. vers. 2. Dominus ait: *Poenitet me quod constituerim Saul Regem.* Quibus, teste Chrysostomo, homil. 22. in Genes. solum declarat Deus se delecturum hominem, & ablaturum Regem propter peccata eorum. Similiter dum Psalmo 109. dicitur: *Juravit Dominus, & non poenitebit eum*; declaratur Sacerdotium Christi æternum. Scriptura enim hominum intelligentiae accommodatur, Deo tribuens manus, cor, pedes, &c., quæ cum litteraliter intelligi nequeant ob repugnantiam, quam in rigore sumta important, intelligenda sunt metaphorice, juxta tritam regulam SS. Patrum, maxime Augustini lib. 1. de Civit. Dei cap. 7. lib. 2. ad Simplician. quest. 2. lib. 83. qq. quest. 52. & alibi: Unde *poenitentia Dei*, ait Hugo Victorinus erudit. Theologica tit. 90. : *Non est mutatio intentionis à primo proposito, sed mutatio operis à primo instituto.* Quo sensu dicit Ambrosius in Lucam: *Novit Deus mutare sententiam, si tu noveris emmendare delictum.*

10 Verum prosequamur litteram Catechismi §. 3. assignantis discrimen inter illas species poenitentiae supra traditas, atque dicentis primam in vicio ponendam

dam esse; secundam solum consistere in quadam commoti, & perturbati animi affectione; tertiam vero, & ad virtutem, & ad Sacramentum pertinere. Et de ista in quantum virtus est, primum rectissime agitur, tum quia fidelis populus ad omne virtutis genus à pastoribus institui debet, tum quia hujus virtutis actiones quasi materiam præbent, in qua poenitentiae Sacramentum versatur, tum etiam denique, quia poenitentia virtus fuit per plura sæcula prior quam poenitentia Sacramentum. Per hanc enim virtutem poenitentiae, illum, qui primus formatus est pater orbis terrarum, eduxit Deus à delicto suo. Hanc prædicavit Noë fabricans arcam, præco justitia, & poenitentiae à Deo constitutus. Hanc amplexi sunt Ninivitarum prædicatione Jonæ, & misericordiam invenerunt. Per hanc Manasses post longam impietatem, David post adulterium, Petrus post trinam negationem, mulier peccatrix post libidinosam vitam infamiam, latro, & homicida post tam flagitiosam vitam, veniæ, gratiæ, & gloriæ participes facti sunt. Hæc poenitentia omni tempore reduxit ovem errantem ad sinum Pastoris; drachmam gratiæ perditam quærenti restituit; prodigum filium laribus paternis reddidit; vulneratum à latronibus, pii Samaritani medica manu sanum effecit; & sine illa nullus unquam misericordiam fuit assequutus.

11 Virtutem igitur poenitentiae, seu poenitentiam interioriorem propterea tantopere commendat fidelibus Catechismus, ut scilicet omni contentione, & studio in intima animi poenitentia, quam virtutem dicimus, elaborent, sine qua ea quæ extrinsecus adhibetur, parum est admodum profutura, juxta vulgatissimum illud Scripturae dictum Joël 2. vers. 13. : *Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.* Est autem intima poenitentia vera ad Deum conversio cum odio, & detestatione scelerum, ac proposito malam vitam consuetudinem, corruptosque mores emmendandi non sine

spe veniæ à Dei misericordia consequendæ. Dolor vero, & tristitia, quæ perturbatio, & affectio est, & passio à multis vocatur, illam consequitur veluti comes peccatorum detestationi adjuncta. Propterea plures ex Sanctis Patribus pœnitentiam definierunt animi cruciatum, ut Ambrosius, Augustinus, Gregorius, Damascenus, & alii apud Divum Bonaventuram in 4. dist. 14. part. 1. dub. 4. sumto effectu, & signo, pro causa, & significato, ut res abdita clarius exprimeretur.

12 Hanc Catechismi doctrinam angelice tradit D. Thomas 3. part. quæst. 85. art. 1. in corpore, dicens: „Pœnitere est de aliquo prius à se facto dolere; dolor autem dupliciter dicitur. Uno modo secundum quod est passio quædam appetitus sensitivi, & quantum ad hoc pœnitentia non est virtus, sed passio. Alio modo secundum quod consistit in voluntate; & hoc modo est cum quadam electione, quæ quidem si sit recta, necesse est quod sit actus virtutis; dicitur enim 2. Ethicorum, quod virtus est habitus electivus secundum rationem rectam. Pertinet autem ad rationem rectam, ut aliquis doleat de quo dolendum est, & eo modo, & sine quo dolendum est. Quod quidem observatur in pœnitentia; nam pœnitens assumit moderatum dolorem de peccatis præteritis cum intentione removendi ea: unde manifestum est, quod pœnitentia, vel est virtus, vel actus virtutis. Quibus Divi Thomæ verbis mirifice illustratur littera textus, & applicari possunt sequentibus Catechismi paragraphis, maxime sexto. Sed quæ ad exponendos quatuor assignatos hactenus dicta sunt, opinor jam sufficere; ideoque secundæ orationis parti finem imponimus.

13 Ad tertiam igitur descendamus probaturi hanc thesim: *Vera, & salubris pœnitentia necessario complecti debet detestationem vitæ veteris, & firmum pro-*

positum vitæ novæ. Hæc conclusio duas habet partes, duosque malignos hostes, hæresim, & probabilissimum. Prima pars est contra hæreticos à Catechismo, & à nobis superius memoratos, constituentes pœnitentiam unice in nova vita, sine dolore, nec mentione præteritæ, reclamantibus expressissime Sacris litteris. Quid enim expressius illis vere pœnitentis Psalmistæ verbis (a): *Tibi soli peccavi, & malum coram te feci; & alibi (b): Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum? Illis Isaicæ (c): Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime meæ? Illis Ezechielis (d): Projicite à vobis omnes prævaricationes vestras, in quibus prævaricati estis, & facite vobis cor novam, & spiritum novum? Illis patientissimi Jobi (e): Ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla, & cinere? Illis Evangelistæ Matthæi (f): Si in Tyro, & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentium egissent? Illis demum Apostoli magistri sinceræ pœnitentiæ (g): *Contristati enim estis secundum Deum; quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur? Quid inquam clarius illis verbis, ut alia plurima omitteremus?**

14 Quibus omnibus attendens Synodus Tridentina, exacerrimam pœnitentiæ normam late describit sess. 14. per novem priora capita lectu dignissima. Cui omnino conformis est ejusdem Synodi Catechismus in præsentî cap. 5. per 79. paragraphos. Hinc Sancti Patres pœnitentiam vocant laboriosum baptismum. Ita Clemens Alexandrinus apud Eusebium lib. 3. historię cap. 17. Gregorius Nazianzenus orat. 40. in sancta lumina. Chrysostomus hom. 4. de pœnitentia, Tom. II. Bb Isi-

(a) Psal. 50. vers. 6. (b) Psal. 6. vers. 7. (c) Isai. 38. vers. 15. (d) Ezech. 18. vers. 31. (e) Job. 42. vers. 6. (f) Matth. 11. vers. 21. (g) 2. ad Corinth. 7. vers. 10.

Isidorus Pelusiota lib. 1. epist. 408. Damascenus lib. 3. de fide orthodoxa cap. 10. Isidorus Hispalensis lib. 2. de officiis cap. 34. Quos sequitur Tridentinum sess. præfata cap. 2. his verbis : *Ut merito poenitentia laboriosus quidam baptismus à Patribus dictus fuerit (a).* At vero si poenitentia non importaret acerbissimum dolorem, detestationem, & abominationem præteritæ malæ vitæ, sed solam cessationem à culpa, vel novam vitam dumtaxat, (ut volunt hæretici, dato id posse fieri, quod rationi repugnat) non diceretur laboriosum baptisma, cum non major esset labor in poenitentia, quam in baptismo.

15 Secunda conclusionis pars, nempe ad veram poenitentiam requiri firmum, & constans propositum vitandi omnia peccata lethalia, est contra plures probabilistas. Sed non minus clare habetur in Sacris literis, dum dicitur (b) : *Dole, & satage filia Sion. Quæ secundum Deum tristitia est poenitentiam operatur stabilem (c).* *Si tamen permanetis in fide fundati, & stabiles, & immobiles (d).* Deponite vos veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris, renovamini autem spiritu mentis vestræ, & induite novum hominem, &c. Non igitur satis est veterem exuere, nisi novus homo induatur, quod certe voluntate fit, non manibus corporis. Sic loquuntur etiam Patres Ambrosius, Augustinus, & Thomas multis in locis apud doctissimum Cæcum Relectione de Poenit. part. 1. conclus. 1. & 2. aliosque complures. At quid alios dixi? Omnes dicturus eram, qui antequam prædicerent Florentinum, Tridentinum, & Catechismus in textu §. 4. ac infra §. 32. Quod multis rationibus confirmant exa-

(a) Vid. Natalis Alexander tom. 1. Theolog. moral. lib. 2. tract. de Poenit. cap. 1. art. 2. in fine. (b) Michæ 4. vers. 10. (c) 2. ad Corinth. 7. vers. 10. (d) Ad Ephes. 4. vers. 22. & seq.

exactiores Theologi; quare summa audacia, ne amplius dicam, carpsit non nemo Illustrissimum Genetum, eo quia constans propositum exigit ad poenitentiam.

16 Ut autem utraque pars conclusionis clarius innotescat, & quilibet, etsi tenuioris ingenii, videat, utri potius credendum sit: rigida videlicet Scripturæ, (si sic loqui lubet) rigido Tridentino, rigido Catechismo, rigidis Patribus, atque Theologis: an laxis hæreticis, & laxioribus (vereor dicere, dicendum tamen) quibusdam Catholicis Casuistis: ex fructibus eorum cognoscat eos. Hæretici enim, qui superbissimo Reformatorum nomine gloriantur, quique poenitentiam in sola mutatione vitæ constituunt, illi ipsi sunt, qui dignos agunt suæ poenitentia fructus. Novam enim vitam incoepit Lutherus, non fractis obedientiæ, & castitatis votis solemnibus, arrogantiam sumsit hæreticam, & virginem sacram fictitio matrimonio contempnit. Novam vitam incoepit Ochinus, dum ejetis cucullo, mento, & mente, latam, ac letam viam, atque amasiam amplexus est. Novam denique vitam incoeperunt alii Reformatorum Coriphæi, dum præteritæ poenitentia poenitentes, & ad turpissimas delicias transeuntes, Baccho, & Veneri absque pudore indulserunt. Quos non fatuo sape, (quamvis fatuitatis, seu Moræ nequam Encomiastes) reficavit Erasmus.

17 Sed utinam non prodissent alii, qui saluberimum contra peccati virus antidotum corruerunt. At vero fucæ non pauci, & quidam fortasse super sunt, qui etsi Catholici sint, & Theologi haberi velint, tales tamen Theologi sunt, quales suppresso nomine refert Terillus in prologo sui operis regulæ morum (a), & quales loquela sua manifestos se fa-

Bb 2 ciunt,

(a) Vid. etiam Concina in hist. probabilium t. 2. dissert. 3. c. 8. §. 4. pag. 82. versionis hispæ, & tom. 2. apparatus lib. 3. diop. 4. cap. 7.

ciunt, dum limpidissima moralis, & christianæ Theologie dogmata fœdissimis errorum sordibus conspurcare conantur. Hi autem quomodo veram dabant poenitentiae ideam, qui caritatem tollunt, dolorem extenuant, propositum enervant, & contrarium sentientibus, tum Rigoristæ, tum Jansenistæ nomen imponunt? Quam belle profecto ipsis quadrant illa Apostoli verba 1. ad Timotheum 1. vers. 6. & 7. dicentis: *Quidam aberrantes, conversi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Verum divina providentia, Pontificum, ac Præsulum vigilantia, & Catholici Regis, ejusque Supremi Senatus optima cura, jubentium libros Sanioris Ethicæ in Scholis doceri, & in petitionibus ad beneficia Ecclesiastica Catechismum Concilii Tridentini elucidari, gaudio magno percipimus illam male opinandi libidinem relegari.*

## PRÆLECTIO XV.

### De forma Sacramenti Pœnitentiæ,

ad expositionem cap. 5. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini,  
à §. 14. ad 17.

**D**e laborioso baptisate, de secundâ post naufragium tabula, de poenitentia demum hodierno Sole acturus, plurima in ejus laudem adducere possem encomia, quæ illius tum utilitatem, tum necessitatem declarant; at ne in limine nimis immeror, pauca dumtaxat seligam. Est enim poenitentia ut alterum mare

ru-

rubrum, cujus sanguineis undis exercitus tartareæ Pharaonis demergitur. Est tanquam æneus Moysis serpens, cujus salubri aspectu pestiferi magicorum anguim morsus sanantur. Est veluti probatica illa piscina, cujus commotis aquis salus amissa consequitur. Tanta est poenitentiae virtus, ait Chrysostomus, ut vita de interitu revocetur; tanta est ejus activitas, inquit Tertullianus, ut divina reparetur injuria. Quia tamen præcipua vis Sacramenti poenitentiae sita est in ejus forma, ut asserit Tridentinum; ideo ipsam in præsentem expendam ad explicationem cap. 5. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini à §. 14. ad 17. implorato prius Sanctissimæ Trinitatis auxilio, Patris, &c.

2 Cum divisio sit claritatis parens, memoria dux, ac scientiarum œconomia, ut scienter, memoriter, & clare procedam, orationem istam in tres partes distribuam. In prima litteram textus breviter proferam, & in epitome cœretabo. In secunda ejus expositione diffundar. In tertia tandem conclusionem deducam, probabo, defendam. Quæ tria dum perficio, attentè quæso, bonaque cum venia verba mea audiat. Primam ergo partem exordiens, in litteræ textus initium §. 14. *Sed forma etiam explicatio, &c.* Ecce vero finem §. 17. : *A Sancto Dionysio habent.* Catechismi scopus in præsentem est agere de Sacramenti poenitentiae forma, quam inquit, ex Matthæi 18. constare his verbis: *Ego te absolvo*; sicque alia verba, & preces quæ adjunguntur, ad ejus essentiam non pertinere, licet utiliter adhibeantur ad removendum ea quæ vim, & efficaciam Sacramenti possent impedire. Postea fideles hortatur, ut immensas Deo afferant grates, quod tam amplam potestatem novæ legis sacerdotibus tribuerit, cum ad differentiam Sacerdotum legis veteris, solum pronunciantium aliquem à lepra esse mundatum, vere peccatores absolvant, & non tantum absolutos declarent. Monet tandem ut ritus ad hoc Sacramentum adhiberi soliti se-

du-

ciunt, dum limpidissima moralis, & christiana Theologiae dogmata fœdissimis errorum sordibus conspurcare conantur. Hi autem quomodo veram dabant poenitentiae ideam, qui caritatem tollunt, dolorem extenuant, propositum enervant, & contrarium sentientibus, tum Rigoristæ, tum Jansenistæ nomen imponunt? Quam belle profecto ipsis quadrant illa Apostoli verba 1. ad Timotheum 1. vers. 6. & 7. dicentis: *Quidam aberrantes, conversi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Verum divina providentia, Pontificum, ac Præsulum vigilantia, & Catholici Regis, ejusque Supremi Senatus optima cura, jubentium libros Sanioris Ethices in Scholis doceri, & in petitionibus ad beneficia Ecclesiastica Catechismum Concilii Tridentini elucidari, gaudio magno percipimus illam male opinandi libidinem relegari.*

## PRÆLECTIO XV.

### De forma Sacramenti Pœnitentiæ,

ad expositionem cap. 5. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini,  
à §. 14. ad 17.

**D**e laborioso baptisate, de secundâ post naufragium tabula, de poenitentia demum hodierno Sole acturus, plurima in ejus laudem adducere possem encomia, quæ illius tum utilitatem, tum necessitatem declarant; at ne in limine nimis immeror, pauca dumtaxat seligam. Est enim poenitentia ut alterum mare

ru-

rubrum, cujus sanguineis undis exercitus tartareæ Pharaonis demergitur. Est tanquam æneus Moysis serpens, cujus salubri aspectu pestiferi magicorum anguim morsus sanantur. Est veluti probatica illa piscina, cujus commotis aquis salus amissa consequitur. Tanta est poenitentiae virtus, ait Chrysostomus, ut vita de interitu revocetur; tanta est ejus activitas, inquit Tertullianus, ut divina reparetur injuria. Quia tamen præcipua vis Sacramenti poenitentiae sita est in ejus forma, ut asserit Tridentinum; ideo ipsam in præsentem expendam ad explicationem cap. 5. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini à §. 14. ad 17. implorato prius Sanctissimæ Trinitatis auxilio, Patris, &c.

2 Cum divisio sit claritatis parens, memoria dux, ac scientiarum œconomia, ut scienter, memoriter, & clare procedam, orationem istam in tres partes distribuam. In prima litteram textus breviter proferam, & in epitome cœretabo. In secunda ejus expositione diffundar. In tertia tandem conclusionem deducam, probabo, defendam. Quæ tria dum perficio, attentè quæso, bonaque cum venia verba mea audiat. Primam ergo partem exordiens, in litteræ textus initium §. 14. *Sed forma etiam explicatio, &c.* Ecce vero finem §. 17. : *A Sancto Dionysio habent.* Catechismi scopus in præsentem est agere de Sacramenti poenitentiae forma, quam inquit, ex Matthæi 18. constare his verbis: *Ego te absolvo*; sicque alia verba, & preces quæ adjunguntur, ad ejus essentiam non pertinere, licet utiliter adhibeantur ad removendum ea quæ vim, & efficaciam Sacramenti possent impedire. Postea fideles hortatur, ut immensas Deo afferant grates, quod tam amplam potestatem novæ legis sacerdotibus tribuerit, cum ad differentiam Sacerdotum legis veteris, solum pronunciantium aliquem à lepra esse mundatum, vere peccatores absolvant, & non tantum absolutos declarent. Monet tandem ut ritus ad hoc Sacramentum adhiberi soliti se-

du-



dulo ab omnibus observentur. Hæc sunt in summa, quæ affert Catechismus quatuor sortitis paragraphis; sicque pro prima orationis parte sufficient.

3 Pergamus ergo ad aliam, ubi fusius explananda est littera textus. Primum quod ait hic Catechismus est formam Sacramenti pœnitentiæ his solis constare verbis: *Ego te absolvo*, quod colligitur, inquit, non solum ex modo loquendi Christi dicentis Matthæi 18.: *Quicumque solveritis super terram erunt soluta & in Cælis*; sed etiam ex perenni Ecclesiæ traditione: Ideoque Concilium Florentinum in decreto unionis sic ait: *Forma hujus Sacramenti sunt verba absolutionis, quæ Sacerdos profert cum dicit: Absolvo te*. Et similiter Tridentinum sess. 14. cap. 3. docet: formam hujus Sacramenti in istis ministri verbis positam esse: *Ego te absolvo*, &c. Nec obstat addi & cætera; per hoc enim solum intenditur sequentia verba non debere omitti, quia valde utilia, quamvis non simpliciter necessaria, ut exponit Catechismus fidelissimus Tridentini interpres, utpote ipsius auctores paulo antea eidem Concilio interfuerant, & ejus mentem apprime noverant.

4 Ita tenet communiter Theologorum sententia docens sola illa verba esse de essentia formæ Sacramenti pœnitentiæ. Audiatur pro omnibus Divus Thomas 3. part. quæst. 84. art. 3. in corp. dicens: *Unde patet quod hæc est convenientissima forma hujus Sacramenti: Ego te absolvo*. Ubi particula *ego* juxta omnes non reputatur necessaria, utpote contenta in verbo *absolvo*; rectius tamen adhibetur ad majorem expressionem. Verba autem à *peccatis tuis*, ab aliquibus judicantur essentialiter requisita. Ita opinantur Paludanus, Petrus Soto, Viguierius, Nicolai, Aversa, & alii; (a) contrarium tamen, ut superius diximus, à majori Theologo rum

(a) Vid. Salmenticensis scholastici tom. 88. part. 1. tract. 24. disput. 3. dub. 3. §. 1. num. 143. pag. 156.

te defenditur cum Divo Thoma, & Catechismo, quibus addi potest rituale Camaracense, in quo habetur verba à *peccatis tuis* non esse de necessitate Sacramenti, ut testatur Hennus.

5 Non tamen omittenda sunt ea verba, & quæ sequuntur; tum quia in administratione Sacramentorum tutior pars est eligenda, ut ex prima thesi damnata ab Innocentio XI. clare colligitur; tum quia eis Ecclesia utitur ad significandum Sacerdotes solum tanquam Christi ministros à peccatis absolvere. Recitandæ sunt quoque preces nedum quæ antecedunt, ut *Misereatur tui*, &c. sed etiam quæ sequuntur, ut *Passio Domini nostri*, &c. juxta præscriptum Clementis VIII. & Pauli V. Et si preces formam antecedentes sint omittendæ dum moribundus, qui absolutionem petit, ultimum agonem agit, ne desit tempus proferendi formam essentialiter requisitam. Quæ quidem absolutionis forma necessario debet esse vocalis, & in presentia pœnitentis: unde non valeret per litteras data, ut constat ex decretis Pauli V. & Clement. VIII. quæ affert Cl. Concina (a).

6 Requiritur etiam absolutionis formam esse indicativam, non vero deprecativam, qualem adhibuisse Græcos usque ad medium sæculi decimi tertii refert Morinus, & etiam nunc tæmporis, si verum est quod eidem Morino dixit Romæ quidam Collegii Græcorum præfectus (b). At vero Goarjus, & Arcadius, testes non contemnendi, asserunt à Græcis etiam adjuncti verba indicativa experimentia actum judicalem; ut *Habeo te venia donatum* (c). Quod si ita sit, nulla erit controversia circa preces, nisi eas simpliciter necessarias arbitrentur, cum à nobis etiam adjunctantur de Ecclesiæ

(a) Vid. Concina tom. 9. lib. 2. dissert. 3. cap. 2. (b) Vid. Morinus lib. 8. cap. 8. & Selvagio lib. 3. cap. 12. §. 6. pag. 138. (c) Vid. Serry tom. 5. tract. de pœnit. disput. 2. prælect. 7. pag. 106. Bernard. Maria de Rubis dissert. 18. art. 2. num. 3. pag. 205. Berri tom. 4. lib. 34. part. 2. cap. 7. proposit. 1. pag. 200. & alii.

sia Sanctæ more, ut ait Synodus Tridentina sess. 14. cap. 3. non quidem ad essentiam formæ, sed ad removendum eam quæ culpa poenitentis Sacramenti efficaciam impedire possunt, ut inquit Catechismus Tridentini, & innuit Divus Bonaventura in 4. dist. 17. part. 2. dub. 5.

7 Sed ut ut se res habeat de forma Græcorum, utrum scilicet deprecativa tantum, an etiam indicativa adhibeatur; à Latinis necessario proferri debet sensu indicativo, ac etiam à Græcis in casu necessitatis Latinos absolventibus; ut præscripsit Clemens VIII. in instructione super ritibus Græcorum edita anno 1595. Unde invalida foret verbis tantum deprecativis, quidquid olim dicitur nonnulli, quos valide impugnavit Doctor Angelicus Divus Thomas opusc. 22. Sed de his questionibus modo satis; nobis enim non licet brevi angustia temporis longas dirimere lites, quæ passim excitantur apud auctores, sed solum quæ certa, aut probabiliora videntur in medium producere, ad illustrandam litteram Catechismi, cum quo jam diximus qualis sit absolutionis forma. Videamus nunc quid per eam significetur; quoniam questio ista est omnium maxima, in qua agitur de ordinaria justificatione impij per Sacramentum poenitentiae, de ablatione peccati, de recuperatione gratiæ, de reseratione demum januæ Regni caelestis per potestatem clavium.

8 Verum, sicut diabolica fraude clausum fuit hominibus coelum, & apertus infernus, ita eodem instigante hoste maligno, claves à Christo Domino relictas Ecclesiae, ut peccatoribus aperiretur Coelum, & clauderetur abyssus, de medio tollere plures conantur hæretici, aut saltem illius dentes infringere. Montanistæ enim, Novatiani, & similes impudenter negarunt absolventi potestatem Sacerdotibus fuisse collatam. Wiclefite etiam, licet Sacramentum poenitentiae non negaverint, teste Illustrissimo Bossueto, negabant tamen pravos Sacerdotes posse absolvere, idque concedebant

hant laicis justis, ut sub vana quadam sanctitatis specie omnia perturbarent, quoniam juxta Hispanum proverbium: *Turbatum flumen piscatorum est lucrum*. Id etiam egerunt recentiores hæretici, vel Sacramentum poenitentiae inficiando, ut Zuinglius, Calvinus, & alii, vel absolutionis vim detrahendo; ut Lutherus, Melancthon, &c., apud quos satis est poenitentem credere esse absolutum, ut absolutus remaneat, etiamsi absolutionis forma non proferatur; sicque absolutio juxta istos efficaciam habet ex fide subjecti, non ex potestate ministri, quia nempe creditur, non quia dicitur. O Lutherana fides, quæ Lutheranos infideliores reddis!

9 Præter hæreticos jam memoratos, sunt etiam plures Catholici, qui salvo eorum honore, circa sensum formæ absolutionis, scopum non attigerunt. Quidam enim dicunt, hæc verba: *Absolve te*, unice significare: *Ostendo, & declaro te esse absolutum*, sicut dum Christus dixit peccatrici: *Remittuntur tibi peccata multa*. Alii vertunt: *Aperio tibi januam Regni caelestis*, asserunt enim per contritionem infundi gratiam, non vero dari aditum ad beatitudinem, nisi per absolutionem Sacerdotis. Alii tenent per illa verba designari: *Ego tibi remitto onus iterum subjiciendi peccata tua Ecclesiae clavibus*. Alii tandem inquirunt formæ absolutionis sensum esse: *Ego remitto tibi poenam æternam, vel temporalem pro peccatis tuis debitam*. Ita Michaël Bajus prop. 56. 57. & 58. Sed nullus eorum exactum absolutionis significatum describit. Id optime præstat Catechismus in littera dicens, his verbis: *Ego te absolvo*, non solum declarari poenitentes absolutos, sed re ipsa ministerio Sacerdotum absolvi, cum formæ Sacramentorum idem efficiant, quod significant (a).

Tom. II.

Cc

Hanc

(a) Vid. Madalen tom. 2. tyrocinii moralis tractat. 4. quest. 1. art. 6. num. 619. & sequentibus, à pag. 341. & Billuart tom. 3. disert. 1. de poenit. art. 2. §. 2. pag. mihi 305.

10. Hanc veritatem docet Scriptura, confirmat Traditio, decernunt Concilia, stabiliunt Papæ, propugnant Theologi, & rationes evincunt. Quod quidem qua potero brevitate ostendam. In primis ex sacra pagina constat Christum tradidisse Discipulis potestatem ligandi, atque solvendi, remittendi peccata, aut retinendi, ut videre est Matth. 16. & 18. & Joann. 20. vers. 23. ubi dicitur: *Quorum remisseritis peccata remittuntur eis, &c.* Apostolica etiam traditione liquet Sacerdotes novæ legis vere penitentes absolvere, & non solum absolutos declarare. Cujus rei testes sunt locupletissimi Ecclesiæ Patres tam Græci, quam Latini. Ex Græcis videri possunt Origenes homil. 1. & 2. in Psalm. 37. & homil. 2. in Leviticum; Nazianzenus orat. ad Imperatorem, & ad Principes ejus. Cyrillus Alexandrinus lib. 12. in Joan. cap. 56. Theophilact. in cap. 20. Joan. & cap. 10. epist. ad Romanos. Sed clarius Chrysostomus lib. 3. de Sacerdotio cap. 5. & 6. ubi recitatis Christi verbis Joannis 20. supra relatis, ista eleganter subjungit: „*Quanam, obsecro, potestas hac una major esse queat? Pater omnifariam Filio potestatem dedidit; cæterum video ipsam eandem omnifariam potestatem à Filio illis traditam.*“ Et postea differentiam ponens inter Sacerdotes Mosaicos, & Evangelicos, inquit: „*Corporis lepram purgare, vel ut verius dicam, ne purgare quidem, sed purgatam ostendere Judæorum Sacerdotibus licebat; at vero nostris Sacerdotibus non solum corporis lepram, sed animæ sordes, non dico purgatas probare, sed purgare prorsus cessum est.*“

11. Similia tenent Patres Latini, ut Hilarius in cap. 16. Matth. Cyprrianus lib. 2. epist. 2. Pacianus Hispaniæ nostræ lumen, & Barcinonensis Ecclesiæ decus, epist. 1. ad Sympronianum Donatistam. Cujus verba ob summam elegantiam, & energiam dignissima sunt ut audiantur. Sic ergo loquitur laudatus Antistes ab anno  
cir-

circa 373: „*Quid ad illa tot similitudinum dominicarum argumenta respondent? Quod drachmam invenit mulier, & gratulatur inventam. Quod pastor ovem reportat erraticam. Quod filio revertenti post producta omnia bona, & cum meretricibus, & fornicariis epotata, pater blandus occurrit, & invidum fratrem ostensa ratione castigat? Filius, inquit, meus hic mortuus erat, & revixit, perierat, & inventus est? Quid ille in via vulneratus, à Levita, & Sacerdote præteritus? Nonne curatur? Revolve quæ Spiritus dicit Ecclesiis: Ephesios deserat dilectionis, accusat, stuprum Tiathyrenis imputat; Sardos in opere cessantes; Pergamos docentes diversa reprehendit, Laodicenorum divitias inurit; & tamen omnes ad poenitentiam satisfactionis invitat. Solus hoc, inquit, Deus poterat: verum est; sed quod per Sacerdotes suos facit, ipsius potestas est. Nam quid est illud, quod Apostolis dicit: *Quæcumque ligaveritis, &c.* Cur hoc, si ligare hominibus, ac solvere non licet?*“

12. Ambrosius lib. 1. & 2. de poenit. cap. 2. & in Psalm. 38. postquam judiciariam absolventi, ligandique potestatem ex clavibus Petro collatis palam fecit, hæc addit: „*Hoc Novatianus non audivit, sed Ecclesiæ Dei audivit, ideo ille in lapsu, nos in remissione, ille in impoententia, nos in gratia: quod Petro dicitur, Apostolis dicitur; non potestatem usurpamus, sed servimus imperio, ne postea cum venerit Dominus, & ligatos invenerit quos oportuit solvi, commoveatur adversus dispensatorem, qui ligatos servaverit servos, quos Dominus jusserat solvi.*“ August. lib. 1. de adulterinis conjugii cap. 9. & alibi, eandem traditionem confirmat, veluti sincerus antiquitatis depositarius, ut fatetur Calvinus. Nec posterioribus sæculis interrupta est hæc traditio, nam Victor Episcopus Vitensis circa annum 487. lib. 2. de persecutione Wandalica num. 11. inducit fidelium turbas cereos manu tenentes, suosque infantu-

los ante vestigia Martyrum projicientes, & voce ista clamantes. „ Quibus nos miseros reliquistis dum pergitis ad coronas? Qui hos baptizaturi sunt parvulos „ fontibus aquæ perennis? Qui nobis poenitentiae munus collaturi sunt, & reconciliationis indulgentia, obstrictos peccatorum vinculis soluturi? quia vobis dictum est: quæcumque solveritis super terram, soluta erunt & in Coelis, &c.“ Idem habet Sanct. Eligius homil. 4. ac Div. Bernard. serm. 1. in natali Apostolorum Petri, & Pauli, dicens: *Sententia Petri præcedit sententiam Cæli.*

13 Quibus concinit Synodorum Chorus, quarum præcipuæ sunt Constantiensis damnans Wiclefum, & Hussium; Florentina definiens, quod sicut per baptismum spiritualiter renascimur, ita per poenitentiae Sacramentum spiritualiter sanamur, cujus effectum ait esse absolutiorem à peccatis; & tandem Tridentina sess. 14. cap. 1. & 6. atque can. 9. decernens: „ Si quis „ dixerit absolutiorem sacramentalem Sacerdotis non „ esse actum judicialem, sed nudum ministerium pronuntiandi, & declarandi remissa esse peccata confitentii; „ anathema sit.“ Eundem tonum sequuntur Summi Pontifices. Quid enim clarius, quam quod Sanct. Leo Magnus ait serm. de transfigur. Domini: *Nec in ligandis, aut solvendis quorumcumque causis aliud ratum esset in Cælo, quam quod Petri sedisset arbitrio.* Et epist. 82: *Huius operi inaccessibiliter ipse Salvator intervenit, nec unquam ab his abest, quæ ministris suis exequenda commisit?* Quid expressius, quam quod intendunt Sanct. Pius V. Gregorius XIII. & Urbanus VIII. dammando illam Baii propositionem num. 58. „ Peccator „ poenitens non vivificatur ministerio Sacerdotis absolvantis, sed à solo Deo, qui poenitentiam suggerens, & inspirans, vivificat eum, & resuscitat; ministerio autem Sacerdotis solum reatus tollitur?

14 Eandem sententiam propugnant celebriores,

Theologi, ut Hugo Victorinus lib. 2. de Sacram. part. 14. cap. 8. qui ex professo hanc questionem versat. Angelicus Præceptor Divus Thomas 3. part. quest. 80. art. 3. ad 5. dicens: „ Sacramenta novæ legis non „ solum significant, sed etiam faciunt quod significant; „ unde sicut Sacerdos baptizando aliquem, ostendit „ hominem interius ablutum per verba, & facta, & „ non solum significative, sed etiam effective; ita etiam „ cum dicit: *Ego te absolvo*; ostendit hominem „ esse absolutum, non solum significative, sed etiam „ effective. “ Idem tenet Sanctus Doctor opusc. 22. cap. 1. dignus sane ut videatur. Sicut etiam Subtilis Doctor Scotus in 4. dist. 19. dicens: *Si Sacramentum poenitentiae re vera non remitteret culpam, aperte sequeretur, quod non esset Sacramentum novæ legis.* Quare sacra facultas Parisiensis die 1. Julii anni 1638. censura sua confixit librum Claudii Seguenotii Presbyteri Oratorii, *de Virginitate*, in quo asserbat, necessariam esse contritionem perfectam ad Sacramentum poenitentiae, & absolutiorem Sacerdotis solum esse juridicam declarationem peccati jam condonati.

15 Præter hæc dicta, placet aliquas adducere rationes ex Scriptura, Patribus, Tridentino, & Catechismo desumptas. Prima jam superius insinuata manet, quod scilicet formæ Sacramentorum efficiant quod significant. Secunda est, quia absolutio sacramentalis debet precedere in terris, ut rata habeatur in Coelis, juxta citata Christi verba Joannis 20. vers. 23. & Patres supra laudatos; atqui hoc non ita esset, si Sacerdos solum declararet peccata esse remissa. Tertia ratio est, quia Apostoli re vera solverunt Lazarum manibus, pedibusque ligatum; sed Lazari nomine intelliguntur poenitentes, quos Sacerdotes per Sacramentum poenitentiae solvunt: ergo non illos solutos tantum ostendunt. Ita explicat Augustinus tract. 2. & 49. in Joannem, aliisque multis in locis. Quarta ratio sic

effor-

efformatur : effectus Sacramenti poenitentiae juxta Florentinum est absolvere à peccatis , & juxta Tridentinum reconciliare peccatorem cum Deo : ergo non est solum declarare vel poenitentem absolutum , vel Deo reconciliatum. Ultima tandem esto , quia Catechismus hic §. 16. monet fideles , ut ingentes Deo gratias agant qui tam amplam potestatem in Ecclesia Sacerdotibus tribuit ; hi enim , ad differentiam Sacerdotum legis veteris , tanquam Dei ministri absolunt : ergo non tantum declarant poenitentes absolutos.

16. Adversus dicta superius plurima objici possunt , quæ ad tria præcipua breviter reducemus. Primum est , formam absolutionis veram esse non posse respectu poenitentis per contritionem , vel per aliam absolutionem jam à peccatis liberati , sicut à vinculis absolutus non potest dissolvi , & omnino nudus spoliari ; ac similiter in recipiente Sacramentum poenitentiae validum , & informe , juxta complures. Secundum est , quosdam Theologos non ignobiles , nempe Magistrum Sententiarum in 4. dist. 18. Divum Bonaventuram ibidem , Alensem , Gabrielem , & alios docere per hæc verba : *Ego te absolvo* , solum ostendi hominem esse à Deo absolutum : non ergo est cur tantopere irascamur Lutheranis , & Calvinistis. Ideo enim Petrus Suavis , seu Paulus Sarpi , in historia Concilii Tridentini , libro 4. ipsum sugillat Concilium illis Poetæ verbis : *Dans veniam corvais , vexat censura columbas*. Tertium denique est , quod asserit Scriptura solum Deum peccata dimittere , ut constat Isaie 43. vers. 25. & Luca 5. v. 21. ubi habetur : *Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus ?* quod asserunt etiam Sancti Patres.

17. Sed nihil obstant hæc omnia. Ad primum enim breviter dicimus cum Divo Thoma , hæc verba : *Ego te absolvo* significare Sacramentum absolutionis tibi impendo , hoc est , Sacramentum per se institutum ad producendam primam gratiam reconciliatricem cum

Deo,

Deo , licet per accidens , ut Scholæ verbis utar , possit producere augmentum gratiæ in homine aliunde sanctificato , vel carere effectui in poenitente non prorsus disposito , ut in Sacramento poenitentiae valido , & informi , si forte datur , quod etiam evenit in baptismo ; nec paritas nudi , aut à vinculis soluti faecisset nisi ei , qui non percipit ea quæ sunt spiritus. Ad secundum respondetur , illorum opinionem jam exoletam ab omnibus modo rejici , ab aliquibus etiam censura notari maxime post Tridentinum ; nobis autem , licet non probetur , nulla tamen nota inuritur , sed Ecclesiæ judicio derelinquitur. Solum dicimus , magnum intervenire discrimen inter præfatos Theologos , & Novatores hæreticos. Isti quippe idcirco docent absolutionem nudum esse ministerium declarandi peccata esse dimissa , quia eis nec poenitentia verum est Sacramentum , nec confessio peccatorum necessaria , nec absolutio actus judicii , qui coram Deo animam à peccatis emundet , sed ad unum poenitentis solatium , & caterorum exemplum dumtaxat inserviat. At ab his erroribus longe absunt Auctores supra citati , ut sapienter advertunt Tournely , Perrimezzi , & alii.

18. Ad ultimum facile respondetur , solum Deum tanquam causam principalem condonare peccata , Sacerdotes autem tanquam Dei ministros ; & ideo non debent de sua potestate præsumere , velut à nemine dependentes. Claves enim regni Cælorum , quas Dominus benignissime Sacerdotibus contulit , non aperirent , nisi volvantur dextrorum , ut ita dicam , hoc est prudentia , atque maturo judicio. Quare summa diligentia attendere debent absolutionis Ministri , quales sint poenitentes , & quomodo ad confitendum accedant : an scilicet eam modestiam , humilitatem , devotionem , gravitatem , & alia præferant , quæ sint vere poenitentis indicia , ut docet Catechismus in littera §. 17. Si enim ad tribunal poenitentiae venerint

fe-

feminae crispato crine, fucata facie, pectore pene nudato, indecoris vestibus, aliisque signis superbiam, lasciviam, & inverecundiam designantibus, increpanda sunt acriter, non absolvenda, donec fuerint emendata; & similiter de aliis dicendum est, ut docet Sanctus Carolus Borromeus in instructione Confess. ubi etiam ritus in hoc Sacramento adhibendi, ut ait Catechismus, solide præscribuntur. De quibus fuse agit doctissimus Amort tom. 3. Theologiae ecclesiasticae, in appendice ad tract. de poenit. part. 2. pag. 563. Sed pro secunda orationis parte satis.

19. Ad tertiam itaque deveniamus, in qua probanda est hæc conclusio: *Sacerdotes hæretici, schismatici, & excommunicati, licet absolutionis verba proferrant, non possunt poenitentes absolvere, nec in articulo mortis.* Nam ad hoc requiritur in Sacerdotibus, præter potestatem ordinis, potestas jurisdictionis, vel ordinariæ, vel delegatæ, ut docet Tridentinum sess. 14. cap. 7. Sed licet hanc potestatem habeant omnes Sacerdotes Catholicæ pro articulo mortis, juxta Tridentinum citatum, ea non pollent hæretici, &c. Quod multis probat Illustrissimus Fagnanus in cap. *Non est vobis de sponsalibus*, ubi expressam adducit declarationem Sacræ Congregationis Conc. Trid. Nec valet responsio Francisci Mariæ Campioni citati ab Illustratore Cuniliati, dicentis Cardinalem Albicium testari hanc declarationem non inveniri in regestis decretorum dicte Congregationis, sicque signum esse, vel non emanasse, vel expunctam, aut revocatam fuisse (a). Non, inquam, valet, quia quod non reperitur regesta non probat non prodiisse, cum plura documenta Bullarum, Decretorum, & similium non reperiantur authentica, & tamen quia citantur ab Auctoribus fide dignis tanquam vera, & genuina admittuntur, ut sunt plures

(a) Vld. Cuniliat. tom. 2. tract. 14. cap. 6. §. 13. pag. 200.

canones Concilii Niceni, qui in exemplaribus hodiernis non habentur, & tamen admittuntur ab Illustrissimo Cano, Magistro Nugno, Cardinali Aguirre, aliisque criticis emunctæ naris (a), quia ab antiquis scriptoribus recitantur, quod multis aliis exemplis probari posset: ergo quamvis non reperitur, &c.

20. Hæc sane ratio, nisi meus me fallat animus, efficacissima est. Si enim integerrimi viri, & à secretis Congregationum, fidem non faciunt: quis in mundo fidem faciet? atqui Illustrissimus Prosper Fagnanus talis fuit per multos annos, & rectissime suo munere functus est, ut ex Lambertini, & aliis cum saepe laudantibus, nullis reprehendentibus, clarescitur. Quod secundo loco dicitur, nempe illam declarationem fuisse expunctam, etiam facile enervatur; quia vel expuncta fuit à iudice competenti, vel non? Si expuncta assignetur; utpote nulla sententia censetur revocata, nisi per aliam quæ certo constat. Si secundum, illius declarationis vis non infringitur, sed in suo robore manet. His addimus, Concilium Eliberitanum in Hispania celebratum anno 305. can. 38. nolle catechumenum in infirmum fatiscentem baptizari nisi à fidei in statu gratiæ existenti; & nos dicemus Tridentinum velle jurisdictionem impertiri hæretico, &c.?

Ad fustorem conclusionis probationem videantur ipse Fagnanus loco supra citato super 4. Decretalium capite 11. à pagina mihi 7. Cyprianus in questionibus Theologicis selectis, moralibus, & dogmaticis, editis Romæ anno 1684. questione 1. à pagina 1. usque ad 50. ubi pro eadem opinione plurimos Auctores adducit, quam ex posterioribus tenent etiam Pontas tomo 1. verbo *absolutio*, casu 34. *Concilium II.* *Dd* *ci*

(a) Videntur Canes lib. 6. de locis cap. 4. Nugno in suppl. 3. part. quest. 2. art. 3. dif. 2. pag. 409. col. 2. Et Aguirre tom. 1. Concilior. Hispanie dissert. 8. excursus 2. & sequentibus à pag. 116.

cina tomo 9. libro 2. dissertatione 2. capite 6. §. 2. questione 14. pagina 336. & alii. Pro contraria vero possunt videri plures, quos citat Castellus in 4. distinctione 19. questione 3. & 6. Cænis de penitentia parte 5. ad 2. pagina milii. 549. Sayrus de Sacramentis libro 2. capite 8. articulo 2. Billuart tom. 3. tractatu de penitentia dissertatione 6. articulo 8. pagina 427. Collet tomo 6. parte 2. capite 8. articulo 4. sectione 8. numero 663. pagina 135. Cuniati tomo 2. tractatu 14. capite 6. §. 13. pag. 199. Ferraris verbo *Moribundus* numero 33. & alii.

## PRÆLECTIO XVI.

### De partibus Sacramenti Pœnitentiæ,

ad expositionem cap. 5. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini,  
à §. 19. ad 21.

**C**um acutissimus quidam Antistes hujus Diocesis Balcarum (a), in petitionibus observasset plures competitores semper penitentia Sacramentum ex-

(a) Illustrissimus Franciscus Garrido, & Vega Episcopus Majoricensis, ac postea Cordubensis, à nobis etiam laudatus in prologo tomi primi pag. XL in calce. Nec immerito quidem, ob præclara opera patriæ nostræ præstia, quæ saxa, & parietes ipsi testantur: tum nova turris Ecclesiæ Sanctirolivalium Oliveti, seu Olivarii; tum pælliarum Orphanotrophium penitus restauratum; tum Seminarium Conciliare, (edificium sane magnificum, nullique secundum,) ejus sumibus et fundamen-

ponere, idem sæpius inculcare, eandem crambem recoquere, ac crudiozem aliquando relinquere; hæc molestiam valde perturbans, lepide dixisse fertur: *Jam me tante penitentia pœnitet*. Nollem ego, Concessores amplissimi, ut vos etiam pœniteret audire dissertationem istam de penitentia demandatam, ad expositionem cap. 5. secundæ partis Catechismi Romani à §. undevigesimo usque ad vigesimum primum; sed è contrario vehementer optarem, ut vobis dicenda placerent. Licet autem ad hoc sedulam navaverim operam, non tamen adeo tumide de ingenioli mei viribus sentio, ut istud assequi posse confidam; sum enim tenuitatis meæ conscius, & stili prorsus ingulci; sicque ingenue fateor, plurima, ne dicam omnia, minime vobis probatum iri. Cæterum quanto me minus fuerint vestri expectatione digna, tanto benignitas vestra, cun-

Dd 2 ctis

tis ad tectum usque productum, in eisd, ni fallor, plusquam viginti millia aureorum nummum impendit: tum denique alia plura à dextera illius, insula sinistra, peracta, quæ nonquam à Balcarum memoria delebantur. Sed non est hic silentio prætermittendum, ejus curæ magna ex parte debent Sacra Theologiæ incrementum.

Cum enim prius in concursibus ad parochialia beneficia solum haberentur prælectiones super Quartum Sententiarum, ipsique competitorum acum libere insurgerent, ac fere semper optatum punctum extraherent: sicque usque perfectione ad Sacramentum eisdem elaborata, vel aliunde quærita, jam posset quilibet securus incidere; prædictissimus Præsul, ad hinc contumidum absum, ad imperitos quosdam aversus, ad vitandum fastidium istam sæpius ausiliandi; & ad agerendum largientem Theologiæ campum, statuit ut totum Magistri Sententiarum opus traderetur ad sortes ab ephebo quodam famulo, non ab ipsa competitoribus eligendas. Quo factus est, ut in posterum qui petitionum viam capessere velient, uberius instruerentur. Idem potiori ratione præstatum fuit, dum ejus successor Illustrissimus Joannes Diaz de la Guerra Catechismum Romanum proponit elucidandum, sortibus magis rigore prescriptis, globulis scilicet & sacculo desumendis, ut nulla manus posset intervenire. Plura alia scitu digna de priori illo Episcopo videri poterunt in ejus elogio funebri habito à Joanne Josepho de Segovia die 20. Januarii anno 1777. & in catalogo Episcoporum Cordubæ tom. 2. in appendice pag. 823. & seq. Nobis hæc pauca addere placuit cum respectu ad caput 31. & 44. Ecclesiastici.

ctis allatim nota, digna magis erit ut erga me eluce-  
scat. Hoc igitur argumento erectus, & præcipue divi-  
na ope munitus, ordiari dicere in nomine Patris, &c.

2. Punctum heri sortibus traditum clariori metho-  
do discussurus, peropportuno existimo sic orationem  
disponere, ut prius brevem litteræ synopsis exhibeam,  
exhibitam fuse dilucidem, dilucidatam tandem, the-  
sis probatione concludam. Utinam feliciter! Manus igitur  
operi adhibendo, textus litterarum summarim ob oculos  
pono dicens ita incipere textum paragrapho 19.: *Quod autem in Scripturis legitur*, &c. Ita vero finire  
§. 21.: *Dua reliqua antecedant*. §. 1. docet rectissime  
Catechismus, dum in sacris litteris, vel apud Eccle-  
siaz Patres quaedam occurrunt sententia, quibus affir-  
mari videtur aliqua peccata non posse remitti, eas ita  
esse interpretandas, ut difficilem admodum veniam im-  
petrationem intelligamus, non vero penitentiam desperandam.  
In 2. asserit, nullius lethalis peccati remissionem sine penitentia impetrari, nec sperari quidem  
ullo modo posse, imo etiam venialia indigere aliquo  
penitentia genere. In 3. tandem partes totam, inte-  
gramque penitentiam constituentes esse dicit contri-  
tionem, confessionem, & satisfactionem; easque ita  
inter se conecit, ut contritio contentendi, & satisfac-  
iendi consilium, ac propositum inclusum habeat; confessionem contritio, & satisfactionis voluntas, satisfac-  
tionem vero duæ reliquæ antecedant. En litteræ  
Catechismi epitomen.

3. Nunc ad ipsius elucidationem, prout secundo  
loco nos facturos pollicebamur, veniamus. Primum  
igitur tacitam objectionem dissolvit in littera Cate-  
chismus, contra illud quod supra dixerat, nullum nempe  
esse tam grave, & nefarium scelus, quod peni-  
tentia nequeat expiari. Et merito quidem; hoc enim  
non semel verbo, & opere docuit ipse Deus 2. Reg.  
12. Psalm. 31. & 50. Isaïæ 45. Jeremiæ 3. Ezechie-  
lis

lis 18. Danielis 4. Matthæi 18. & 19. 1. Joannis 1.  
& alibi millicies, ubi clementissimus Dominus peccatores  
erigit sit per penitentiam convertantur, & omnium  
iniquitatum eorum obliviscetur, veniam tribuet, &  
cuncta peccata in profundum maris projiciet; quoniam  
misericordiæ ejus non est numerus, & præstabilis est  
super malitia hominum. Idem asserunt Ecclesiaz Patres,  
& catholici omnes una voce fatentur. Non tamen de-  
fuerunt hæretici, qui peccata nonnulla irremissibilia  
esse dixerunt, graviora scilicet, ut homicidium, adul-  
terium, idololatram, blasphemiam, & hujusmodi alia.  
Sic deliravit tum Montanista, tum Novatianus. *Delirata*,  
inquirebat Testullianus & catholico Montanista  
infeliciter factus, lib. de pudicit. cap. 2. *dividimus in  
duos exitus, alia sunt remissibilia, alia irremissibilia.*  
Et Div. Ambrosius lib. 1. de penit. cap. 2. Novatiano-  
rum errorem describens, dicit: *Assist se, exceptis  
gravioribus criminibus, veniam levioribus relaxare.* Sed  
videamus quibus momentis hæc heresis propugnatur,  
quorum solutione littera Catechismi clarius illustra-  
bitur.

4. Dicit ergo aliquis pro hæreticis certare volens:  
asserit Matthæus cap. 12. vers. 31.: *Omne peccatum, &  
blasphemia remittitur hominibus, spiritus autem blasphemie non remittetur.* Et rursus versus sequenti: *Quicumque  
dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei:  
qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur  
ei neque in hoc seculo, neque in futuro.* Asserit  
Apostolus ad Hebræos 10. vers. 26.: *Voluntatis enim  
peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam  
non relinquatur pro peccatis hostia.* Et blasphemia in  
Spiritu Sanctum, & apostasia, non erunt irremis-  
sibiles? Id ipsum asseverant Patres. Athanasius epist. ad  
Serapionem num. 12. *Eos, ait, qui Pharisæorum instar  
Beelzebubis esse Christi opera blasphemaverint, remissionem non consequuturos.* Pacianus epist. 3. tom. 4.  
Bi-



Biblioth. Patrum, de peccato blasphemie in Spiritum Sanctum loquens: *Hoc est ergo, inquit, quod non dimittetur: reliqua bonis penitentibus, frater Symproniae, donantur.* Hieronymus in cap. Matthæi supra laudatum tom. 4. pag. 50. scribit: *Qui etiam manifeste intelligens opera Dei, cum Dei virtutem negare non possit, eandem, stimulatus invidia, calumniatur, & Christum, Deique Verbum, & opera Spiritus Sancti dicit esse Beelzebub, isti non dimittetur neque in presenti sæculo, neque in futuro.* Et clarius epist. 149. ad Marcellam, ubi iis qui tormentis compulsi Deum negant, ita docet esse penitentiae locum, ut tamen defutarum asserat, si in Spiritum Sanctum blasphemaverint: *Doceat, (hæc sunt ipsius verba) doceat Novatianus aliquem negatorem Beelzebub vocasse Christum, & ultro referam gradum, negatorem non posse veniam consequi post ruinam.*

5 Nec blasphemiam in Spiritum Sanctum solummodo, sed & apostasiam irremissibilem esse testatur Hermas Auctor primi sæculi & discipulus Pauli, in lib. qui dicitur *Pastor*, ubi de his qui Deum abnegarunt loquens 3. part. similit. 8. *Hic, inquit, non est penitentiae locus.* Quo sane nihil clarius. Similiter Clemens Romanus, seu quisquis est auctor Apostolicarum Constitutionum lib. 2. cap. 23. sic tenet: *Si quis instructa veluti acie rebellis delinquit tentans Deum, quasi malos non insectantem; huiusmodi venia carebit.* Nec dici valet duo præfata opera esse apocrypha; non enim quodlibet opus apocryphum auctoritate carer, alias nec Eusebii Cesariensis historia, nec alia plura ullius forent utilitatis, quod solus dicit qui apocryphorum genera nescit; à criticis autem emunctæ natis non contemnuntur dum antiquissima esse constat, & ab aliis doctissimis viris citata, quamvis in eis novos advertant, aut nomen veri auctoris non præferant, quod multis facile probari posset. Certe liber

Her-

Hermæ, qui *Pastor* inscribitur, à pluribus Patribus commendatur; & constitutiones Apostolicæ, antiquam Ecclesie praxim ostendunt (a). Cum igitur ex eis liqueat aliqua peccata esse irremissibilia, non est cur Montanistas, & Novatianos insectemur; quibus etiam arma ministrant duo exempla in sacra pagina expresse tradita. Legitur siquidem 2. Machab. cap. 9. Antiochum orationem fudisse ad Dominum, à quo non erat misericordiam consequuturus. Et ad Hebræos 12. Esau non invenisse penitentiae locum, quamvis cum lachrymis inquisisset eam.

6 Verum enim vero, hæc omnia non nisi imperitiis fucum facient. Quicumque enim vel mediocriter fuerit in Scriptura, Patribusque versatus, probe intelliget per hyperbolem ea omnia ab ipsis fuisse assera, ita ut, quod difficile admodum dimitti solet, impossibile dicatur, ut optime respondet in littera Catechismus, id apposite explicans exemplo morbi, qui insanabilis dicitur, non quia medicina tolli nequeat, sed quod illa ægrotus uti nolit. Atque sic intelligendum esse Matthæum, asserunt communiter Sancti Patres, à quibus adducendis abstineo, ne in hoc tantum tota impendatur oratio (b); unum sufficiat audire Chrysostomum super laudata verba dicentem honilla 42.: *Quid igitur est quod dicit? Significare voluit præ omnibus hoc peccatum minus esse ignoscibile.*

7 Ad illud epistolæ ad Hebræos respondent Lutherus alique novatores, illam non esse canonicam, neque Pauli; sed utrumque falsissime, ut præter alios luculentè evincit Illustrissimus Canus lib. 2. de locis. cap. 9. conclus. 3. qui etiam in relectione de Pœnitentia part. 5. ad 1. argum. doctè, ac eleganter, pro more, dissolvit Apostoli verba relata superius, dicens Paulum à ple-

(a) Vid. Segura in polo Critico discursu 5. §. 1. & 2. maxime divisione 2. & 7. ubi multa de Hermæ tradit. Similiter Selvagus lib. 2. antiquit. Christ. cap. 11. §. 3. num. 12. & lib. 3. cap. 11. §. 4. & 5. (b) Vid. Berti tom. 4. lib. 34. cap. 3. pag. 137. Lestrain, Tournely, & alii.

plerisque Sanctorum interpretari non de poenitentia, quae post baptismum fit, sed de poenitentia quae fit in baptismo, qui videlicet semel dumtaxat percipi potest. Sic Chrysostomus, Theophilact., Ambrosius, & August. ab ipso Cano citati, quibus addimus Divum Thomam in exposit. hujus epistolae lect. 2. Potest etiam intelligi de poenitentia post baptismum, nec obstat eam ab Apostolo ibi cap. 6. vocari impossibilem; hoc enim, ut initio dicebamus cum Catechismo in textu, solum denotat maximam difficultatem. Sicut Matthaei 19. quod ante Dominus dixerat, difficile esse divitem intrare in regnum Caelorum, est vestigio dixit esse impossibile, quemadmodum exposuit Hieronymus super cap. 60. Isaiae; & pridem Aristoteles l. lib. de Caelo cap. 11. inter reliquas significationes hujus vocabuli *impossibilis* eam annumeravit, ut quod non facile, neque cito, neque bene fieri potest, impossibile dicatur.

8. Apostolum igitur hyperbolice, ac exaggerata oratione fuisse loquutum, illud primum argumento est, quod statim subdit: *Rememoramini autem pristinos dies.* Et paulo post: *Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quae magnam habet remunerationem.* Illud etiam hoc confirmat maxime, quod cum dixisset cap. 6. ejusdem epist.: *Impossibile esse eos qui semel sunt illuminati... & prolapsi sunt, rursus renovari ad poenitentiam;* ne existimaretur nullam fore rerum expectationem meliorum, quasi à desperatione ad spem eos revocare cupiens ait: *Confidimus de vobis, dilectissimi, meliora, & viciniora saluti, tametsi ita loquimur.* Ex quo temperamento Hieronymus libro adversus Jovinianum secundo colligit Apostolum Hebraeos per exaggerationem territasse (a).

9. In eundem quoque sensum laudatos Patres esse intelligendos contextus ipse evincit, ex quo erudimur eos

(a) Vid. Canas lib. 12. de locis cap. 12. post mediam, pag. mihi 420.

eos ita loquutos esse, dum qui ejusmodi peccatis se inquinaverint in perversitate permanent; cumque hoc saepe numero iis contingat, qui non ignorantia, aut infirmitate, sed sola perveracitate malitia peccant, quales sunt in Spiritum Sanctum blasphemantes, Idololatras, & Deum tentantes: hinc est quod speciatim à Sanctis Patribus hujusmodi peccata irremissibilia vocentur; alioquin, si ita non esset: quorsum laudata similitudine Hermas subjecerat: *Qui si cito poenitentiam egerint, in turri sedem habebunt; si vero tardius egerint, in muris habitabunt; si autem non egerint, mortem sibi adquirent?* Quorsum eodem Apostolicarum constitutionum capite hæc præmitterentur: „gravius delictum Idololatras, tria non reperitur, est enim in Deum impietas; nihil, hominus tamen & illud per sinceram poenitentiam condonatum est? Et quo ad Pacianum spectat, paradoxum profecto est in eadem epist. qua in Novatianos acriter invehit, ejusdem erroris patronum facere; invehit autem dominica illa sententia: *Quacumque solveritis, &c.* Cui addit Sanctissimus Præsul: *Cum Christus hæc dixit, nihil excepit, non magna, non modica peccata.*

10. Pro Athanasio vero, atque Hieronymo, quid opus est apologiam texere, ut eos ab hoc errore purgemus? Cum nemo clarius, nemo expressius ipsis omnium peccatorum veniam propugnaverit. Alter scilicet in lib. de communi essentia Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; alter ad Oceanum epistola, & lib. 1. adversus Pelagianos cap. 10. Nec oppositum docuit epist. ad Marcellam, sed illud solum permisit ab adversariis traditum, ad illos brevius profligandos, corrente calamo respondens Marcellæ, ut ipsa optabar (a). Exempla quoque laudata

Tom. II. Ee ni

(a) Vid. Tournely tom. 9. de partib. quest. 2. art. 1. in respon. ad 6. Collet tom. 6. part. 2. cap. 2. art. 1. ad object. 9. pag. 93; & Ledruin tom. 2. lib. 6. q. 3. cap. 1. §. 2. ut insunt, pag. 37.

nihil omnino ad rem. Esau enim, ut scribit Chrysostomus homil. 30. in epist. ad Hebræos, non ut oportuit penitentiam egit. Nimirum de amissa hereditate, non de commissis sceleribus doluit, sed continuo in Jacob fratrem odio, & invidia contabuit. Antiochum etiam citato Machabæorum capite poenituisse legimus, quoniam *per momenta singula doloribus suis augmenta capientibus, factorem suum ferre non poterat.* Unde clarum est eos à Domino misericordiam non consequutos, non quod ipsorum peccata venia donari non possent, sed quod illos non vere, ac ut par erat, peccatorum poenituit. Atque his quidem satis, quantum pro primi paragraphi elucidatione de nobis expectari poterat, attulisse opinamur.

11. In secundo vero paragrapho explicando, ut clarior procedamus, prænotare oportere arbitramur, quæ ad salutem sunt necessaria ea esse in duplici differentia. Nam quædam solum sunt necessaria quia præcepta, ut à morte innocentem erare, vota reddere, juramenta servare. Alia vero necessaria sunt ut media, & inde in præcepto, quia media necessaria, ut credere in Christum, & baptismum suscipere. Rursus, quædam ex his ita necessaria sunt, ut sine ipsis salus obtineri minime queat, sic fides in supremum moderatorem; quædam vero ita solum sunt necessaria, ut si reapse haberi non possint, saltem voto suppleri valeant. Dicimus ergo nunc unicuique post baptismum lapsio ita necessaria esse poenitentia Sacramentum, ut sine ipso, vel ejus voto nemini salus speranda sit. Quod cum proacriter negent Wiclefite, ac Lutherani, veterum hæreticorum surculi, teste Illustrissimo Bossueto, ideo ad amputationem eorum, & ad expositionem litteræ Catechismi, firmissimis tum Scripturæ, tum Patrum testimoniis hanc veritatem catholicam breviter stabilieamus.

12. Quæ quidem in primis clare colligitur ex Matth.

16.

16. ubi Christus Petro dixit: *Tibi dabo claves regni Cælorum, &c.* Cum enim per peccatum mortale à baptismo commissum, Cælam peccatorum obseretur, necesse est ut per claves Petri, & successorum aperiatur; quod non aliter profecto fit, quam per absolutionis Sacramentum, nec enim soluta erant in Cælo, quæ non solverit Petrus in terra. Evincitur pariter ex illo Joan. 20.: *Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt.* Si enim quæ non absolvunt Sacerdotes retenta manent, necesse est, si retineri volumus, ut à Sacerdotibus absolvamur. Idem etiam demonstrat illud Apocalyp. 2.: *Memor esto unde excideris, & age poenitentiam, & prima opera fac.* Sin autem, *veniam tibi cito, & movebo candelabrum tuum de loco suo, nisi poenitentiam egeris.* Idem illud Ecclesiastici 2.: *Si poenitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini.* Et præ ceteris illud Lucæ 13. à Catechismo relatum: *Nisi poenitentiam habueritis, omnes simul peribitis.*

13. Eandem quoque veritatem Patres clarissime docent. Origenes hom. 10. super Numeros: *Laius si peccet ipse suum non potest auferre peccatum, sed indiget Sacerdote, ut peccatorum remissionem possit accipere.* Ambrosius ad Virginem lapsam cap. 8.: *Non aliud remedium post baptismum constitutum est, quam poenitentia solutium.* Augustinus ad Honoratum epist. nunc 228. num. 8. *Si ministri desint; quantum exitium sequitur eos qui de isto sæculo vel non regenerati exeunt, vel ligati! quantum est etiam luctus fidelium suorum, qui eos secum in vita eterne requie non habebunt!* Victor Uticensis, seu de Vite, in Africa Episcopus sub Zenone Imperat. lib. 2. de persequutione Wandalica num. 11. inducit fidelium turbas cereos manibus gestantes, suosque infantulus ante vestigia Martyrum projicientes, ac voce ista clamantes: „Qui nobis „ poenitentia munus collaturi sunt, & reconcillationis

Ee 2

„ in-

„ indulgentia obstrictos peccatorum vinculis soluturū;  
 „ quia vobis dictum est: quaecumque solveritis super  
 „ terram erunt soluta.“ Sanctus Leo Papa epist. 69. ad  
 Theodor. ait: „ Multiplex misericordia Dei ita lapsi-  
 „ bus subvenit humanis, ut non solum per baptismi  
 „ gratiam, sed etiam per poenitentiae medicinam spes  
 „ vite reparatur, ut qui regenerationis domum violas-  
 „ sent, proprio se iudicio condemnantes, ad remissio-  
 „ nem criminum pervenerint; sic divina bonitatis prae-  
 „ sidiis constitutis, ut indulgentia Dei nisi supplicatio-  
 „ ne Sacerdotum nequeat obtineri.

14. Absent ergo Lutherani, & clamant voce majo-  
 ri, poenitentiae Sacramentum non esse post baptismum,  
 lapsis necessarium; nos vero scripturae, traditioni, aliis-  
 que solidissimis fundamentis inherentes, contrarium pro-  
 firmur. Ita tamen ut si in re haberi non possit hoc Sa-  
 cramentum, ipsius votum sufficiat; quemadmodum  
 baptismi votum adatis volentibus, ac non valentibus  
 baptizati ad salutem opitulatur. „ Si autem (ait Sanct.  
 „ Leo loco supra citato) aliquis quocumque interceptus  
 „ obstaculo a munere indulgentiae praesentis exciderit,  
 „ & priusquam ad constituta remedia pervenerit, tem-  
 „ poralem vitam humana conditione finierit, non ne-  
 „ cesse est nobis, eorum qui sic obierint merita discu-  
 „ tere.“ Quasi diceret non propterea desperandum eos  
 salutem esse consequutos. Quare merito docet Synodus  
 Tridentina sess. 6. cap. 14. poenam aeternam, & cul-  
 pam Sacramento poenitentiae, vel ejus voto remitti. In  
 quo catholici omnes consentiunt.

15. Ceterum non una est Theologorum sententia in  
 assignando leviorum criminum, quae venialia dicuntur,  
 remissionis modo. Haec siquidem in re quidam negant  
 esse necessarium ullum poenitentiae actum etiam vir-  
 tualis, existimantes sufficere quemcumque actum bon-  
 num, qui magis Deo placeat, quam displiceat venia-  
 le peccatum, licet ad ejus remissionem non ordinetur.

Ho-

Horum suppositionem rotunde negaret celebris Croisetus  
 alicubi scribens, plus displicere Deo unum veniale pec-  
 catum, quam ei placeant omnia opera bona justorum.  
 Hoc cum hispanica lingua legisset quaedam Sanctimo-  
 nialis, tota cohorruit, & mille anxietatibus perturbata  
 directorem vocabit, qui eam prudenter, ut opinor, so-  
 latus est; postea doctissimus quidam Theologus pro-  
 positionem illam valide confutavit, & defendam detul-  
 lit ad sacrae Inquisitionis tribunal; at res, ni fallor,  
 indecisa remansit. Sed à diverticulo ad viam. Duran-  
 dus opinionem omnino contrariam tenet, dicens requiri  
 actum poenitentiae formalis ad peccatorum venialium  
 remissionem.

16. Mediam, ac regiam viam sequuntur alii cum Di-  
 vo Thoma 3. part. quaest. 87. art. 1. & Catechismo in  
 textu, dicentes aliquo etiam poenitentiae genere indige-  
 re leviora peccata, nempe poenitentia virtuali, quae  
 tunc habetur, quando quis actu ita fertur per affectum  
 in Deum, & res divinas, ut quidquid sibi occurreret,  
 quod eum ab hoc motu retardaret, displiceret ei, &  
 doleret se commississe, etiamsi tunc de illo non cogitet;  
 si autem illud in mente habeat veniale peccatum, debet  
 formaliter detestari, quia licet non avertat omnino vo-  
 luntatem à Deo, sicut mortale; eam tamen detinet ne  
 in ipsum feratur uti oportet, ex quo plurima derimen-  
 ta proveniunt non contemnenda, ut graviter monent  
 Patres, & ascetici Scriptores. Docendi igitur sunt fi-  
 deles peccata etiam venialia pro viribus esse vitanda,  
 & postquam comissa sunt non tam facile dimitti, quam  
 falso putatur; sacramentalia enim, & quaecumque me-  
 dia ab Ecclesia ordinata ad venialium remissionem,  
 nihil illis prosunt qui de venialibus parum, aut nihil  
 curant, minusque illis, qui affectum habent ad ipsa:  
 semper igitur sunt detestanda.

17. Sed postulat jam tempus ut ad tertium Cate-  
 chismi paragraphum nostra decurrat oratio, ubi decla-  
 ran-

randum est quot, & quænam sint pœnitentiæ partes. Lutherus enim in refutatione articulorum Lovanien- sium, cap. 37. & apud Pallavicinum lib. 12. histor. Conc. Trid. cap. 10. num. 3. duas tantummodo com- miniscitur, terrores videlicet conscientie incussos, agni- to peccato, & fidem conceptam ex Evangelio, seu absolute, qua quis credit sibi remissa esse peccata. Calvinus vero lib. 3. instit. cap. 3. §. 8. duas alias longe diversas assignat, mortificationem scilicet vitio- sarum affectionum, & vivificationem virtutum, qua- tenus peccator per pœnitentiam moritur vitiiis, ac vir- tutibus, bonisque operibus vivere incipit. Anonymus quidam impugnatus à Divo Thoma opusc. 22. c. 4. docebat impositionem manuum esse partem essentia- lem Sacramenti pœnitentiæ. Similiter Marianus Victo- rius lib. de Sacramento confessionis cap. 13. in fine. Cui opinioni partim adhaeret Carolus Witasse de Sa- cramento pœnit. quaest. 2. art. 2. concl. 6. Tandem Subtilis Doctor Scotus in 4. dist. 14. quaest. 4. & dist. 16. quaest. 1. opinatur hoc Sacramentum in sola ab- solutione Sacerdotis essentialiter consistere, quem cum Scotistis sequitur Maldonatus part. 3. de pœnitentiâ, thesi 7.

18 Verum Lutheri error facile confutatur; tum quia impii plerumque terroribus conturbantur, dum instar demonum credunt, & contremiscunt, quia res- piciant, ut Baltasar Danielis 5. Antiochus 2. Machabæorum 9. Esau ad Hebr. 12. Felix Praefectus Acto- rum 24. & alii; tum quia vana est illa fiducia de cer- titudine remissionis consequendæ per ipsam, ut fuse probant Theologi tract. de justific. (a); tum denique quia partes Sacramenti pœnitentiæ ab eius virtute oriri debent; illi autem terrores, atque fides, sive fiducia, ab ea non oriuntur, sed illam antecedunt, & excitant, ut

(a) Vid. tomus primus prælect. 24. à num. 19. pag. 341. & seq.

fides, spes, caritas, aliæque virtutes, quas nemo som- niavit esse pœnitentiæ partes. Quare merito hunc er- rorem damnavit Synodus Tridentina sess. 14. can. 4. Eadem facilitate rejicitur error Calvinii dicentis mor- tificationem, & vivificationem esse partes pœnitent- iæ. In primis enim iusti non indigent pœnitentiâ, ut dicitur Lucæ 15. & tamen indigent mortificatione car- nis, ac vivificatione spiritus, cum debeant corpus in servitutem redigere. Præterea: mortificatio, & vivi- ficatio, juxta Calvinum, & Bezam, sunt fructus justi- ficationis, & consequenter nedum justificatione poste- riores, sed etiam pœnitentiâ, quæ ipsam justificatio- nem præcedere debet, ut clare colligitur ex sacris lit- teris: quomodo igitur esse poterunt ejus partes? Unde Lutherani, & Calvinistæ per oppositas vias aber- rant; illi assignantes pro pœnitentiâ motus antecedentes; isti vero motus ipsam pœnitentiâ consequentes. Nunc brevissime impugnabimus asserentes impositio- nem manuum esse Sacramenti pœnitentiæ partem. Cum hoc nec ex Scriptura, nec ex Traditione constet; si- que aliquando viguit iste ritus, sæpe fiebat ante, aut post pœnitentiâ, & Eucharistiam, ac etiam à Dia- conis, qui nunquam fuere hujus Sacramenti ministri, ut multis exemplis evincunt Auctores, qui consuli possunt; nobis enim hæc jam allatam esse videntur pro expositione litteræ textus.

19 Ad ultimum ergo deveniamus, probaturi hanc thesim: *Contritio, confessio, & satisfactio in voto sunt partes essentielles, ac materia proxima Sacramen- ti pœnitentiæ.* Ira communiter docent Theologi contra Scotistas, & Maldonatum, ut supra diximus. Sic- que probatur conclusio: Concilium Florentinum, seu Eugenius IV. in Decreto pro instructione Armenorum ait: *Hæc omnia Sacramenta tribus perficiuntur; vide- licet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, &c.:* ergo Sacramentum pœnitentiæ non in sola abso- lu-

lutione consistit, cum hæc tantum sit ejus forma, ut asserit Tridentinum. Nec valet solutio Maldonati dicentis, absolutionem sub diverso respectu sumtam habere locum materiæ simul & formæ Sacramenti poenitentia; materia scilicet quatenus sensibus percipitur; formæ vero quatenus vim habet significandi peccatorum remissionem. Non inquam valet, quia forma Sacramenti non minus debet esse sensibilis quam materia; tum quia Eugenius aperte distinguit verba, quæ sunt forma Sacramentorum, ab ipsorum materia.

20 Præterea in eadem Florentina Synodus, loquens de poenitentia, inquit: „Quartum Sacramentum est poenitentia, cujus quasi materia sunt actus poenitentis, qui in tres distinguuntur partes, quarum prima est cordis contritio, secunda est oris confessio, tertia satisfactio pro peccato.“ Similia tenet Synodus Tridentina sess. 14. cap. 3. & can. 4. ubi definit actus poenitentis esse hujus Sacramenti partes ad ejus integritatem requisitas; ergo ex ipsis intrinsece componitur poenitentia Sacramentum, sicut corpus humanum ex manibus, pedibus, aliisque partibus integratur. Insuper eadem Synodus docet eas partes esse quasi materiam hujus Sacramenti; atqui quæ alicui entis extrinseca sunt, eo nomine appellari non solent: cum similis loquendi modus non usurpetur ad significanda objecta extrinseca in quæ composita tendunt. Quod amplius confirmatur, quia sacra Synodus opponit poenitentis actus absolutioni sacramentali, quam esse hujus Sacramenti formam declarat: ergo quemadmodum loquitur de forma intrinseca Sacramenti, ita etiam de materia; cum omne compositum, sive naturale, sive artificiale, quale est Sacramentum, non minus constet ex materia intrinseca, quam ex forma.

21 Respondent adversarii, actus poenitentis dici partes integrales Sacramenti poenitentia, primo quod sine ipsis integrum non sit Sacramentum, non quidem in-

integritate substantiæ, sed tantum integritate effectus. Iis enim qui non sunt contriti, nec contentur, nec satisfaciunt, non confertur peccatorum remissio. Secundo, vocari quasi materiam, eo modo quo Philosophi vocant materiam omnes dispositiones quæ formam præcedunt. Unde inquit Maldonatus, ideo tres dicti actus vocantur materia, quod sint dispositiones ad Sacramentum. Tertio demum inquit, Concilium opponere formam materiæ improprie dictæ, seu dispositionibus quæ se tenent ex parte subjecti, non autem materiæ proprie sumtæ, & ex qua componitur Sacramenti substantia.

22 Sed ejusmodi effugia facile præcluduntur. Primo: si valeret prior solutio, dici etiam posset actus fidei, spei, caritatis, contritionis, esse partes integrales Sacramenti baptismatis, cum sine ipsis in adulto baptisma non sit integrum integritate effectus. Secundo: non est verosimile quod Tridentinum proponens Ecclesiæ fidem circa poenitentia Sacramentum, usurparit obscurum illum, & æquivocum Philosophorum loquendi morem; maxime, cum agens de aliis Sacramentis, & recensens requisitas ad eorum effectum recipiendum dispositiones, nusquam eas nominet illorum Sacramentorum quasi materiam. Tum etiam, quia sacra Synodus supponit actibus poenitentis vim quamdam sacramentalem inesse, cum hæc ait sess. 14. cap. 3.: *Docet præterea sancta Synodus Sacramenti poenitentia formam, in qua præcipue ipsius vis sita est, in illis ministri verbis positam esse: Ego te absolvo, &c.* Ergo proprie sumit materiam, cum sic vocat actus poenitentis. Tandem: non potest assignari ratio cur Synodus docens absolutionem esse formam, loquatur de forma proprie dicta, non vero loquatur de materia proprie sumtæ, cum asserit tres actus poenitentis esse Sacramenti materiam, ut recte arguit Juenin (a).

Tom. II.

Ff

Nec

(a) Vid. Juenin t. 3. dissert. 6. de poenit. q. 3. c. 2. pag. 20. & seq. edit. Valent.

23 Nec obstat, quod Concilium dicat illos poenitentis actus esse quasi materiam, non simpliciter materiam. Hac enim particula innuere voluit, non esse aliquid physicum, & substantiale, sicut aqua in baptismo, chrisma in confirmatione, &c.; non autem veram materiam rationem excludere, ut manifeste declarant Catechismi Auctores, qui Tridentino adfuerant, ejusque mentem ignorare non poterant. Audiantur ipsius Catechismi verba ex §. 13. hujus capituli: *Neque vero hi actus quasi materia à sancta Synodo appellantur, quia vere materia rationem non habeant; sed quia ejus generis materia non sint, quæ extrinsecus adhibeatur, ut aqua in baptismo, & chrisma in confirmatione.*

24 Unde quamvis etiam verum sit quod ait Pallavicinus lib. 12. hist. Trident. cap. 10. num. 27. Concilium scilicet apposite illam particulam addidisse, ne Scoti sententia videretur confixa; non tamen sequitur hanc ejus menti fuisse conformem. Plures enim Catholicorum sententias damnare noluit sacra Synodus, etsi falsas esse satis ostenderit, quod multis exemplis ex eodem historico sumtis facile probari posset; duo tantum sufficiant: primum ex ipso loco supra citato, ubi refert idem Pallavicinus jam paratum fuisse Canonem contra sententiam asserentem sola contritione perfecta non remitti peccata; sed audito Archiepiscopo Calaritano dicente eam tenuisse Adrianum, & Cajetanum, statim destrixisse Concilium. Alterum est, quod licet opinio tenens aliqua Sacramenta non fuisse immediate instituta à Christo, expresse damnata non fuerit à Tridentino, asslatim tamen constat ab ipso fuisse rejectam. Quapropter celebris Minorita Frassenius illam etiam rejicit, excusando ejus auctores, quemadmodum Augustinus excusat Cyprianum. Licet igitur Concilium non proscripserit Scoti sententiam, ei tamen non adhesisse satis aperte colligitur, tum ex locis supra citatis, tum ex Catechismo §. 13. & 21. ubi expresse traditur actus poenitentis esse veram hujus Sacramenti materiam, & partes ipsum constituentes. Quod tandem ingenue fatetur acutissimus Hennis, ut advertit doctissimus Billuart (a).

25 Insuper probari potest conclusio pluribus Scripturæ, ac Patrum auctoritatibus, quarum nonnullas affert Cl. Estius in 4. distinct. 15. §. 1. alia facile videri possunt apud quoscumque Theologos de singulis poenitentia partibus disserentes: ideoque ab illis adducendis abstinere; unus sit omnium instar Chrysostomus à Catechismo laudatus, qui homilia 11. de poenitentia tres illos actus simul recenset. his verbis: *Pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre; in corde ejus contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas, vel fructifera satisfactio.* Cujus ratio est, quia poenitentia Sacramentum institutum est per modum judicii, ad quod rite administrandum tres illi actus debent intervenire. Eandem veritatem optima comparatione illustrat Div. Thomas 3. part. quæst. 84. art. 1. ad 1. sicut enim in medicinis corporalibus quedam sunt res exterius adhibita, sicut emplastra, & electuaria; quedam vero sunt actus sanctorum, ut motiones, exercitationes corporis, & similia; ita in Sacramentis, quæ in morborum animi remedium Christus instituit, quedam habent pro materia res, seu substantias corporeas, ut baptismus aquam, confirmatio, chrisma &c. quedam vero actus morales, ut poenitentia, & matrimonium. Cujus quidem discriminis causam ibidem explicat Sanctus Doctor.

26 Objicit tamen Hennis: Florentinum, & Tridentinum eodem modo loquuntur de satisfactione, ac de contritione, & confessione; atqui satisfactio non est pars essentialis Sacramenti poenitentia, cum ipsum sequatur: ergo neque alia. Respondetur 1. retorquendo argumentum: atqui satisfactio est pars integralis, fatente

Ff 2      ob-

(a) Vid. Billuart tom. 3. dissert. 1. de poenit. art. 2. pag. mihi 362.

objiciente: ergo & illa: sicque non sunt materia tantum extrinseca, seu meræ dispositiones ad effectum Sacramenti. Respondetur secundo: verba Florentini, & Tridentini esse intelligenda secundum subjectam materiam: itaque tres illi actus sunt partes materiales eo modo quo esse possunt; cumque satisfactio in re jam supponat Sacramentum essentialiter constitutum, nequit esse ipsius pars essentialis, sed solum integralis; at vero satisfactio in voto, quæ formam Sacramenti præcedit, sicut contritio, & confessio, est etiam essentialis, non minus quam alia, cum hæ partes sint inter se connexæ, ut recte explicat Catechismus.

27 In ultimis petitionibus ad Canonicatum poenitentialem, quidam sic arguebat contra eandem conclusionem: Satisfactio in voto non confert gratiam ex opere operato: ergo non est pars essentialis Sacramenti poenitentia. Prob. antecedens: totum Sacramentum poenitentia in voto non confert gratiam ex opere operato: ergo neque satisfactio in voto. Prob. consequentia: majus est totum Sacramentum poenitentia in voto, quam sola satisfactio in voto; cum totum sit majus sua parte: si igitur totum Sacramentum poenitentia in voto non confert gratiam ex opere operato, multo minus satisfactio in voto. Hoc argumentum, multis syllogismis implicatum, defendentem obnubilavit, cum sit merum sophisma facilis solutionis. Si enim attendatur satisfactio in voto, ut pars totius poenitentia in voto, (quatenus scilicet poenitens vere contritus confessionem, & satisfactionem exoptat, quin valeat hoc Sacramentum recipere) sic non confert gratiam ex opere operato, quoniam actu non est Sacramentum. Considerata vero satisfactio in voto juncta cum contritione, confessione, & absolutione sacramentali, sic gratiam confert ex opere operato, quia vere datur Sacramentum in re; & ita considerari debet.

## PRÆLECTIO XVII.

De Contritione, & Confessione  
Sacramentali,

ad expositionem cap. 5. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini,  
à §. 34. ad 37.

1 Nullam opinor esse doctrinam, in tota, qua late patet, sacra scientia, majoris ponderis, atque momenti, quam quæ in Catechismo Concilii Tridentini proponitur cap. 5. secundæ partis §. 34. & sequentibus; ubi de virtute perfecta contritionis, de mediis illam adipiscendi, & de necessitate confessionis sacramentalis expressissime agitur. Ut igitur res adeo graves, & ad communem hominum salutem pernecessaria, hodierna die bono in lumine collocentur, divinum imploremus auxilium, Patris, &c.

2 Coelesti juvenamine fretus, & obtenta dicendi venia, sortitum punctum exponam à §. 34. ad 37. cap. 5. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini. Pro cuius clariori luce, orationem in tres partes dividere lubet. Prius enim textus litteram breviter patefaciam. Deinde ipsam fusius enucleabo. Postremo thesım ex littera sumtam proponam, probabo, defendam. Utinam optato exitu! Primam itaque orationis partem exordians, dico sic incipere litteram textus §. 34.: *Sed quoniam non satis esse pastoribus debet, &c.* Ita vero finire §. 37. *Pastoribus tradendum erit.* Paragrapho 1. ex supradictis docet Catechismus tantam esse virtutem, & efficaciam per-



objiciente: ergo & illa: sicque non sunt materia tantum extrinseca, seu meræ dispositiones ad effectum Sacramenti. Respondetur secundo: verba Florentini, & Tridentini esse intelligenda secundum subjectam materiam: itaque tres illi actus sunt partes materiales eo modo quo esse possunt; cumque satisfactio in re jam supponat Sacramentum essentialiter constitutum, nequit esse ipsius pars essentialis, sed solum integralis; at vero satisfactio in voto, quæ formam Sacramenti præcedit, sicut contritio, & confessio, est etiam essentialis, non minus quam alia, cum hæ partes sint inter se connexæ, ut recte explicat Catechismus.

27 In ultimis petitionibus ad Canonicatum poenitentialem, quidam sic arguebat contra eandem conclusionem: Satisfactio in voto non confert gratiam ex opere operato: ergo non est pars essentialis Sacramenti poenitentia. Prob. antecedens: totum Sacramentum poenitentia in voto non confert gratiam ex opere operato: ergo neque satisfactio in voto. Prob. consequentia: majus est totum Sacramentum poenitentia in voto, quam sola satisfactio in voto; cum totum sit majus sua parte: si igitur totum Sacramentum poenitentia in voto non confert gratiam ex opere operato, multo minus satisfactio in voto. Hoc argumentum, multis syllogismis implicatum, defendentem obnubilavit, cum sit merum sophisma facilissima solutionis. Si enim attendatur satisfactio in voto, ut pars totius poenitentia in voto, (quatenus scilicet poenitens vere contritus confessionem, & satisfactionem exoptat, quin valeat hoc Sacramentum recipere) sic non confert gratiam ex opere operato, quoniam actu non est Sacramentum. Considerata vero satisfactio in voto juncta cum contritione, confessione, & absolutione sacramentali, sic gratiam confert ex opere operato, quia vere datur Sacramentum in re; & ita considerari debet.

## PRÆLECTIO XVII.

De Contritione, & Confessione  
Sacramentali,

ad expositionem cap. 5. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini,  
à §. 34. ad 37.

1 Nullam opinor esse doctrinam, in tota, qua late patet, sacra scientia, majoris ponderis, atque momenti, quam quæ in Catechismo Concilii Tridentini proponitur cap. 5. secundæ partis §. 34. & sequentibus; ubi de virtute perfecta contritionis, de mediis illam adipiscendi, & de necessitate confessionis sacramentalis expressissime agitur. Ut igitur res adeo graves, & ad communem hominum salutem pernecessaria, hodierna die bono in lumine collocentur, divinum imploremus auxilium, Patris, &c.

2 Coelesti juvenamine fretus, & obtenta dicendi venia, sortitum punctum exponam à §. 34. ad 37. cap. 5. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini. Pro cuius clariori luce, orationem in tres partes dividere lubet. Prius enim textus litteram breviter patefaciam. Deinde ipsam fusius enucleabo. Postremo thesım ex littera sumtam proponam, probabo, defendam. Utinam optato exitu! Primam itaque orationis partem exordians, dico sic incipere litteram textus §. 34.: *Sed quoniam non satis esse pastoribus debet, &c.* Ita vero finire §. 37. *Pastoribus tradendum erit.* Paragrapho 1. ex supradictis docet Catechismus tantam esse virtutem, & efficaciam per-

perfectæ contritionis, ut sola sufficiat ad peccatorum remissionem. Quod variis sacræ pagine testimoniis luculenter ostendit. §. 2. aliqua proponit utilissima media ad excitandam veram contritionem, ut sunt recordatio criminum, imploratio divinæ gratiæ, consideratio gravitatis, deformitatis, ac turpitudinis peccatorum, atque calamitatum inde provenientium, & insuper meditatio beneficiorum Dei, aliorumque bonorum longe majorum, quæ ipse promissit diligentibus se.

3. Reliquis duobus sortitis paragraphis agit de confessione, quæ est altera pars Sacramenti poenitentiae; cujus explicationem summopere commendat pastoribus ad instructionem populi Christiani, ejusque necessitatem evincit; quia quamvis contritione deleantur peccata, hanc tamen adeo volentem, ærem, & intensam esse oportet, ut cum scelerum magnitudine æquari, conferrique possit. Unde paucissimi forent, qui hac via veniam consequerantur, nisi clementissimus Dominus aliud facilius iter reliquisset hominibus. Quare ipse tradidit Ecclesiæ potestatem clavium, ut confessio poenitentis, & absolutio Sacerdotis supplerent defectum contritionis, deservirent ad emendationem morum, atque vitæ humanæ societatem, publicamque honestatem melius conservarent. Hæc est synopsis litteræ Catechismi, & prima orationis pars.

4. Ad secundam ergo deveniamus, explanaturam supra traditam, ubi primo dicitur per contritionem perfectam deleri peccata. Pro cujus clariori intelligentia recolere placet quid, & quotuplex sit contritio; explicatio enim nominis apprimè conducit ad rem quæ de agimus intelligendam. Contritio igitur definitur à Tridentino sess. 14. cap. 4.: *Animi dolor, ac detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero.* Quæ quidem est duplex, ut communiter docent Theologi; una perfecta dicitur, & altera imperfecta. Prima provenit ex infinita bonitate Dei summe di-

dilecti. Secunda ex turpitudine peccati, ex metu peccatorum gehennæ, & ex aliis rationibus supernaturalibus moventibus voluntatem ad detestanda peccata. Hæc imperfecta contritio, quæ communiter vocatur attritio, dummodo excludat voluntatem peccandi, est bona, est donum Dei, est Spiritus Sancti impulsus, non reddit hominem hypocritam, & magis peccatorem, non ad desperationem ducit, nec reum facit coram Deo, ut definierunt Leo X. contra Lutherum, Concilium Tridentinum contra Novatores, & Clemens XI. contra Quesnelium. Ipsa tamen sola non sufficit ad justificationem impii, nisi cum Sacramento poenitentiae, & aliquo saltem amore caritatis initialis conjungatur, ut tertia orationis parte, Deo dante, probabimus.

5. Contritio vero perfecta est adeo efficax, ut statim justificet impium. Quod recte docet in littera Catechismus, licet contrarium senserint Adrianus, & Cajetanus, ut advertit Balthassar Eredia Archiepiscopus Calaritanus in Concilio Tridentino, ubi teste Palavicino lib. 12. hist. Trid. cap. 10. n. 27. jam paratus erat Canon contra illorum sententiam, sed audito præfato Antistite non fuit appositus. Michaël Bajus Doctor Lovaniensis docuit quoque caritatem perfectam, quæ est ex corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, in Catechumenis, & poenitentibus posse esse sine remissione peccatorum. Quam thesim damnarunt Romani Pontifices Pius V. Gregorius XIII. & Urbanus VIII. Tandem doctissimus Estius in 4. dist. 17. §. 2. asserit contritionem perfectam, Deo sic disponente, non justificare hominem nisi in casu necessitatis, quando scilicet urget periculum mortis, aut non est opportunitas recipiendi Sacramentum (a).

6. Opposita tamen sententia à Catechismo tradita, est

(a) Vid. Juenin tom. 3. dissert. 6. quest. 3. cap. 4. art. 1. §. 1. & seq. Ferrinezzi dissert. 371. & alii.

est amplectenda, utpote Scripturæ sacræ, sanctis Patri-  
bus, & rationi conformis. Nam 2. Regum 12. v. 13.  
refertur vix duo verba protulisse Davidem in signum  
sui doloris, dicendo: *Peccavi Domino; & statim ei  
respondisse Nathan: Dominus quoque transtulit pecca-  
tum tuum. Ad denotandum contritionis acrum protinus  
sequutam fuisse remissionem culpæ. Quod innuere vi-  
detur ipse Propheta Regius Psalm. 31. vers. 5. his ver-  
bis: Dixi confitebor adversum me injustitiam meam Do-  
mino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Quare  
Psalmo 50. vers. 19. addit: Cor contritum, & humi-  
liatum Deus non despiciet. Ezechielis 23. vers. 12. hæc  
habentur: Impietas impii non nocebit ei in quacumque die  
conversus fuerit ab impietate sua. Et similiter cap. 18.  
vers. 21. Isaie 30. vers. 19. sic dicitur: Ad vocem cla-  
moris tui statim ut auferit, respondebit tibi. Clarius  
autem juxta versionem Septuaginta: Cum conversus in-  
gemeris, tunc salvus eris. Ubi valde notanda est par-  
ticula tunc, quæ significat nullam interponi moram in-  
ter peccatoris conversionem, & salutem, seu gratiam  
à Deo collatam. Idem clare colligitur ex Luca 7. vers.  
47. ubi Christus de muliere peccatrice dixit: Remittun-  
tur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et cap.  
17. vers. 14. narratur decem leprosos fuisse mundatos  
antequam pervenirent ad Sacerdotes, ad quos fuerunt  
à Christo missi. Quo figurabantur peccatores, qui per  
contritionem à lepra culpæ sanantur antequam ad Sa-  
cramentum deveniant, ut ait Catechismus in textu.*

7. Non aliter loquuntur Sancti Patres, Summiquæ  
Pontifices. Augustinus super Psalm. 31. supra laudatum,  
in persona Davidis hæc habet: *Confessio mea non tum  
ad os venerat. . . veritatem Deus audivit vocem cordis  
mei. Vox mea in ore nondum erat, sed auris Dei jam in  
corde erat. Gregorius Magnus in commentariis ad ipsam  
Psalmum: Attende (inquit) quanta sit indulgentie vi-  
talis velocitas, quanta misericordia Dei commendatio, ut*

con-

*confitentis desiderium comitetur venia antequam ad cru-  
ciatum perveniat poenitentia, ante remissio ad cor per-  
veniat, quam confessio in vocem erumpat. Casiodorus  
super Psal. m. 119. Ad Dominum cum tribularer, ait: Nescit  
Deus differe quem compuncto corde sibi senserit suppli-  
care. Leo Papa epist. 91. ad Theodorum Forojulii Epi-  
scopum: Misericordia Dei nec mensuras possumus po-  
nere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur  
venie moras vera conversio, dicente Spiritu Dei per  
Propheam: Cum conversus ingemueris, tunc salvus eris.  
Gregorius etiam Papa epist. ad Episcopos Galliarum: Vera  
conversio mente potius, quam tempore metienda est, di-  
cente Propheta: Si conversus fueris, salvus eris. Div.  
Bonaventura in 4. dist. 17. part. 1. art. 1. quæst. 4.:  
Secundum rectum ordinem confessio sequitur tempore,  
& natura contritionem: & si sequitur contritionem, cum  
ipsa contritio non sit sine justificatione, nec è converso;  
ipsa justificatio potest esse sine confessione. Angelicus  
Præceptor pluribus in locis eandem veritatem propo-  
nit ut 3. part. quæst. 70. art. 4. & in supplement. q. 5.  
art. 2. & 3. & lib. 4. contra Gentes cap. 72. Quod insuper  
probari potest plurimis rationibus ex ipso Divo Thoma  
desumptis. Nam contritio est ultima dispositio ad gra-  
tiam sanctificantem, quam ex natura sua, & necessa-  
rio comitatur; atqui gratia componi nequit cum peccato  
lethali, sicut nec lux cum tenebris, aut Christus cum Be-  
liale, ut efficaciter probant discipuli Divi Thomæ 1. 2.  
quæst. 24. art. 12. Præterea: contritio perfecta carita-  
tem includit, cum sit dolor de peccatis propter Deum  
summe dilectum; sed caritas est amicitia inter Deum,  
& hominem, quæ sane cum peccato mortali esse non  
potest, ut ex eodem Sancto Doctore habetur 2. 2. q.  
23. art. 1. igitur perfecta contritio statim justificat im-  
pium.*

9. Quare merito docet Synodus Tridentina sess. 14.  
cap. 4. contritionem aliquando cum caritate perfecta

1om. II.

Gg

esse

esse contingere, hominemque Deo reconciliare priusquam Sacramentum poenitentiae actu suscipiatur. Merito etiam Sanctus Pius V. Gregorius XIII. & Urbanus VIII. inter alias propositiones Michaelis Baii, damnarunt hanc numero 68. „ Per contritionem etiam cum carita- „ te perfecta, & voto suscipiendi Sacramentum con- „ juncta, non remittitur crimen extra casum necessita- „ tis, aut martyrii, sine actuali susceptione Sacramen- „ ti.“ Non tamen inde sequitur, superfluum esse confessionem sacramentalem, & absolutionem Sacerdotis. Tum quia perfecta contritio debet includere votum recipiendi Sacramentum; tum quia difficile admodum est habere contritionem ita intensam, ut ipsa sola iustificet; & quamvis habeatur, nemo id scire potest; tum quia adest præceptum confitendi peccata, & illa subjiciendi Ecclesiae clavibus; tum denique, quia tunc per Sacramentum poenitentiae acquiritur augmentum gratiae.

10 Sed videamus quibus modis comparari debet perfecta contritio, qua ut supra diximus est adeo efficacax. Quatuor præcipua tradit in littera Catechismus. Primum est conscientiam frequenter excutere, ut advertatur quid contra legem Dei, vel præcepta Ecclesiae commissum sit, quia *justus in principio accusator est sui*. Secundum imploratio divinae misericordiae, quam clementissimus parens libentius nobis concedet, quam nos possumus petere, vel exoptare, ut ait Nazian. orat. 40. in baptisma, & merito quidem; si enim gaudium est in Cælo Angelis, & Beatis super uno peccatore poenitentiam agente, quodnam gaudium, quæve letitia erit Deo optimo maximo, cujus causa ipsi gaudent Angeli, atque Beati? qui nostram salutem ardentius cupit, quam nosmetipsi, qui laborantes & oneratos vocat, & invitat ut reficiantur: qui dissimulat peccata hominum propter poenitentiam: qui neminem perire vult, sed omnes ad poenitentiam reverti: qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat: qui as-

si-

sidue stat ad ostium nostri cordis, & pulsat: qui nec scelere offensus, nec injuria violatus, nec repulsam passus desistit? (Utinam tam cito ei aperiremus, quam ipse nobis aperire festinat dum ejus clementiam imploramus!) qui demum, etsi aliquando fugat se longius ire, tamen nobiscum manere dignatur, dummodo ei corde dicamus cum duobus illis discipulis in Castello: *Mane nobiscum, quoniam advesperavit*. Audite quæso confessores amplissimi, quid ipse ad excitandam nostram fiduciam dicat Matth. 7. vers. 8. & alibi: *Omnis qui petit accipit, & qui querit invenit, & pulsanti aperietur*. Quibus attendens August. lib. 12. confess. cap. 1. in fine ita exclamat: *Promissa tua sunt, Domine, & quis falli timeat cum promittit veritas?*

11 Tertia via quæ ad contritionem ducit est consideratio gravitatis, ac deformitatis culpæ lethalis, in qua plurimum mens nostra potest spatium, quin umquam ad finem perveniat; quoniam peccatum est infinita offensa, ut post Divum Thomam docuit Catechismus 1. part. cap. 3. num. 4. Ideoque necesse fuit Verbum divinum carnem assumere, ut æterno Patri de condigno satisfaceret, cum ad hoc nulla sufficeret creatura. Mala insuper quæ ex peccato proveniunt enumerare quis valeat? Propterea considerationem istam proponit impio Jeremias cap. 2. vers. 19. dicens: *Scito, & vide, quia malum, & amarum est reliquissè te Dominum Deum tuum*. Quæ quam efficax sit ad inducendam contritionem, satis colligitur ex sacris litteris. Sic enim David, dum iniquitatem suam cognovit, ad Deum contrito corde recurrit. Sic Petrus, dum negationem cognovit à Christo prædictam, exiens foras flevit amare. Sic mulier illa peccatrix, dum cognovit mala quæ fecit, lacrymis cupit rigare pedes Domini recumbentis. Sic Saulus, dum cognovit Christum esse quem persequabatur, exclamavit his verbis: *Domine, quid me vis facere?* Sic Prodigus Evangelii, dum cognovit quantis malis

Gg 2

lis

lis circumdabatur, moerore pene confectus, ad patrem suum revertit. Sic denique alii plures, seu potius omnes qui post peccatum resipuerunt, ac iterum non sunt prolapsi, à scelerum cognitione ad detestationem, à detestatione ad gratiam, à gratia ad perseverantiam, à perseverantia tandem ad gloriam pervenerunt. Unde hic maxime locum habet illud medicorum axioma: *Cognitio morbi est inventio remedii*; quod in ipsius morbi vera detestatione consistit: sique tam facile foret in corporum morbis, cito Nosocomia clauderentur.

12. Quartum denique medium est beneficiorum Dei meditatio; in quo sane invenietur abyssus multa, nedum si considerentur ea quae generalia sunt, sed etiam quae sunt singulis propria; quibus si addantur bona aeterna, quae Deus parata habet diligentibus se, & aliunde supplicia sempiterna impiis reservata; nemo rationis compos, serio ista recogitans in corde suo, ad Dominum non convertetur. Haec, & alia plura passim obvia sunt in libris asceticis bene multis; sicque non tam libri legentibus, quam legentes tot libris desunt. Praeter Granatensem, Bonam, aliosque innumeros, nunc duos referre sufficet, quorum quilibet, eo praestantior, quo volumine minor, & unctione plenior. Primus inscribitur *epitome contritionis*, hispano idiomate Barcinone editus anno 1768. Alter depromptus ex vita interiori Venerabilis I. Foxii eadem lingua, & loco nuper impressus, cujus titulus latine vertitur: *Gemitus cordis*. Qui omnes ad conterendum cor lapideum, & ad firmandum cor sincerum, aut contritum, videntur aptissimi.

13. Advertere tamen oportet cum plissimo Contensoni (a), formulas actuum contritionis, libros mysticos, aliaque hujus generis scripta; etsi pia, utilia, & lectu digna, contritionem non gignere, nisi re vera

(a) Vid. Contenson lib. 11. part. 3. dissert. unica c. 2. spec. 1. in reflexione prope finem.

„ in voluntate verum insit pondus, quo re ipsa in  
 „ Deum mens casta rapiatur, quo Christo inservire, ei  
 „ morem gerere, ejus voluntatibus obsequi toto corde  
 „ studeat; nisi divinae gloriae augmento moveatur, ejus  
 „ gaudiis gaudeat, ejus injuriis tabescat, nihilque adeo  
 „ vereatur, ac ne qua in re ei displiceat, cujus amore  
 „ tenetur; nisi à rebus caducis, & mortalibus abstra-  
 „ ctus poenitens omnia arbitretur tanquam stercora, ut  
 „ Christum lucrificet; nisi peccatum mortale instar  
 „ mortis, & supra mortem pertimescat, peccandique  
 „ occasiones plusquam loca pestifera fugiat; nisi ita  
 „ comparatus sit; ut malit bona, res, parentes, &  
 „ amicos conculet, quam à Christi amabili servitu-  
 „ te, & ab arcibus Evangelii semitis discedere (a).<sup>11</sup> Qua-  
 „ re apposite dicitur Jacobi 1. vers. 22. & sequent. *Es-  
 „ tote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes  
 „ vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi, & non  
 „ factor: hic comparabitur viro consideranti vultum na-  
 „ tivitatis suae in speculo: consideravit enim se, & abiit,  
 „ & statim oblitus est qualis fuerit.* At de contritione  
 satis, licet nunquam satis de contritione videri poeni-  
 tentibus debeat (b).

14. Contritionem sequitur confessio, secunda pars poenitentiae, de qua late, quantum materia, & instituti ratio postulat, disserit Catechismus à §. 26. usque ad 61. quorum duos priores nunc breviter elucidabimus; antea vero praemittendum censo, plures fuisse haereticos, qui adversus Sacramentalem confessionem errarunt, ut Montanistae, Novatiani, Audiani, Massiliani, Jacobitae, Armeni, Albigenes, Flagellantes, Wiclefitae, Waldenses, & alii, quos imitati sunt recentiores, Lutherani scilicet, & Calvinistae, qui contra confessionem adeo debacchati sunt, ut non fanatici, nec phre-  
 ne-

(a) Vid. etiam Eusebius Amort tom. 3. Theolog. Eccl. dispart. 3. §. 116. pag. 149. (b) Vid. Div. Thom. in Supplement. quest. 3. art. 2.

netici homines, sed furie infernales appareant. Lutherus eam vocat *animarum carnificinam*. Calvinus *rem pestilentem, & Ecclesiam noxiam*. Similiter Dallæus, & alii. Sed nihil mirum, (inquit rectissime Catechismus) humani generis hostem, fidem catholicam funditus evertere cogitantem, per ministros impietatis suæ, & satellites, hanc veluti christianæ virtutis arcem totis viribus oppugnare conatum esse, irrito tamen semper conatu, quia juxta promissionem Domini, portæ inferi nunquam prævalebunt adversus Ecclesiam, quæ divinitus illustrata, quovis tempore docuit confessionem peccatorum esse fidelibus maxime utilem, ac necessariam (a).

15 Hanc tum utilitatem, tum necessitatem confessionis, pulcre ostendit Catechismus in littera. Licet enim per contritionem perfectam justificetur impius; hæc tamen valde difficilis est, cum tam vehementem acrem, & intensam esse oporteat, ut scelorum magnitudini, & gravitati respondere debeat doloris acerbitas; quare pauci admodum ad hunc contritionis gradum perveniunt: ideoque misericors Dominus faciliori ratione communi hominum salutem consulit, dum claves regni Coelestis Ecclesie tradidit. Hinc per confessionem poenitentis, & absolutionem Sacerdotis, applicantur merita Christi, quibus suppletur, aut pericitur remissus ille dolor, & peccator de attrito, fit contritus; quem admodum parva scintilla, quæ sola nequit ignem accendere, medio sulphure, aut pulvere tormentario, vel alia materia facile inflammabili, excitatur, augetur, & ad statum perducitur, qui possit homini deservire (b). Hoc exemplo, ni fallor, aliquatenus explicatur Dei amor initialis requisitus ad poenitentiae Sacramentum, de quo fortasse fusiis alibi.

16 Nunc ad utilitates confessionis redeamus. Per ip-

(a) Vid. Selvag. lib. 3. cap. 12. §. 9. à num. 42. ad. finem capit. (b) Vid. Benedict. XIV. lib. 7. de Synod. cap. 13. num. 5.

ipsam itaque comprimitur humana superbia, quæ radix est omnis peccati. Cum enim peccator debeat in se reverti, ingredi cor suum, & fodere usque ad imum; ut perfectam possit confessorio notitiam dare status animæ: cogitur miseriam, fragilitatem, ignorantiam, aliasque naturæ corruptæ infirmitates agnoscere, & contra se testimonium perhibere. Sicque humanæ elationis superbia frangitur: unde in sacramentali confessione ex una parte bonitas Dei, ex altera justitia ejus refulget. Nam in omni peccato superbia invenitur, quam humilitate expiari necesse est, flexis coram Sacerdote genibus confitendo, monita, reprehensionem, satisfaciendi onus ab eo recipiendo. Quod quidem fit sine acceptione personæ, quia licet Princeps accedat diademate coronatus, licet Rex sceptro ornatus, licet Imperator orbis aureum gerens globum, licet Episcopus mitra, Cardinalis pileo, & Summus ipse Pontifex sacra thiara insignitus appareat; hæc omnia debet quisque substernere Sacerdotis pedibus, reum se, ac inferiorem agnoscere, & absolutionem delictorum humiliter postulare, ut hæc humilis, ac verecunda submissio efficaciam habeat ad liberandum hominem cujuslibet gradus & dignitatis ab illa confusione, quam alias deberet subire in conspectu aeterni judicis, & totius orbis (a).

17 Nec solum utilis est confessio ad fructus spirituales ex illa provenientes, scilicet remissionem peccati, reconciliationem Dei, infusionem gratiæ, & virtutum, commutationem poenæ aeternæ in temporalem, & quandoque totius poenæ condonationem; sed etiam ad fructus alios in Republicam redundantes, & communi omnium bono deservientes, quos nemo, nisi cæcus, non videt. Per illam enim multiplicata mala impediuntur in perniciem publicam erumpentia, & alias incurabi-

(a) Vid. Marchantius in horto Pastorum, tract. 5. Candelabri mystic. lect. 6. proposit. 2. pag. milii 475.

bilia; restituuntur injusta, deponuntur odia, conciliantur animi, evitantur caedes, propulsantur rebelliones, dirimuntur conditiones, obedientia Regibus redditur, & Magistratibus tam Ecclesiasticis, quam Civilibus, eliminatur à cordibus pertinacia, oppressio, pondus intollerabile; & ut brevius dicam, homo per confessionem Deo, Reipublicae, ac sibi utiliter vivit. Testes sint populi omnes, ubi Missi fervidi, aliique Apostolici viri concionibus, & confessionibus audiendis incubnere; quare rectissime asserit Catechismus: quidquid hoc tempore sanctitatis, pietatis, & Religionis in Ecclesia, summo Dei beneficio conservatum est, id magna ex parte confessioni tribuendum esse.

18 Dicitur autem aliquis, in populo Christiano multa videri crimina, quin per confessionem tollantur: fictitiae igitur sunt ejus utilitates. Sed perperam talis sequela colligitur. Homines etenim in quavis religione, vel secta vivant, non desinunt esse homines ad malum proclives ab adolescentia sua; sicque, attenta humana fragilitate, necesse est dari scandala; cum hac tamen differentia, quod in Ecclesia Catholica, si culpa, vel vesidia impiorum, per Sacramentum poenitentiae prorsus non extinguantur, saltem plurimum coercentur; semperque paratum extat remedium: unde huc aptari potest illud Jerem. 8. v. 22.: *Numquid rosina non est in Galaad? aut medicus non est ibi?* In aliis vero Ecclesiis malignantium, reformatorum praesertim, longe aliter se res habet, cum sine hoc emetico saluberrimo, confessione inquam, totum corpus politicum pessimis vitiorum humoribus corruptatur, & animae libentium velut aquam iniquitatem, miserrime pereant. Ibi quippe omnia tam privata, quam publica, tam sacra, quam profana, post sublatam confessionem, in confusionem veniunt, & constituitur Babylonia in qua regnat impietas, & impunitas, transgressionis nutritrix, fons scelerum, incuriae soboles, impenitentiae mater, noverca pietatis. Cer-

19 Certe abrogatae confessionis damnum Lutheranos quandoque vidisse, testis est oculatus celebris Dominicus Sotus Carolo V. à sacris confessionibus, qui in 4. dist. 18. quaest. 1. art. 1. sic ait: „ Verecundia confitentium vehementissime homines à perversis moribus arceat, id quod manifeste teste, Germani ipsi dum publice inter eos agebant, fatebantur. Qua de re ex inclitya Norimbergae civitate, missa est ad Caesarem legatio, per quam cives id petebant, ut Caesar imperatorio jure confessionem auricularem induceret. Dicebant enim se usu, & more intellexisse, Rempublicam suam, postquam confessio cessaverat, vitiis contra justitiam, & alias virtutes scaturire, quae illi ante fuerant incognita. Rissum autem ea legatio movit. Nam cum fateri omnino, renuerent per absolutionem Sacerdotis culpas remitti, & divino jure teneri homines ad confessionem; quomodo plebs induci posset Caesarea lege, occultata seclera secreta confiteri? “ Hæc sapientissimus auctor, quibus secundam orationis partem concludimus.

20 Ad tertiam itaque deveniamus, ubi hæc thesis est propugnanda: *Dolor ad Sacramentum poenitentiae requisitus includere debet aliquem saltem Dei amorem, non concupiscentie tantum, sed caritatis initialis, vel simplicis benevolentie.* Fateor equidem facilius esse peccatoribus divinæ gratiæ cooperantibus, dolorem assequi ad poenitentiam necessarium, quam Theologis assignare, qualis, & quantus esse oporteat ipse dolor. Adeo enim implexa est ista quaestio, & tam divisos habet auctores, ut non tam opposita sint antipodum capita, quam quorundam asserta, in quibus tuendis ita quondam exarsunt nonnulli, ut adversarios gravissimis censuris proscinderent; quod tandem Summus Pontifex Alexander VII. prudentissime interdixit decreto edito die 5. Maii anno 1667. Libere igitur adhuc manent opiniones, quæ ad quatuor præcipuas reduci possunt. Prima tenet ad recipiendum poenitentiae Sacramentum sufficere attritio-

nem formidolosam, seu ex metu gehennae conceptam: ita Gonetus, Frassen, Gotti, & alii apud Castellum in 4. dist. 16. q. 3. Secunda docet attritionem conjugendam esse cum aliquo Dei amore, sed spei, vel concupiscentiae, quatenus scilicet Deus diligitur ut bonus nobis: ita Tournely, Boucat, Perrimezzi, Charmes, & alii. Quae sententia parum, aut nihil distat à prima.

21. Tertia necessario exigit aliquem gradum caritatis initialis, qua peccator incipit Deum diligere tanquam omnis iustitiae fontem, seu quatenus in se bonus est, & dignus qui super omnia diligatur. Quae sententia varie à variis explicatur; sicque in tot alias dividi potest, quot sunt modi eam intelligendi. Quarta demum propugnat amorem illum non fore caritatis, (quia quamvis minimus, solus sufficit ad justificationem etiam extra Sacramentum, cum sit amicitia Deum inter, & hominem, quae sane peccatum excludit); sed simplicis benevolentiae tantum. Quam sententiam amplectitur doctissimus Billuart, & fortasse parum differt à tertia, quae videtur conformior Catechismo. Ad cujus probationem plures consuli possunt auctores, ut Contensonis tom. 4. lib. 11. part. 3. dissert. unica cap. 2. speculat. 1. pag. mihi 320. Natalis Alexander de poenit. lib. 2. cap. 4. art. 3. prop. 7. Juenin tom. 3. dissert. 6. q. 4. cap. 4. art. 2. §. 3. pag. 126. Serry tom. 5. disput. 3. pralect. 5. & seq. à pag. 172. Ledruin tom. 2. lib. 6. q. 4. cap. 4. art. 1. & seq. à pag. 71. usque ad 112. Guerrero in Theolog. Morali Divi August. tom. 1. tract. 7. disp. 4. §. 6. pag. 491. n. 37. & seq. Amort tom. 3. Theolog. Eccl. disput. 3. q. 3. pag. 77. Concina tom. 9. lib. 1. dissert. 2. cap. 7. Berti t. 4. lib. 34. cap. 5. & 6. Billuart tom. 3. dissert. 4. de poenit. art. 7. §. 3. ubi probat amorem illum esse benevolentiae, non vero caritatis; atque Colletus in continuatiene Tournely tom. 6. part. 2. cap. 4. art. 3. sect. 2. punct. 5. à pag. 284. usque ad 319. ubi praecipuas sententias docte discutit, sed maxime tertiam pag. 289. à num. 593.

PRÆ-

## PRÆLECTIO XVIII.

*De Sacramento Unctionis,*

ad expositionem cap. 6. secundae partis Catechismi Concilii Tridentini,  
à §. 1. ad §.

1. Quicumque mirabilem Domini providentiam serio meditetur, anceps, dubiusque hærebit, an in naturali ordine rerum, an in supernaturali gratiae magis eluceat. Certe quidem Deus ubique disposuit omnia suaviter; maxime tamen dum Sacramenta instituit. In primis enim dedit nobis potestatem filios ejus fieri per baptismum, vires per confirmationem, alimentum per Eucharistiam, veniam per poenitentiam, solatium per unctionem extremam. Sciens quippe amantissimus Pater quantis premantur angustiis ejus filii, dum morti proximi, cum lethali morbo, cum scelerum recordatione, cum horrore iudicii, cum gehennae, metu, cum daemonum larvis luctantur (a); ne animo cadant, sed spe divinae misericordiae erigantur, Sacramentum reliquit unctionis extremae. De quo in praesenti tractabimus, ad expositionem cap. 6. secundae partis Catechismi Concilii Tridentini à §. 1. ad quintum.

2. Ad clariorem autem orationis ordinem, sic eam disponere placuit, ut litterae synopsis prius exhiberetur; textus expositio inde sequatur; conclusio demum ex textu desumpta probetur, ac propugnetur. Utinam totum prospero exitu. Primum igitur exordiamur, dicendo sic incipere litteram textus §. 1. *Cum sancta scri-*

H 2  
ptu

(a) Vid. Clericatus tom. 1. decisione 74. de Sacramento Unctionis n. 24.



plurimarum oracula, &c. Ita vero finire §. 5. : *Hæc de materia satis sint.* Catechismus de Sacramento unctionis acturus, illud apposite præmittit Ecclesiastici monitum, quo edocemur memorari novissima, ut peccata vitemus; unde Parochi etiam admonentur sæpe debere mortis memoriam fidelibus inculcare, maxime dum explicatur hoc Sacramentum, quod cum morti proximis administratur, mortem secum affert considerandam; ad cuius levandos angores, & ut expeditiorem haberemus ad Coelum viam, Christus Dominus extremam unctionem instituit. Deinde hujus Sacramenti nomen exponit, ac veram probat rationem Sacramenti habere. Postea docet, plures unctiones, quæ adhibentur infirmis non plura esse sacramenta, sed unum; ejusque doctrina instruendos esse fideles. Tandem, oleum ab Episcopo consecratum assignat pro materia unctionis extremæ. Hæc est brevis descriptio litteræ textus.

3. Transeamus ergo ad fusiorem ejus discussionem, quod paulo ante promissimus. In primis itaque optime pro more adducitur à Catechismo versus ultimus capituli 7. Ecclesiastici sic dicentis: *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, & in æternum non peccabis.* Quibus verbis affatim intelligitur Ecclesiæ Pastores debere jugiter hortari populum, ut imminentem sibi mortem assidue meditetur. Mors enim est primum novissimum, quod alia subsequuntur, & ex quo pendet vel summa felicitas, vel æterna damnatio; ideoque crebro animadvertenda est, ne umquam oblivione deleatur. Nam unum ex quatuor documentis, quæ ad bene memorandum indicat Divus Thomas 2. 2. quæst. 49. art. 1. ad 2. est rem frequenter meditari (a). Mortis memoriam nos passim docent sacræ litteræ, Ecclesiæ Patres, cordatiores Philosophi, ac experientia ipsa. Non solum enim est fidem certum neminem esse qui semper

VI-

(a) Vid. Roselli tom. 4. Philosophiæ. quæst. 26. art. 1. pag. 168. in nota 2.

vivat, & statutum esse hominibus semel mori; sed etiam quotidie idipsum oculis videmus, auribus audimus, manibus contactamus, nihilque occurrit quod mortem non designet evidenter summa (a). Quod quidem Deus optimus Maximus recte disposuit, ut alia novissima facilius crederemus. Ne videar hic conclamationem halere de morte, sed Theologicam orationem de extrema unctione, hæc delibasse sufficiat, latiori Parochis explicatione relicta; quoniam refrigeratio memorie mortis oportunitate affertur dum extrema unctio explanatur, cum hoc de quo loquimur Sacramentum solis detur moribundis, ut minus perturbentur freti ejus virtute (b).

4. Quare immortales Deo gratias agere debemus, qui sicut Sacramento baptismi nobis aperuit januam Regni Cælorum, ita etiam Sacramento unctionis viam pandit, & munit, ut ad illud facilius perveniamus. Hoc autem Sacramentum dicitur *extrema unctio*, inquit Catechismus, quia postrema est sacramentum omnium unctionum, quas Christus Ecclesiæ commendavit. Nam quadruplici unctione sacra inungi solent fideles. Prima: dum baptizantur. Secunda: dum confirmationem suscipiunt. Tertia: dum ad ordinem Presbyteratus ascendunt. Quarta denique: dum ad extrema redacti hoc Sacramentum accipiunt. Quod propterea à majoribus nostris dictum est etiam *Sacramentum unctionis infirmorum, & Sacramentum excruciantium.* Et licet nunc temporis ultimo loco recipiatur, non tamen ultimo loco ponitur à Catechismo, & à Theologis, sed ante Ordinem, & Matrimonium, quia, ut ait Div. Bonaventura in 4. distinct. 23. dub.

(a) Vid. Hippolytus Falconius Clericus Regularis in opere præstantissimo inscripto: *Nasciturus à fontem.* Præter prius edito Paterni anno 1668. atque dicato Summo Pontifici Clementi IX. Quod fuit postea latine versum, & dignum profecto esse ut in omnes linguas vertatur; tanta enim elegantia, eruditio, ac unctione abundat, ut nullum fortasse sit, ubi hoc argumentum, adeo inculcatum, melius comprobetur. (b) Vid. Drexelius in Prodrogno æternitatis mortis multo tom. 1. pag. 33.

dub. 1. prius agitur de Sacramentis, quae ab omnibus fidelibus accipiuntur, quam de illis, quae solum aliquibus administrantur, ut sunt Ordo, & Matrimonium. Nec extrema unctio semper administrata est post omnia alia Sacramenta, sed olim dabatur infirmis ante Viaticum, ut variis constat historiis. Sic in vita Sancti Guilielmi Episcopi Bituricensis refert Surius; in vita Sancti Malachiae refert Div. Bernardus; in vita Sancti Ambrosii refert Paulinus; in vita denique Sancti Joannis Chrysostomi refert Metaphrastes. Quod fuse Launojus, Grancolanius, Martenius, & alii probant (a).

§ Sed prosequamur litteram Catechismi, qui §. 3. docet extremam unctionem esse veram, & proprie novae legis Sacramentum. Quidquid dicant Lutherus, Calvinus, alique Novatores. Id aperte colligitur ex Divo Jacobo in textu citato, qui cap. 5. vers. 14. ait: *Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyterus Ecclesiae, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus; & si in peccatis sit remittentur ei.* Quibus verbis omnia ad rationem Sacramenti requisita traduntur. Nempè sensibile signum, & sanctificatio animae. Nec valet multiplex haereticorum responsio, dicentium vel epistolam illam non esse Canonicam, vel nomine Presbyterorum intelligi senes etiam laicos, vel ibi tantum agi de gratia curationum, vel alias mille nugas, quibus nodum in scirpo quarunt. Quorum errores variis anathematis damnavit Synodus Tridentina sess. 14. & alibi. Ac merito quidem, quoniam, ut recte asserit Catechismus, eandem de extrema unctione fidem habuit semper Ecclesia. Quod ex multis Patrum scriptis, ex definitionibus Conciliorum, ex Pontificum decretis, ex Theologorum consensu, ex historiae monumentis, ex omnium fidelium usu apertissime constat. Qui ubero-

(a) Vid. Benedict. XIV. lib. 7. de Synodo cap. 23.

riorem hujus veritatis notitiam cupit adeat Joannem Launojum, Ledruinium, Selvagium, Bertum, aliosque immensam eruditionis segetem afferentes; nobis enim non vacat in hac angustia temporis omnia morose tractare.

6 Hujus Sacramenti auctor est Christus Dominus, sicque non illud instituerunt Apostoli, ut visum est Magistro Sententiarum, & aliis; quia juxta Divum Thomam 3. part. quæst. 64. art. 3. instituere sacramenta pertinet ad potestatem excellentie, quam solus Christus habuit: solus ergo Christus hoc Sacramentum instituit, ut clare innuit Tridentinum sess. 7. can. 1. & ejus Catechismus hic §. 3. & infra fusius §. 8. dicens Div. Jacobum legem Sacramenti unctionis promulgasse, non vero ipsum instituisse Sacramentum. Quod ex ipsa Synodo Tridentina depromsit sess. 14. cap. 1. dicente: *Instituta est autem sacra hæc unctio infirmorum, tamquam vere, & proprie Sacramentum novi testamenti à Christo Domino nostro, apud Marcum quidem insinuatum, per Jacobum autem Apostolum, ac Domini fratrem commendatum, ac promulgatum.* Merito igitur ait Catechismus §. 4. à Pastoribus docendos esse fideles extremam unctionem verum dici Sacramentum, & unum tantum, licet pluribus unctionibus veluti materia, & pluribus verbis veluti forma administraretur. Quod recte probatur exemplo domus, quæ una tantum dicitur, quamvis pluribus habitaculis, aliisque requisitis constituitur.

7 Plures unctiones adhibendas ait Catechismus in hujus Sacramenti administratione; idque constat antiquissimo Ecclesiae usu, quo ungentur infirmorum oculi, aures, nares, os, manus, pedes, ac etiam renes. Licet hæc ultima pars pudoris causa præsertim in feminis omittatur, ut advertunt Ritualia, Romanum, illud Cardinalis Sanctorii, ac nostrum Majoricense. Harum unctionum rationem affert Div. Thomas in Supplement. quæst. 32. art. 6. in corp. quia nempe principia peccandi in nobis eadem sunt ac principia agendi: hæc autem pro-

proveniunt ex quinque sensibus: ut alia missa faciam apud ipsum videnda loco citato, & 4. contra Gent. cap. 37. & lib. 4. ad Annibaldum dist. 23. q. 2. art. 2. ad 2. Similia tenet Div. Bonavent. in 4. dist. 23. art. 2. q. 3. Eugenius IV. in Instruct. Armenorum & Catechismus infra clarius explicat §. 10. Magna tamen hic oritur difficultas, an omnes illæ unctiones sint necessariae necessitate Sacramenti. Certum est eas esse necessarias necessitate præcepti, præter unctionem renum, ac pedum, ut farentur omnes, teste Doctissimo Pontifice Benedicto XIV. lib. 8. de Synodo Diocesana cap. 3. nam unctionem renum omitti jubent Ritualia plura, præsertim supra citata. Alias autem unctiones, oculorum scilicet, aurium, narium, oris, & manuum esse simpliciter necessarias, existimant plures Theologi antiquiores, Div. Bonaventura, Ricardus, Paludanus, Sotus, & alii, quibus postea subscripserunt Bellarminus, Valentia, Gonetus, & præcipue moralistæ, ut advertit Illustrator Cutiliati.

8. Oppositum tamen sentiunt plures alii eruditissimi viri, dicentes validum esse hoc Sacramentum unica unctione cum forma universali omnes sensus complectente. Ita Sylvius, Estius, Natalis Alexander, Ledruinius, Gotti, Juenin, Tournely, Vanroy, Piette, Bertli, & plerique recentiores. Hæcque opinionem videtur innuere Catechismus in præsentii paragrapho dicens hoc Sacramentum esse unum, non partium continuatione, quæ dividi non possunt, sed perfectione. Ex quibus verbis, & aliis, quæ sequuntur, evidenter, ni fallimur, patet mentem Catechismi esse, plures illas unctiones solum tanquam partes integrales considerari, sicque non omittendas nisi necessitas cogat, non vero tanquam partes essentielles. Quapropter Angelicus Præceptor supra laudatus eas vocat *quasi de necessitate Sacramenti*. Quæ particula *quasi* hic minuit necessitatem, ita ut non sic eas putaverit necessarias sicut animam, & cor-

corpus respectu hominis; sed sicut brachium, manus, aut pedes. Exemplum etiam domus à Catechismo adductum idem affatim manifestat; ad hoc enim apponitur, ut intelligamus, quemadmodum domus una est ex pluribus partibus integralibus constans, quin eadem esse desinat, uno aut altero sublato cubiculo; ita unum esse hoc Sacramentum multis unctionibus administratum, etiamque subsistere, licet aliqua omittatur.

9. Fatendum tamen cum eruditissimo Papa Benedicto XIV. nullam super hoc à Sede Apostolica prodiisse decisionem; cumque hic agatur de valore Sacramenti, attendi debet propositio prima damnata ab Innocentio XI. Unde numquam, nisi in casu necessitatis, omittendæ sunt unctiones quinque sensuum, ne Sacramentum istud periculo exponatur. Quare Octavius Fragipanius in Provinciis Germaniæ, & Belgii Nuntius Apostolicus, in Directorio Ecclesiasticæ disciplinæ, ista præscripsit: „Etsi ordinarie inungenda sunt singula „singulorum sensuum loca, nec umquam, nisi gravis „sima necessitas cogat, aliter faciendum sit; constabit „tamen sacræ unctionis Sacramentum, & in inungendo „contagioso morbo, aut peste laborante, ad evitandum „contagionis periculum sufficere si inungatur sensus „organum ad unctionem magis expositum, & de „tectum, dicendo: *Per istam sanctam unctionem, & suam piissimam misericordiam, inaleat tibi Deus quidquid deliquisti per visum, auditum, odoratum, gustum, & tactum.* Advertendum est quoque ad præxim, Sacerdotum manus unguendas esse exterius, ut præter Rituale Romanum advertunt alia plura; idque jam olim observabatur, ut liquet ex vetustissimo codice Sancti Remigii. Ungenda sunt etiam loca in quibus vigere solent sensus, licet infirmus eis caruerit, ut in cæcis oculi, in surdis aures, in mutis os, &c. (a).

Tom. II.

II

Nunc

(a) Vid. Clericatus decisionem 67. de Sacramento unctionis num. 9.

10 Nunc inquirendum venit quam sit materia Sacramenti unctionis. Duplex autem materia distingui solet in Sacramentis: remota una, proxima altera; sed ex prima facile colligi potest secunda. Cumque sensuum unctiones sint materia proxima hujus Sacramenti; remota est oleum ab Episcopo consecratum, quo sensus unguuntur. Sic docet Catechismus hic §. 5. & Catholici omnes. In primis requiri oleum, clarissime patet ex productis Jacobi verbis: *Ungentes eum oleo*, &c. ex Florentino in Instructione Armenorum, ex Tridentino sess. 14. cap. 1. ex Innocentio I. & ex aliis antiquioribus. Accedit etiam congruentia. Cum enim Sacramenta sint signa, habeatque illorum materia cum spiritali effectu similitudinem quamdam; oleum, quod juxta Sanctum Bernardum in vita mystica cap. 43. est symbolum nominis Christi, quo oleo *inetti infirmi sanantur*, apte admodum constitutum est materia illius Sacramenti, cujus efficacia sanitatem animi, corporisque producit. In oleo quoque significari fomentum spei, & cordis allevamentum, advertit Div. Thomas quaest. 29. Supplementorum art. 4. & Catechismus in textu dicens: Aptissime hæc materia illud significat, quod vi Sacramenti interius in anima efficitur. Quod accurate explicat propositis olei proprietatibus, quas tum citato in loco, tum in 1. Canticorum vers. 2. tradiderat Divus Bernardus. Oleum enim, quod (ut verbis utar Doctoris Melliflui) *sevet ignem, nutrit carnem, lenit dolores, lux, cibus, medicina est, mentis hilaritatem, cordis firmitudinem, animæ, & corporis sanationem* haud obscure comonstrat.

11 Rupertus etiam super Genesim, in columba, quæ ad vesperam attulit ad Arcam *ramum olivæ, virgultibus foliis*, ut legitur Genesim 8. vers. 11. præsignatam ait gratiam Spiritus Sancti, justos circa finem vite ad cælestis Ecclesiæ pacem invitantis. Pacem, ac requiem illo oleæ ramusculo figuratam scripsit quoque

Ma-

Marius Victor lib. 2. in Genesim, ubi remissam columbam portasse inquit: *Paciferæ frugis parvum libamen olivæ*. Sicque oleum infirmorum debet esse olivarum; quoniam istud re vera est quod proprie olei nomine intelligitur: unde oleum ab olea derivatur. Idem evincitur ex communi Ecclesiæ consuetudine, quæ ægros inungens nunquam aliud oleum adhibuit. Expresse etiam Eugenius IV. in Instructione Armenorum oleum olivæ commemorat. Episcopus item Keria §. Majoris Hebdomadæ benedicens oleum infirmorum, in oratione: *Emitte quesumus, illud apcllat pinguedinem olivæ de viridi ligno productum*. Non debet autem infirmorum oleo balsamum, aut liquor alius admisceri, sive quia eventibus sat est quod in simplici oleo designatur, ut ex eodem articulo 4. docet Angelicus Doctor, sive potius quia nec Latinorum Pontificalia, nec Euchologia Græcorum, nec scripta aliqua veterum, ubi agunt de hoc infirmorum oleo, mixtionem ullam commemorant.

12 Debet insuper oleum olivarum esse ab Episcopo consecratum. Nec audiendus est loquacissimus Calvinus lib. 4. Institut. cap. 19. dicens: „Jacobus dum simpliciter inungi infirmos jubet, non aliam unctionem mihi significat, quam vulgaris olei: nec aliud habetur in Marci narratione. Isti oleum non dignantur, nisi ab Episcopo consecratum, hoc est, multo halitum calefactum, multo murmure incantantum, & novies flexu salutatum.“ Hæreticus iste semper loquela sua manifestum se facit, quippe inter suos mirifice garricens, vel stulte ignorat, vel malitiose mentitur, ut apposite ait Illustrissimus Canus lib. 4. de locis cap. 4. circa medium. Quod infinitis exemplis facile probari posset; sufficiat istud in quo versamur de benedictione olei infirmorum. Cum lippis, & tonsoribus notum sit, ei non adhiberi halitum Sacerdotum, neque salutationes, quæ solum fiunt chrismati consecrato, & oleo Catechumenorum; atque hæc ter ab Episcopo, ac ter

à duodecim Sacerdotibus repeti, non autem novies. Unde clare videtur vel Calvinum summa Ecclesie rituum ignorantia laborasse, vel contra stimulum calcitrasse, eique optime quadrare illa verba Ecclesiastes 10. v. 3. *In via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat.* Ejus mendacis, pro benedictione olei ab ipso sacrilege, turpiterque rejecta, opponimus primo ipsum Jacobi textum: *Ungentes eum oleo in nomine Domini.* Ubi hæc verba: *In nomine Domini,* tam possunt referri ad actionem ungentis Presbyteri, quam ad oleum ipsum in nomine Domini consecratum.

13 His accedunt Innocentius I. Florentinum, ac Tridentinum locis supra citatis. Cujus benedictionis mentionem quoque faciunt antiquissima Latinarum Ecclesiarum Pontificalia; Anglicana, quæ annorum mille superant vetustatem; Lirinense, supra annos septingentos; Remense, ac Senonense, sexcentorum saltem annorum; liber Sacramentorum Gregorii, Hugonis Menardi notis illustratum num. 1092. Et Euchologium Græcorum editum à Goario, in quo habetur pag. 408. *Officium sancti olei.* Benedictionem hujus olei Ambrosianam laudat ex vetustissimo codice Atrebatensi, altera parte apologetici Guilielmi Lindanus. De benedictione, quam in Coena Domini perficiebat Sanctus Udalricus Episcopus Augustanus agunt Berno Abbas Augiensis, & Gerardus Presbyter in vita ejus apud Mabillonium sæculo V. Benedictino pag. 444. Quid insuper designant, nisi benedictionem istam, Græci, Latiniq; Scriptores dum ajunt ungentos agros *sancto oleo, oleo exorcizato, oleo per Episcopum confecto, oleo Pontificali benedictione consecrato?* Quæ vocabula passim occurrunt in Græcorum Acoluthia, in Mystegogia 2. Cyrilli, in epistola Innocentii ad Episcopum Eugubinum, in Bedæ commentariis, atque in aliis monumentis. Sileat ergo Calvinus, ejusque gregales, suisque contenti sint novitatibus, nec suam maledicendi libidinem, ac stultitiam prodant, re-

ji-

ficiendo unctionis Sacramentum, ac scurriliter irridendo benedictionem olei. Hactenus exiguis nostras vires impendimus in exponenda littera Catechisrai, quod secundo loco facturos pollicebamur.

14 Nunc quod superest exequamur, hujus thesibus probatione: *Natum tutor, sed etiam probabilior est opinio tenens consecrationem olei esse simpliciter necessariam ad valorem Sacramenti unctionis.* Quamvis omnes Catholici fateantur benedictionem olei ad Sacramentum unctionis requiri; dissentiant tamen circa ipsius necessitatem. Quidam enim volunt solum esse ex præcepto Ecclesie, ita Juenin, Natalis Alexander, Ledruin, Habert, & recentiores Theologi Universitatis Parisiensis. Alii vero antiquiores, olei benedictionem simpliciter necessariam docent, ut Div. Bonaventura in 4. dist. 23. art. 1. quest. 3. Div. Thomas ibidem, ac in Supplementis quest. 29. art. 5. Sotus, Bellarminus, Sylvius, Estius, & ex recentioribus Clericatus, Gotti, Tournely, Concina, Berti, & alii, quibus ultimus adharemus. Et quidem hanc esse tutiorem opinionem, nemo putabit inficias; nam oleo consecrato certum est apud omnes fieri Sacramentum, oleo vero non consecrato negatur à pluribus effici unctionem Sacramentalem. Esse vero probabiliorum ita evincitur: in primis probabilitate externa tot, tantorumque Auctorum antiquitate, atque doctrina celebriorum. Deinde quia Div. Thomas locis supra citatis idem prorsus, eademque ratione docet de oleo infirmorum, ac docuerat 3. p. 9. 72. art. 3. de chrismate confirmationis, cui oleum sanctum infirmorum adjungit; atqui Angelicus Doctor loquitur de necessitate Sacramenti, ut patet ex articuli titulo ubi querit: utrum sit de necessitate Sacramenti quod chrisma fuerit prius per Episcopum consecratum: igitur eadem necessitate requiritur olei benedictio.

15 Præterea: Patres, & Concilia dum materiam hujus Sacramenti designant, expresse mentionem faciunt

ciunt

ciunt olei ab Episcopo consecrati. Neque obstat quod aliqui reponant, Concilia, Patresque materię essentiali etiam ritum benedictionis adungere. Cur enim hunc ritum non addunt ubi aliorum Sacramentorum, ac præsertim baptismi materiam tradunt? Hinc vero non sequitur, ut Sylvius, Estius, Suarez, alique contendunt, non fore Sacramento materiam aptam oleum à Presbytero, auctoritate Apostolica, consecratum: nam alia de consecratione, alia de ministro consecrationis est ratio; nec excedit Romani Pontificis auctoritatem complura Episcoporum munera simplici Presbytero demandare, ut Pontificalem benedictionem impendere, eaque omnia perficere, quæ peculiarem non postulant characterem: at variare Sacramentorum materiam, id vero superat etiam Pontificis potestatem. Dicit etiam potest sensu aliquo consecratum ab Episcopo, quod illius mandato à Presbyteris consecratur: unde Gonetus disputat. r. num. 24. ait esse quidem *essentiale* huic Sacramento quod oleum sit benedictum ab Episcopo, sed sufficere ut sit ab illo benedictum mediate, id est, per Sacerdotem ex ipsius commissione. Ex dictis sequitur quod in V. Synodo Mediolanensi anno 1579. statuitur hisce verbis: "Parochus si per errorem aliud oleum, quam quod infirmorum est, ad ægrotum unguendum, adhibuerit, etiamsi christiatis, aut Catechumenorum, sit, ut erratum emendet, olei sacri, quod proprium infirmorum est, eidem adhibeat, & tunc Sacramenti formam iteret." Videatur tom. 13. Conciliorum pag. 590. & Cl. Berti tom. 4. lib. 35. cap. 4. in fine, ex quo uberrimo eruditionis fonte plura fatemur hausisse.

## PRÆLECTIO XIX.

## De Sacramento Unctionis,

ad expositionem cap. 6. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini à §. 6. ad nonum.

**M**os erat antiquus oleo unguendi athletas ad luctam facilius peragendam; potiori ratione Ecclesia divinitus inspirata oleo sacro ungit infirmos graviter decumbentes, ad ultimum agonem facilius, & felicius obeundum. Ideo enim Christus Dominus hoc Sacramentum instituit, ut fideles extremo morbo laborantes munirentur virtute ex alto ad mortem, si expedierit evitandam, & ad gratiam, (quod semper expedit) consequendam. De hoc igitur Sacramento agit Catechismus Concilii Tridentini, cap. 6. secundæ partis, cuius quatuor paragraphos à sexto usque ad nonum hodierno sole dilucidabo. Utinam de extrema unctione dicturus, ea unctione edocear, atque perfundar, de qua loquitur prima Joannes 2. v. 27. Faxit Deus Pater, &c.

2 Quantum rectus ordo conducatur ad res clarius explicandas, nemo est qui non sciat. Pro clariori ergo discussione presentis capituli Catechismi, sic ista conficietur oratio. Initio littera textus breviter præmittetur; deinde fusius enucleabitur; ultimo conclusio deducetur, probabitur, propugnabitur. Utinam bene!

3 Ut autem à primis ordiar, dico ita incipere litteram textus §. 6.: *Forma vero Sacramenti, &c. Sic autem finire §. 9.: Postea in insaniam, & furorem incidit.* Primo ex his paragraphis docet rectissime Catechismus, formam Sacramenti unctionis in illa solemnii pre-

ciunt olei ab Episcopo consecrati. Neque obstat quod aliqui reponant, Concilia, Patresque materię essentiali etiam ritum benedictionis adungere. Cur enim hunc ritum non addunt ubi aliorum Sacramentorum, ac præsertim baptismi materiam tradunt? Hinc vero non sequitur, ut Sylvius, Estius, Suarez, alique contendunt, non fore Sacramento materiam aptam oleum à Presbytero, auctoritate Apostolica, consecratum: nam alia de consecratione, alia de ministro consecrationis est ratio; nec excedit Romani Pontificis auctoritatem complura Episcoporum munera simplici Presbytero demandare, ut Pontificalem benedictionem impendere, eaque omnia pericere, quæ peculiarem non postulant characterem: at variare Sacramentorum materiam, id vero superat etiam Pontificis potestatem. Dicit etiam potest sensu aliquo consecratum ab Episcopo, quod illius mandato à Presbyteris consecratur: unde Gonetus disputat. r. num. 24. ait esse quidem *essentiale* huic Sacramento quod oleum sit benedictum ab Episcopo, sed sufficere ut sit ab illo benedictum mediate, id est, per Sacerdotem ex ipsius commissione. Ex dictis sequitur quod in V. Synodo Mediolanensi anno 1579. statuitur hisce verbis: "Parochus si per errorem aliud oleum, quam quod infirmorum est, ad ægrotum unguendum adhibuerit, etiamsi christiatis, aut Catechumenorum sit, ut erratum emendet, olei sacri, quod proprium infirmorum est, eidem adhibeat, & tunc Sacramenti formam iteret." Videatur tom. 13. Conciliorum pag. 590. & Cl. Berti tom. 4. lib. 35. cap. 4. in fine, ex quo uberrimo eruditionis fonte plura fatemur hausisse.

## PRÆLECTIO XIX.

## De Sacramento Unctionis,

ad expositionem cap. 6. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini à §. 6. ad nonum.

**M**os erat antiquus oleo unguendi athletas ad luctam facilius peragendam; potiori ratione Ecclesia divinitus inspirata oleo sacro ungit infirmos graviter decumbentes, ad ultimum agonem facilius, & felicius obeundum. Ideo enim Christus Dominus hoc Sacramentum instituit, ut fideles extremo morbo laborantes munirentur virtute ex alto ad mortem, si expedierit evitandam, & ad gratiam, (quod semper expedit) consequendam. De hoc igitur Sacramento agit Catechismus Concilii Tridentini, cap. 6. secundæ partis, cuius quatuor paragraphos à sexto usque ad nonum hodierno sole dilucidabo. Utinam de extrema unctione dicturus, ea unctione edocear, atque perfundar, de qua loquitur prima Joannes 2. v. 27. Faxit Deus Pater, &c.

2 Quantum rectus ordo conducatur ad res clarius explicandas, nemo est qui non sciat. Pro clariori ergo discussione presentis capituli Catechismi, sic ista conficietur oratio. Initio littera textus breviter præmittetur; deinde fusius enucleabitur; ultimo conclusio deducetur, probabitur, propugnabitur. Utinam bene!

3 Ut autem à primis ordiar, dico ita incipere litteram textus §. 6.: *Forma vero Sacramenti, &c. Sic autem finire §. 9.: Postea in insaniam, & furorem incidit.* Primo ex his paragraphis docet rectissime Catechismus, formam Sacramenti unctionis in illa solemnii pre-

precatione consistere, qua Sacerdos ad singulas unctiones ait: *Per istam sanctam unctionem*, &c. Quod & Divi Jacobi auctoritate, & Patrum traditione, & Ecclesie usu sapienter ostendit. §. 2. rationem assignat, quare hujus Sacramenti forma precatonis modo adhibeatur, dicens hoc ideo esse, ut eo aegroti præter spirituales gratiam, etiam corporalem salutem adipiscantur. §. 3. tradit Christum esse auctorem hujus, sicut & aliorum Sacramentorum, idque sanctorum testimoniis probat. Postremo §. explanandorum declarat quibus extrema unctio sit conferenda, dicens unice adhibendam esse infirmis in mortis periculo constitutis, & adhuc ratione pollentibus, quin expectandum sit ut ultimum agonem agant. Qui vero infirmi non sunt, etsi vite periculum subeant, ut navigantes, capite plectendi, & alii, ac etiam pueri, vel prorsus amentes sacra unctione ungi non debent; bene tamen qui mente capti dilucida intervalla habuerint. En litteræ textus epitomen, & argumentum præsentis orationis.

4. Eam igitur latius prosequamur, & textus litterarum, ut polliciti sumus, elucidemus. Primum recte asseritur extremæ unctionis formam his consistere verbis ad singulas unctiones adhiberi solitis: *Per istam sanctam unctionem indulgeat tibi Deus quidquid oculorum, sive narum, sive tactus vitio deliquisti*. In Ritualibus, & apud Auctores communiter, post verba: *Per istam sanctam unctionem*, additur: *Et suam piissimam misericordiam, indulgeat*, &c. Quod licet non sit de necessitate Sacramenti, optime profertur ad majorem religionem, & efficaciam orationis. Hanc esse hujus Sacramenti legitimam formam, colligitur ex verbis capituli 5. epistolæ Divi Jacobi vers. 14. & 15. dicentis: *Et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei salvabit infirmum*, &c.

5. Ex quo, ait Catechismus liquere, formam precatonis modo proferendam esse, tametsi eam Aposto-

lus

Ius expresse non tradat. Tradit enim Ecclesia, ut Eugenius IV. & Tridentinum sess. 14. de Sacramento extremæ unctionis cap. 1. A qua non discrepant, qui loco *indulgeat tibi Deus*, dicunt *remittat*, vel *pareat*, vel interdum *sanet quidquid commisisti*; quoniam eundem sensum habent cum illa: unde non est mutatio substantialis, quæ sola obest valori Sacramentorum, ut competentum est apud omnes. Eandem veritatem docent Theologi cum Magistro in 4. dist. 23. & cum Divo Thoma ibidem, ac q. 29. Supplementorum art. 8. Qui etiam congruentias afferunt, cur hoc Sacramentum constet forma deprecatoria; quia scilicet institutum est pro infirmo propriis viribus destituto, sicque congruum est ea forma, & oratione fidelium adjuvari; tum quia extrema unctio confertur exeuntibus de foro Ecclesie militantis, quasi in manus Dei committantur: modus autem committendi res Deo est deprecatio, & oratio; tum denique, quia hujus Sacramenti effectus non sola est gratia, sed etiam sanitas corporis, quæ non semper sequitur: unde oratio ordinatur ad sanitatem, si expediat, corporalem, quod non solet efficere Sacramentum, nisi orationibus sociatum.

6. Nec causa nostra officit, aliquas formas in nonnullis Ecclesiis observari solitas, non videri deprecatorias, illam scilicet Mediolanensem sub Divo Ambrosio, ut fertur, his verbis: „Ungo te oleo sanctificato in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ut more militis uncti, præparatus ad certamen, æreas possis superare potestates.“ Et similiter illam Ecclesie Venetæ sub approbatione Leonis X. Respondet enim Divus Thomas supra citatus art. 7. ad secundum, illa verba, quæ sunt de essentia formæ, orationem scilicet deprecatoriam, ab omnibus dici; sed alia quæ tantum sunt congruentiæ non observari ab omnibus. Et expressius art. 8. ad tertium ubi hanc sibi objecerat formam: *Ungo hos oculos oleo sanctificato*, &c. Respondet verba

Tom. II.

Kk

illa



illa indicativi modi, quæ secundum morem quorundam præmittuntur orationi, non esse formam hujus Sacramenti, sed dispositionem ad formam, quatenus intentio ministri determinatur ad actum illum per illa verba. Quare, ut bene notat Natalis Alexander hic art. 3. formæ præfatæ incipiunt modo indicativo, & desinunt modo deprecativo; sicque cum ea Catechismi conveniunt (a).

7 Unde recte inquit Div. Bonaventura in 4. dist. 23. art. 1. quæst. 4. in resolut. circa medium: „Talis forma „deprecativa est de necessitate Sacramenti hujus, & ha- „betur in omnibus Ecclesiis, quoniam hæc tangitur in „institutione hujus Sacramenti; & quoniam non expri- „mitur verbum determinatum, sed solum oratio fidei: „ideo non oportet quod sit uniformitas in verbo oratio- „nis, sed solum quod sit in sensu.“ Hæc Sanctus Do- „ctor (b). Melius tamen agunt qui necdum in sensu, sed etiam in vocibus eandem formam observant, qua Romana Ecclesia utitur, cujus consuetudo in omnibus est æmulanda, ut alicubi ait Divus Thomas; ideoque juxta Gonetum, & alios, usus Ecclesie Mediolanensis, atque Venetæ post Florentinum, & Tridentinum, fuit correctus. Dicit Catechismus in textu præfata verba ad singulas unctiones esse adhibenda: unde omitti nequit expressio sensus qui ungitur, & per quem infirmus dicitur forsitan deliquisse. Dicendum igitur: *Per visum, vel auditum*, &c. ut tutior, & probabilior opinio teneat. Dum autem omittitur unctio alicujus sensus, vel per oblivionem, vel quia datur una pro omnibus, ne moriatur infirmus ad ultimum jam delatus, nominari debent singuli sensus qui liniuntur, vel omnes in com-  
mu-

(a) Vid. Clericatus tom. 1. decisione 68. n. 7. 14. & sequent. (b) Probabile tamen fatetur, valere hoc Sacramentum forma indicativa collatum, sicque olim varis in locis administratum fuisse, ut multis probant doctissimi Viri Memorias, Morinus, Martellus, Lausojus, Juennius, Amortius, Ledranicus, Chignolius, alii.

muni, si unus tantum inungitur. At si moriatur ægrotus antequam omnes receperit unctiones, minister cessare debet à reliquis; si vero dubitat de morte illius, prosequatur adhibita forma sub conditione, ut præscribunt Rituale Romanum, nostrum Majoricense, Sanctus Carolus, aliique.

8 Sed transeamus ad aliud quod in littera quæritur, quisnam scilicet sit Auctor Sacramenti unctionis. Magister Sententiarum in 4. dist. 23. aliique nonnulli tenent fuisse ab Apostolis institutum. Eum tamen benigno sensu exponit Doctor Angelicus (a) dicens, à Magistro dici per Apostolos institutum, quia per doctrinam Apostolorum nobis promulgata est ejus institutio. Sicque ipsi non immediate illud instituerunt. Nam ut ait idem Sanctus Doctor 3. part. quæst. 64. art. 3. instituire Sacramenta pertinet ad potestatem excellentiæ, quam solus habuit Christus Dominus: ipse igitur solus instituit hoc Sacramentum, sicut & alia. Quod etiam innuit Tridentinum sess. 7. can. 1. & ejus Catechismus passim docet, resumit, inculcat, ut initio hujus capituli §. 3. & nunc §. 8. fusius, dicens Divum Jacobum ejus legem promulgasse, non Sacramentum instituisse; quemadmodum jam dixerat Synodus Tridentina sess. 14. cap. 1. his verbis: „Instituta est autem sacra hæc unctio „infirmorum tanquam vere, & proprie Sacramentum „novi testamenti à Christo Domino nostro, apud Mar- „cum quidem insinuatam, per Jacobum autem Apo- „stolum, ac Domini fratrem commendatam, ac pro- „mulgatam.

9 Ex quo Tridentini loco duo habemus: primum scilicet, hoc Sacramentum esse à Christo Domino institutum, & à Jacobo Apostolo promulgatum: secundum vero, fuisse tantum insinuatam Marci 6. vers. 13. ubi Apostoli multos oleo unxisse dicuntur, ægrotosque sa-

Kk 2

nas

(a) Vid. Div. Thomas in 4. dist. 23. quæst. 1. art. 1. questione 3. ad 2.

nasse. Hæc itaque Apostolorum unctio, quam Marcus refert, non erat sacramentalis; tum quia tantum legitur fuisse ad expellendos morbos corporis; (licet fortassis expelleret etiam morbos animæ, ut Catechismus, & alii satis pie existimant) tum quia Apostoli nondum erant Presbyteri, à quibus administrari debet extrema unctio, ut docet Divus Jacobus; tum denique, quia ibi ungebantur indistincte omnes ægroti, claudi, cæci, &c. quos inter erant fortasse non baptizati. Quapropter apposite inquit Tridentinum, illa Apostolorum unctioe insinuatam, & adumbratam fuisse hoc Sacramentum, sicut baptismus Joannis, aliisque figuris adumbratus fuit baptismus Christi.

10. Nec audiendus est Pseudo-historicus Petrus Suavis, seu larvatus Paulus Sarpi, scribens Tridentinos Patres prius putasse, atque etiam postuisse capit. 7. citate sess. 14. Sacramentum unctionis jam fuisse institutum Marci 6.; sed postea, objectione Jodoci Ravestein Theologi Lovaniensis, Apostolos tunc temporis nondum Sacerdotes fuisse dicentis, caput illud mutasse modo quo nunc extat (a). Non, inquam, credendus est Paulus Sarpi, mentito quidem nomine Petri Suavis, sed semper Tridentinis Patribus insuavis, amarus, acerbus, absyntheticus. Quid autem mirum, si teste Illustrissimo Bossueto (b), sub Religiosa veste Calvinista larebat? Hujus mendacia solide refutavit Cardinalis Pallavicinus in historia Tridentini, maxime lib. & cap. 12. prope finem. Quamvis enim pauci quidam auctores, nec valde antiqui, dixerint Sacramentum unctionis institutum jam fuisse Marci 6.; Theologi tamen communiter ante, & post Tridentinum, non ad illud Marci referunt ejus institutionem, sed ad aliud tempus posterius, proba-

(a) Vid. Tournely tom. 9. tract. de Sacramento unctionis quest. 1. art. 2. pag. 384. & Juvenin tom. 3. dissert. 7. quest. 5. concl. 3. pag. 531.

(b) Vid. Bossuet tom. 2. hist. variat. n. 109. pag. 102.

bilis quidem certe post resurrectionem Christi. Incredibile igitur est Patres Tridentinæ Synodi amplexos fuisse sententiam minus probabilem, eamque postea retractasse illa levi admonitione unius Theologi cæteris oculatioris, quia scilicet Apostoli nondum erant Sacerdotes quando Marci 6. urgebant infirmos; cum alia sint rationes à nobis superius indicatæ. Sinamus ergo audacem, insipidumque Suavem, dum rem prorsus vero non similem posteritati reliquit admirandam potius, quam credendam, doctissimos nempe viros, qui tamquam perspicacissimæ aquilæ ex omnibus fere Christiani orbis partibus Tridentum convolarant, ad pestifera hæresum cadavera conterenda, dissipanda, tollenda, fuisse cæciores talpis.

11. At demus Suavi quod narrat: vel Theologus ille qui reliquos omnes admonuit, recte sentiebat, vel non? Si non, eum profecto sprevisset Sacra Synodus in Spiritu Sancto legitime congregata, quidquid ad illam deprimendam dicant hæretici. Si primum, in hoc clare liqueret & providentia Dei erga Concilium, & docilitas Patrum illius, qui conticuerint omnes, audito uno contradicente, canonemque mutarint, sicut aliquando egerunt, ut testatur Pallavicinus lib. 12. hist. Trident. cap. 10. num. 25. & 27. Haud dubito quin responderet Suavis, dilemma propositum utraque tibia claudicare, quia quocumque modo se res haberit, Tridentinum delinquit unctionem extremam esse nova legis Sacramentum, quam ejus magister Calvinus lib. 4. instituit cap. 19. num. 18. solita urbanitate vocat Sacramentum scitium, & histrionicum hypocritarum; ad tollendum sane infirmorum angustias. Sed parum refert quid diceret frater hypocrita, histrio reformatus, sictusque Catholicus. Certe quidem sive unctio illa, cujus meminit Marcus, sacramentalis fuerit, ut probabiliter tenent aliqui apud Cl. Berti lib. 35. de Theologicis disciplinis, cap. 2. sive talis non fuerit, ut alii commu-

nus opinantur cum Soto, Estio, & Bellarmino (a); omnes Catholici fide credimus extremam unctionem, qua Ecclesia utitur, verum esse Sacramentum; quoniam veritas ista talibus nititur fundamentis, ut nullis hæreticorum machinis valeat demoliri. Quæ fise videri possunt apud auctores: unde merito dixit à principio Catechismus §. 4. à Pastoribus docendos esse fideles extremam unctionem esse verum Ecclesie Sacramentum, quod modo etiam repetit, atque confirmat tum institutione Christi à Jacobo Apostolo nobis proposita, & promulgata, tum etiam auctoritate Dionysii, sive auctoris libri de Ecclesiastica Hierarchia, Ambrosii, Chrysostomi, Magnique Gregorii.

12 Sed videamus quibus conferri debeat hoc Sacramentum. Respondet itaque Catechismus, etsi sacra hæc unctio ad fideles omnes pertineat, non tamen esse omnibus conferendam, sed tantum infirmis ratione potentibus. Sic in Ecclesia Latina servatur, licet alia sit praxis Græcorum sanos etiam inungentium; quo an verum efficiant Sacramentum, ipsi viderint, & nos forsitan infra quoque videbimus. Morem autem nostrum recte deducimus ex laudatis Jacobi Apostoli verbis: *Infirmatur quis in vobis? &c.* Quo quidem intelligitur, non sanis, sed infirmis tribuendam esse hanc unctionem, aliter si cunctis, & semper tribui posset, inepte diceretur extrema, quæ sic vocatur, ut ait Divus Thomas, quia non debet dari nisi tantum illis quorum mors ex infirmitate prudenter judicatur propinqua. Idcirco solis ægrotis periculose vexatis confertur, quin expectandum sit ut ad ultimum periodum vitæ perveniant, sed dum adhuc integra mens, & ratio viget, nisi aliter fieri nequeat.

13 Sic docet Catechismus in textu, docent Theologi,

(a) Vid. Benedict. XIV. lib. 7. de Synodo cap. 16. num. 2. in posteriori editione est lib. 8. cap. 1.

gi, & observant fideles dispensatores, ac ministri Ecclesie; quidquid blaterent hæretici, præsertim Calvinus lib. 4. institut. cap. 19. num. 21. dicens, nos non infirmos, sed semimortua cadavera nostra pinguedine inficere; cum jamjam anima in primoribus labris laborat. At mera est Calvini calumnia tribuere cunctis quod solum paucis quibusdam ignaris, aut inobedientibus convenit. Nam abusus iste differendi ab aliquibus hoc Sacramentum usque ad extremum vitæ articulum, invalescere cœpit post sæculum duodecimum, cum vulgus indoctum Angliæ, ac etiam Gallie crederet, suscepto oleo Sancto, non licere amplius matrimonio uti, nec carnes comedere, nec nudis pedibus ambulare, nec condere testamentum. Hac anili recepta fabula, proclive fuit in ultimum vitæ sinem oleum Sanctum differre, ne si eo suscepto infirmi convalescerent, tantis incommodis obnoxii forent. Plures tamen Canones hunc erroneum morem damnarunt. Videantur, si lubet, Cl. Mabillonius præfat. in sæculum I. Benedict. num. 100. Martene, & alii apud Bened. XIV. lib. 7. de Synod. cap. 22. num. 1. Licet autem nunc temporis talia non credantur, sunt adhuc nonnulli pravi ministri; (uti nam mendacium potius loquerer, juxta Michææ phrasim ex cap. 2. vers. 11.) qui propriis commodis servientes, & posthabitis Ecclesiasticis sanctionibus, ne contriscentur infirmi, eorumve patres, atque propinqui, maxime si sint divites, hoc Sacramentum justo serius differunt; cujus culpæ non carent Medici conniventes.

14 Verum ad textus litteram revertamur, ubi habetur nec milites prælium commissuros, nec navigantes, nec capite placentendos, nec feminas parturientes, nec similes alios; quamvis morti proximis, nisi graviter infirmentur, esse sacro oleo liniendos. Quoniam in subjecto requiritur ægritudo, ut clare colligitur ex Divo Jacobo supra citato, & quidem gravis quæ infirmi mortem minetur, ut in decreto docet Eugenius IV. &

Tridentinum sess. 14. cap. 3. dicens, propterea Sacramentum exeuntium nuncupari. Quod insuper hac ratione probari potest: Ecclesia confert hoc Sacramentum homini de hoc seculo exeunti, quasi eum immediate disponens ad gloriam; sed ad hoc requiritur infirmitatem trahere periculum mortis: non enim omnis infirmitas trahit ad extremum vite discrimen, cum aliquæ potius ad longiorem vitam conducant, quatenus corpus purgant ab humoribus noxiis, ut ait cum Philosopho Divus Thomas in Supplement. quest. 32. art. 2. & Medici quoque fatentur: ergo nisi adsit gravis infirmitas, conferri non debet hoc Sacramentum. Nec obstat antiqua consuetudo, qua in levibus morbis, aut morborum initio tingi solebant infirmi, ut testatur Sambonius de extrema unctione disput. 8. art. 1. hic enim usus (si non erat abusus) jam exsolevit; sicque observandus est qui nunc viget.

15. Ab hoc Sacramento excluduntur etiam pueri, & omnino amentes, aut furiosi; quia ejus forma exigit præcessisse in subiecto personale delictum sensuum instrumentis commissum, ut denotant illa verba superioris indicata: *Indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti*, &c. Cumque in pueris ante usum rationis, & in perpetuo amentibus personale peccatum dari non possit, ob defectum iudicii: ideo eis extrema unctio denegatur. Sacramentum enim conferri nequit dum primarius ejus effectus sequi non potest; effectus autem primarius unctionis est remissio reliquiarum peccatorum, quibus profecto carent qui peccata personalia non patraverunt. Et quamvis hoc Sacramento quandoque conferratur sanitas corporis, hæc solum est effectus secundarius, qui semper cessat cessante primario. Si autem amentes, aut furiosi aliquando dilucida intervalla habuerint, eoque tempore pium ostenderit animi votum recipiendi hoc Sacramentum dum opus fuerit, illis conferri debet, etsi postea in furorem, vel insaniam

niam relabantur dummodo absit periculum irreverentia, ut docet hic Catechismus §. 9. in fine, Synodus Coloniensis anni 1682. cap. 3. §. 6. Rituale Romanum, & plura alia.

16. Si vero amentes illi, ac furiosi habentes dilucida intervalla nullum unquam dedere indicium volendi recipere hoc Sacramentum, eis tribuendum non esse videtur, sicut de baptismo ait Div. Thomas 3. part. q. 68. art. 12. & Rituale Romanum. Cum ad receptionem Sacramentorum necessaria sit intentio, quæ innotescat ministro. Fateor tamen sufficere interpretativam intentionem, ut extrema unctio fidelibus concedatur tam amentibus, ac furiosis aliquando mente præditis, quam moribundis sensibus destitutis, etsi nullum doloris signum ostendant, nisi in actuali peccato correpti, eorum impenitentia pateat. Semper enim præsumendum est ipsos vellesalvari, & in ultimo illo agone mutis vocibus remedium petere; ad quos juvandos potest Sacerdos interrumpere Sacrum: unde in casu dubio sequendum est monitum Augustini lib. de adulterinis conjugis cap. 26. dicens: *Multo satius est nolenti dare, quam volenti denegare*, ut docent Auctores communiter.

17. Similiter adultis post baptismum nunquam lapsis tribuenda non esset extrema unctio, nam hoc Sacramentum, ut ait Synodus Tridentina, est veluti poenitentia complementum, cujus incapax est adultus baptismum suum integrum servans, cum non sint in eo reliquæ peccatorum per sacram unctionem tollende; licet sit debilitas orta ex originali, vel actualibus peccatis ante baptismum commissis. Verum si neophytus statim post baptismum in lethalem morbum incidere, oleo sacro liniri posset, cum ad committendum peccatum brevissimum momentum sufficiat: unde certo constare nequit illum postea non peccasse: ideoque tutius erit saltem sub conditione inungi; quemadmodum anno 1620. Matrini collata est sacra unctio mancipio cuidam

antea Mahumetano, & nuper ad fidem converso, ut refert Sanctus tanquam oculatus testis apud Thomam Madalena tom. 2. Tyrocini Moralit pag. 505. & alios. At pro expositione textus hæc satis sunt.

18 Reliquum est ut orationem ad umbilicum perducamus, hæc posita conclusione ex doctrina Catechismi deducta: *Beatissima Virgo Maria sacram unctio- nem non recepit.* Certum est apud omnes eam hoc Sacramento non eguisse; an vero ex devotione, ut ajunt, & humilitate voluerit sibi conferri, in dubium vertunt Auctores. Quidam enim asserenti opinioni adherent (a). Nobis tamen magis placet sententia negans, & sic breviter scholastico more ostenditur: ad sacram unctio- nem recipendam opus est subjectum graviter infirmari, & aliquando sensuum ministerio deliquisse, ut ex Divo Jacobo, & Catechismo evincitur; atqui Beatissima Virgo nec graviter egrotavit, nec leviter quidem deliquit. Prima minoris ita probatur: Purissima Virgo non ex infirmitate, sed ex ardentissimo Dei amore decessit, ut docent plurimi apud Raynaudum in diptychis Marianis tom. 7. part. 1. punct. 10. Nec dici valet ardentissimum amorem inter infirmitates enumerari: unde Sponsa fatetur in Canticis se languere amore; Ambrosius lib. 4. in Lucam circa finem: *Nec minore; inquit, febrem amoris esse dixerim, quam caloris, itaque illa animum, hæc corpus inflammat.* Et Jacobus Ferrandus medicinæ Doctor anno 1625. Parisiis tractatum edidit de infirmitate amoris; de qua etiam agunt Paulus Zacchias & alii (b). Quamquam enim nimis amor creaturarum sit infirmitas noxia, nedum moralis, sed interdum etiam physica, per Sacramentum unctio- nis tol-

(a) Vid. Theophil. Raynaud. tom. 7. secunda part. punct. 4. n. 12. pag. 176. Didacus à Sucto Antonio tom. 4. ad loca difficilia epistolæ Divi Jacobi pag. 304. & alii apud Clericum tom. 1. decisioe 78. num. 4. b) Vid. Paul. Zacchias in questionibus medico-leg. lib. 2. tit. 1. quest. 10. & alii apud Clericum decim. 19. de matrim. num. 19.

tollenda, si corpus lethaliter patiat; non sic ardentissimus amor Dei, qui eo melior, & salubrior, quo major, & ardentior. Et ita obiit B. V. M. Seraphica Virgo Theresia, & alii quorum meminit Sanctus Franciscus Salesius in praxi amoris Dei lib. 7. cap. 13. & sequenti; licet multo purior fuerit amor Matris pulchre dilectionis.

19 Secunda minoris pars, nempe Purissimam Virginem nunquam nec venialiter deliquisse, a nemine Catholicorum inficiatur; forma igitur unctionis in eam cadere non poterat. Respondent adversarii, illa formæ unctio- nis verba: *Quidquid deliquisti per visum, &c.* includere sensum conditionalem, ut inquit Jacobi textus sæpe citatus. Sed facile impugnatur ista responsio, quia sensus conditionalis in nullo Sacramento locum habet, dum certo constat subjectum non esse capax recipiendi ejus effectum, aliter pueris, furiosis, & fatuis, queis nunquam rationis lumen affulxit, sacra unctio conferri posset, contra quod supra diximus cum Catechismo; atqui effectus hujus Sacramenti est gratia sanans reliquias peccatorum, seu languorem ex peccatis proveniente, & aliquando ipsa peccata, à quibus omnibus Beata Virgo semper fuit immunis; quin credibile sit eam, & Apostolos id ignorasse quod nunc universa Ecclesia credit. Nec causa nostræ nocet ipsam accepisse baptismum, & Eucharistiam, ut plures docent apud Raynaudum, & Lambertinum (a); quia hæc Sacramenta non necessario exigunt subjectum inquinatum originali, aut personali peccato, ut ex eorum effectibus clare deducitur: unde Virgo Maria semper mundissima, Apostoli per circum- cisionem, & adulti per contritionem mundati, erant

Li 2

(a) Vid. Theophil. Raynaud. in diptych. Marian. tom. 7. part. 2. punct. 4. num. 8. pag. 175. Et Lambertini lib. 4. de Beatisat. SS. part. 2. cap. 21. num. 14.

baptismi capaces, ac etiam Eucharistia, non vero unctionis extremæ, si nullo modo peccarunt; cum hoc Sacramentum, ut supra diximus cum Tridentino, sit veluti poenitentia consumatio, quæ Immaculatæ Virgini repugnabat. Non me latet quemdam pridem hanc absurdam thesim proposuisse: *Confessio valida est deficientibus peccatis: potuit ergo Beatissima Virgo, licet nec contritionem haberit, nec ullum vel levissimum peccatum commiserit, Beato Joanni confiteri.* Eam tamen merito damnavit Facultas Parisiensis anno 1665. Sicut igitur Beata Virgo non fuit capax confessionis sacramentalis, ita neque unctionis extremæ.

20 Plura hic objici possent, quorum aliqua jam præoccupata manent, alia fusiùs videnda relinquimus apud Auctores, unum adducere satis erit, cujus solutione, & litteram Catechismi superius explicatam, & propositam thesim amplius illustrabimus. Arguet ergo aliquis: ad sacram unctionem recipiendam non requiritur subjectum esse infirmum: igitur licet Beata Virgo infirma non fuerit, saltem ex hoc capite probari nequit eam hoc Sacramentum non recepisse. Antecedens ita probatur: licet Jacobus Apostolus, Eugenius IV. & Tridentinum doceant infirmum esse subjectum Sacramenti unctionis, non propterea excludunt sanos. Eos enim inungunt Græci, nec à Latinis reprehenduntur; imò isti olim aliquando idem egerunt. Nam Sancta Odilia, Beata Heduvigis, Monachus quidam, alterque laicus, quos ex probatis auctoribus refert doctissimus Pontifex Benedictus XIV. lib. 7. de Synodo Diocesana cap. 20. num. 2. Sacra unctione muniti sunt antequam in lethalem morbum inciderent.

21 Respondetur ex textu Jacobi jam satis colligi solos infirmos esse sacrae unctionis capaces. Si enim, ut bene advertit Colletus (a), per illa verba: *Infirmatur*

(a) Vid. Collet. tom. 6. part. 2. cap. 5. num. 10. pag. 489.

tur quis in vobis, non excluderentur sani, ita per sequentia: *Inducatur Presbyteros Ecclesie*, non excluderentur laici; atqui hoc ultimum nemo Catholicorum auderet asserere. Illud insuper confirmat traditio, & communis Theologorum consensus, qui teste Illustrissimo Cano lib. 8. de locis cap. 2. efficacis suppetit argumentum ad catholicas veritates probandas. Quare merito docet Suarez tom. 4. in 3. part. disp. 42. sect. 2. hanc sententiam esse certam. Nec opposita fuvet praxis Græcorum, quoniam isti dum sanos inungunt Sacramentum non agunt, sed meram cæremoniam Ecclesiasticam, ut ex Renodotio, Goario, aliisque ostendit Cl. Ledruin (a). Neque Latinae Ecclesie usui adversantur exempla supra tradita Sanctæ Odilia, Beatæ Heduvigis, & aliorum. Tum quia, ut ibidem optime respondet laudatus Summus Pontifex, illa extraordinaria sunt ex divina dispensatione, & Spiritus Sancti aflatu; sicque admittenda potius, quam imitanda; tum quia, ut ait Thiers tom. 2. de superstitione circa Sacramentum unctionis pag. 377. & sequent. possumus prudenter existimare, illos tunc jam coepisse lethali morbo interius laborare, licet exterius sani, & incolumes viderentur. Concludamus igitur cum Catechismo, & communi Theologorum contra Sambovium, & Jueninum, solos infirmos esse capaces Sacramenti unctionis.

(a) Vid. Ledruin tom. 2. de re Sacrament. lib. 7. c. 5. cap. 1. §. 1. post probationem 4. pag. mihi 225. & sequent. Similiter Pignatellus in consultationibus Canonice tom. 8. consult. 84. num. 29. & sequent. quem citat, & sequitur Clericus tom. 1. decisio. 79. de Sacramento unctionis num. 15.

## PRÆLECTIO XX.

## De Sacramento Ordinis,

ad expositionem cap. 7. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini,  
à §. 1. ad 4.

1 **O**rdinatissimus fidelium cætus, Ordinem à Christo Domino sibi traditum ad ministrorum institutionem, ad regiminis normam, ad sacra denique munia solemniter obeunda, merito inter Sacramenta reponit, & summa veneratione prosequitur; ab hoc enim Ordine suam agnoscit ipsa Ecclesia dignitatem, potestatem, pulcritudinem, durationem, & cætera celestia dona, quibus divinitus insignitur. Hujus igitur Sacramenti existentiam, vim, ac naturam solide ac eleganter pro more describit Catechismus Concilii Tridentini secunda parte cap. 7. cujus quatuor priores numeros, seu paragraphos, hesterno sole sortibus designatos, hodierna luce discutiam in nomine Patris, &c.

2 Superis adjuvantibus, vobisque, Consessores amplissimi, benigna aure faventibus, sortitum punctum exponam; cumque nihil faciliorem viam aperiat ad veritatis intelligentiam, quam apta rerum partitio, earumque tradendarum exacta methodus: ideo solitam nunc adhibebimus, quæ potior esse videtur, oratione scilicet tribus partibus colligata. In prima textus litera breviter contrahetur. In secunda fusius elucidabitur. In tertia denique conclusio ex textu clare deducta proponetur, probabitur, vindicabitur. Utinam optato fine!

3 Primam ergo partem exordiens, sic incipit liter-

tera Catechismi §. 1.: *Si quis*, &c. Ita vero desinit §. 4. *Ut Dei honori inserviant*. Catechismus, ut jam innuimus, agere instituit in presenti de Ordinis Sacramento. Quod §. 1. ait diligenter explicandum esse à Parochiis, quia sine ipso alia Sacramenta valide administrari nequeunt, vel saltem ea solemnitate, ac caremoniis, quibus sunt tractandæ res sacræ; cujus explicatio nedum deservit ipsis Parochiis, aliisque ministris Ecclesie, sed etiam cunctis fidelibus, maxime illis qui hunc statum ingredi avent, vel ab aliis assumi desiderant, ne absque vocatione suscipiatur onus Angelicis humeris formidandum. §. 2. asserit nullam esse in teris dignitatem Sacerdotio sublimiorem. Sacerdotes enim sunt divinæ voluntatis interpretes, ministri Altissimi, Angeli Dei, imo Dii etiam frequenter in sacris litteris nominantur; quod quidem potiori titulo Evangelicis Sacerdotibus convenit, quoniam collata est eis potestas in corpus Christi verum, & in corpus Christi mysticum. §. 3. tradit quinam censeantur à Deo vocati ad Sacerdotium, & ad alia Ecclesiastica munera; nam sine vocatione nullus ad Sacramentum Ordinis tendere debet. Quod variis scripturæ auctoritatibus probat. §. 4. & ultimo ex assignatis, de illis loquitur qui perperam ad Ordines sacros accedunt, quales profecto sunt, qui non Dei gloriam, sed propriam utilitatem querunt. En synopsis literæ textus, & prima orationis pars.

4 Ad secundam igitur progrediamur, ubi fusius elucidanda sunt supra dicta. In primis itaque Catechismus rectissime monet Pastores Ecclesie, Sacramenti Ordinis explicare naturam, potestatem, ac excellentiam. Quod ideo accurate præstare debent, tum quia hoc Sacramentum est veluti aliorum radix, utpote ab eo habent homines potestatem alia conferendi, vel saltem solemniter administrandi; licet enim baptismus in casu necessitatis à quolibet conferri valeat, & matrimonium à

à contrahentibus conficiatur, ut plures volunt; solus tamen Sacerdos est minister ordinarius baptismi, & pro Sacramento matrimonii, ut minimum, requiritur praesentia Parochi, si non est ipse minister, quod gravissimi Theologi opinantur. Tum etiam quia Sacramenti Ordinis explicatio utilis erit Pastoribus ipsis Ecclesiae, & aliis Sacerdotibus, ut agnoscant dignitatem suam, & vitam degant statui respondentem, eam in seipsos excitando gratiam, juxta phrasim Apostoli, quam per hoc Sacramentum adepti sunt. Ideoque inquit Ambrosius lib. de Sacerdot. cap. 2: *Dignum est ut dignitas sacerdotalis prius cognoscatur à nobis, deinde servetur à nobis; ut Psalmographi sententia queat repelli à nobis: homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Tum denique quia ejus notitia valde proderit omnibus Christi fidelibus, illis praesertim qui hunc statum eligere volunt, vel aliis consulunt assumendum, ne id agant, quin prius serio curent ornari virtutibus, ac dotibus requisitis.

5 Qua Catechismi doctrina confoditur haeticorum error dicentium Sacerdotium Christianis omnibus convenire (a); sicque hierarchiam Ecclesiae evertere moluntur. Vellent etenim Tartarei homines in domo Dei nullum fore ordinem, sed sempiternum horrorem, qualem in seipsis experiuntur. Verum, quemadmodum in caelis mansiones multae sunt, sic etiam in Ecclesia sunt plures gradus, seu ordines. Est autem Ordo, prout hic accipitur: *Signaculum quoddam, in quo spiritualis potestas traditur ordinato ad officia Ecclesiae obeunda.* Ita cum Magistro docent Div. Bonaventura, alique Theologi in 4. dist. 24. A quibus cum Catechismo infra §. 12. septem numerantur hi Ordines; praecipuus tamen ad quem

(a) Vid. Serry tom. 4. praelect. 4. & 5. de Sacramentis; Selvagus tom. 1. antiq. Ecclesiast. lib. 1. cap. 11. §. 3. pag. 91. & alii.

quem ceteri tendunt est Presbyteratus, seu Sacerdotium, quo nulla in terris est dignitas excellentior, ut hic §. 2. asserit Catechismus, dicens Episcopos, & Sacerdotes esse Dei interpretes, ac internuncios, quia ejus nomine divinae legis & vitae praecepta homines edocent, & ipsius Dei personam in terris gerunt. Hinc licet Episcopatus sit gradus excellentior Presbyteratu, ac veluti hujus fastigium, ut contra Aërium, Marcellinum Paduanum, & alios tenent Catholici (a), non tamen est Ordo Sacramentalis distinctus, ut docent Div. Bonavent. Sanctus Thomas, & plures alii (b).

6 Quare Episcopis, ac Sacerdotibus una conveniunt honorifica illa epitheta, quibus in Scriptura ostenditur sublimis dignitas Sacerdotum. Appellantur enim, ut ait Catechismus, non solum Angeli, Malachia 7: sed etiam Dii, Exodi 22. quae quamvis de Sacerdotibus antiquae legis praedicta sint, ad Evangelicos proprius pertinent. Certe quidem Sacerdotis nomen apud omnes nationes summo honore semper est habitum, ab Ethnicis, à Judaeis, à Christianis, ut ex sacra & prophana historia evidentissime constat. (c) At Ethnicis falsa fide in fabulosa Numina, ducebantur; Judaeis, quamvis veram Religionem habentes, Deum sacris ritibus colebant, omnia tamen in figura continebant. Sicque eorum Sacerdotium praefigurabat Sacerdotium Christi, Evangelicis Sacerdotibus communicandum. Isti ergo

Tom. II.

Mm

(a) Vid. Selvagus ibid. cap. 12. §. 2. pag. 97. & alii passim. (b) Vid. Divus Bonaventura in 4. distinct. 24. part. 2. art. 2. quest. 2. Divus Thomas in Supplement. quest. 40. art. 5. Gonetus tom. 5. tract. 7. disput. 4. art. 2. §. 1. Capisuecius controvers. 28. quest. 1. §. 2. pag. 623. Ferrer in epitome tom. 4. tract. 8. disput. 21. dub. 2. concl. 3. num. 871. pag. 435. Beraardus Maria de Rubéis dissert. 37. art. 4. & alii Oppositum tamen tenent Ledrula tom. 2. de re Sacrament. lib. 8. pag. 384. Berli tom. 4. lib. 36. cap. 9. & plures ab ipso citati. (c) Vid. Plato lib. 16. qui est de regno, Aristoteles, alique apud Carsum lib. 12. de locis cap. 12. ante medium §. 214. quid 229. pag. 212. col. 1. edit. Pravae, anno 1734. Clericus, de his §. de Sacrament. Ordinis num. 6. & sequent. sique Gonet tom. 5. tract. 7. in praefat. de Ordine.



verius vocantur Angeli Dei, divinae voluntatis interpres, Christi Domini, atque Dei per participationem potestatis quam habent conficiendi corpus, & sanguinem Domini, offerendi Sacrificium omnium maximum, & etiam remittendi peccata. Hinc merito exclamatur Sanctus Ephren. de Sac. *Miraculum stupendum! Magna, & multa, immensa, & infinita Sacerdotii dignitas!* Et Sanctus Carolus Borromaeus in actis Ecclesiae Mediolanensis fol. 547. *Potestas corpus, & sanguinem Domini nostri conficiendi, & offerendi; tum peccata dimittendi, quae Sacerdotibus collata est, humanam rationem, & intelligentiam superat, ne dum ei par, & simile in terris inveniri queat.* Sed cum haec à Catechismo ex professo alibi pertractentur agendo de Sacramentis Eucharistiae, ac Pœnitentiae, & in Symbolo agendo de decimo articulo fidei; ideo ea omnia pratermittimus, ut citius deveniamus ad expositionem §. 3. ubi agitur de vocatione requisita ad Sacerdotium, & ad alia Ecclesiastica ministeria.

7 Pro cuius elucidatione advertere oportet, vocationem de qua loquitur Catechismus, describi posse: *Actus providentiae supernaturalis, quo Deus hos praesertim eligit, preparatque dotibus consentaneis ad sacra officia abunde.* Hujus divinae vocationis necessitatem declarat Scriptura quam possit apertissime. Christus enim, qui factus est exemplar à nobis imitandum, praordinatus fuit Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, Psalm. 109. Non à semetipso venit, sed missus à Patre, ut nobis esset Pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelior Caelis factus. Ad Hebraeos 7. Quamobrem ipse clamabat in templo dicens: *A me ipso non veni, sed est verus qui misit me.* Joannis 7. Ille missus à Patre, ad idem Sacerdotium vocavit Apostolos: *Vocavit ad se quos voluit ipse.* Matthaei 3. Apostoli etiam cum Judae locum implere vellent, implorant à Deo signa, quibus manifesta-

re-

retur eligendus, Actorum 1. Illosque eligebant Sacerdotes, quos aptos judicabant ad consumptionem sanctorum, in opus ministerii, in edificationem corporis Christi, ut loquitur Apostolus ad Ephesios 4. vers. 11. Nullus igitur assumere debet sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron, ait idem Paulus ad Hebraeos 5. v. 4. ne impleatur illud Jerem. 23. v. 21. dicentis Dei nomine: *Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant.*

8 Quibus Scripturae locis, aliisque permultis, plurima quidem addi possent exempla Sanctorum, qui quo majori fulgebant sanctitate, eo fortius ordinationi suae aut resistebant, aut non nisi expresse vocati annebant, ea tamen omittimus, quia facile reperiuntur in ipsis Sanctorum actis, in historicis Ecclesiasticis, & in Auctoribus mystologicis atque Theologis, agentibus de vocatione Sacerdotum (a); à quibus etiam quatuor hujus vocationis signa communiter assignantur. Primum scilicet, si adolescens, aut quisquis alius, sit à saeculi oblectamentis avulsus, & ab illecebris mundi sejunctus. Secundum, si non ad vitam privatam secum traducendam, sed ad Dei obsequium, proximique salutem promovendam succensum se sentiat. Tertium, si orationis studio afficiatur, ut ejusdem ope divinam voluntatem valeat explorare. Quartum denique, si desiderium adipiscendi sacros ordines non sit ad honores, divitias, otium, aliaque temporalia bona, sed ad melius Deo inserviendum.

9 Præter dicta vocationis indicia, requiritur scientia in ordinando, ut infra §. 32. asserit Catechismus, & hæc adducere non à meo instituto alienum puto, quoniam ad rem qua de agimus valde conducit. Sicque ignari, etsi bonis moribus præditi, ordinari non debent, dicente Domino per Oseam cap. 4. v. 6. *Quia*

Mm 2 tu

(a) Vid. Selvagius tom. 1. parte 2. cap. 4. §. 7. pag. 107. Colletas in Continuat. Tourneili tom. 3. part. 1. art. 1. Concias, tom. 10. dissert. 2. cap. 7. §. 2. pag. 27. Berti tom. 4. lib. 36. cap. 10. prop. 4. pag. 274. & alii.

tu scientiam repulisti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi. Quare Summi Pontifices, atque Concilia ignaros repellendos esse decernunt, ut Gelasius can. *Illiteratos* 1. dist. 36. Concilium Toletanum VIII. anno 653. cap. 8. Nannetense anno 658. can. 11. Tridentin. sess. 23. cap. 14. de reformatione. Honorius III. Bonifacius VIII. alique Pontifices, Inquirent autem aliquis quenam scientia requiratur in ordinandis? Ad quod breviter responderetur cum Divo Thoma in 4. dist. 24. quast. 1. art. 3. q. 2. in corpore, sic dicente: „In quolibet actu hominis, si debet esse ordinatus, oportet quod sit directio rationis: unde ad hoc quod homo ordinis officium exequatur, oportet quod habeat tantum de scientia, quae sufficiat ad hoc quod dirigatur in actum illius ordinis: ideo talis scientia requiritur in eo qui ad ordines promoveri debet, & non quod universaliter in tota sacra Scriptura sit instructus; sed plus, & minus, secundum quod ad plura, vel pauciora se epus officium extendit, ut scilicet illi sciant ea quae ad executionem sui ordinis spectant.

10. Ultra vocationem, probitatem, ac scientiam, requiritur in ordinandis, ut nulla censura, nec irregularitate sint impediti, & titulum patrimoniale habeant, vel aliunde congrue sustentari possint, ut praescribit Synodus Tridentina, & latius docent Auctores. Ex dictis facile cognosci poterunt qui veram vocationem habeant, aliaque requisita ad ordines, quique illis careant, cum enim oppositorum eadem ratio sit, opposito modo, ut fert vulgaris paræmia; ideo qui est aliqua censura, vel irregularitate ligatus, qui ignarus, qui pravus, qui tandem recensita vocationis indicia in se non videt, alium statum eligat, non clericalem. Seditio igitur admonendi sunt, ait Catechismus §. 4., qui sacris initiari volunt, ut nihil sibi tanto munere indignum proponant. Qui quidem locus eo diligentius tractandus erit, quo gravius hoc tempore ea in re fideles peccare solent; quae

quae Catechismi verba, & quae sequuntur, non indigent interprete, sed auditore, ut ad aliud dicebat Augustinus, vel alius Scriptor, sermone 205. de tempore inter Augustinianos.

11. Siquis itaque ordinari cupit, unice ad honorem Dei, ad utilitatem Ecclesiae, & ad salutem animae cum suae tum aliorum, attendere debet, non ad temporalia commoda. Quamvis enim Apostolus, natura ipsa, atque divina lex iubeant, ut qui altari servit ex altari vivat (a); ad altare tamen accedere questus, & lucra causa, instar est maximi sacrilegii, ut ait Catechismus in textu. Praeterquam quod scire debent qui ordinandi sunt, Ecclesiasticos non esse veros dominos, sed meros administratores bonorum Ecclesiae, ut cum plurimis probat Cl. Thomassinus vet. & nov. Ecclesiae disciplina part. 3. lib. 3. cap. 26. & sequentibus (b); sicque teneri ex iustitia superflua erogare pauperibus, iuxta probabiliorum, ac tutiorem sententiam; & licet deamus hanc obligationem solum provenire ex caritate, ut affi volunt, parum, aut nihil proderit illis qui ex bonis Ecclesiae cupiunt ditare cognatos, vel instar Epulonis splendide vivere, ut bene cum Bellarmino advertunt doctissimus Concina tom. 2. Theologiae Christianae dissert. 6. cap. 8. §. 1. & Benedictus XIV. lib. 7. de Synodo Diocesana cap. 2. in fine.

12. Falluntur ergo turpissime illi de quibus loquitur Catechismus, qui ordinari nolunt nisi opulentum aliquod Ecclesiasticum beneficium eis deturatur; quapropter

(a) Vid. Selvagius de antiquit. Ecclesiast. tom. 1. part. 2. cap. 9. §. 1. pag. 279. & cap. 10. & Van-Bepin tom. 3. in iur. Canonico. part. 2. sect. 4. lit. 1. de penio Cleric. cap. 2. pag. 160. edit. Venet. 1769. (b) Vid. Michaeli a Sancto Josepho in Bibliograph. Critica tom. 4. verbo *Sacramentum*, pag. 173. Cunitiati tom. 1. tract. 4. cap. 12. §. 6. nom. 5. & seq. pag. 237. & plurimi alii citati a Clericato decisi. 1. de ponit. num. 16. in fine. Contrarium tamen docent Capisuechius controrv. 30. §. 2. pag. 975. Billart. tom. 2. tract. de iure; & Justitia dissert. 3. art. 5. pag. mihi 222. Et in Compendio, monite Christiano ad Concina, & alii plures.

ter mercenarij merito vocantur à Christo Domino, Joannis 10. & ab Ezechiele cap. 34. *Seipos pascentes, & non oves.* Quorum turpitude, & improbitas non solum Sacerdotali Ordini magnas tenebras offundit, (ut habetur in textu) verum etiam efficit, ut ipsi nihil amplius ex Sacerdotio consequantur, quam Judas ex Apostolatus munere, quod ipsi sempiternum exitium attulit. Ubi serio advertendum est, Judam fuisse quidem vocatum ad Apostolatum, Saulem ad Regnum, & tamen ambo misere perisse: igitur potiori ratione similem exitum timere debent qui jam ab initio in viam suam declinarunt. Fateri autem oportet inscrutabilia esse judicia Dei (a), quare quisque satagere debet per bona opera in timore, & tremore certam facere vocationem suam (b), ne sibi eveniat quod supradictis, ac etiam Core, Dathan, Abiron, Hon, aliisque innumeris (c).

13. Hic inquirere non abs re futurum arbitror, utrum liceat appetere Ecclesiasticas dignitates, & regimen animarum. Ad quod respondet Angelicus Præceptor 2. 2. quæst. 135. art. 1. appetentes regimen animarum, Episcopatum scilicet, parochiam, &c. aut stultos esse, aut superbos. Idem tenet quodlibet. 2. art. 11. & quodlibet. 3. art. 9. Nec obstat Apostolum dicere 1. ad Timoth. 3. *Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Per Episcopatum enim intelligit Apostolus, *opus non dignitatem; laborem, non delicias; per quod humilitate decrescat, non intumescat fastigio,* ut exponit Divus Hieronymus epist. 83. ad Oceanum. Sed ad uberiorem hujus questionis notitiam consuli possunt Capisuechius contrav. 28. quæst. 4. pag. 907. Concina tom. 10. Theolog. Christ. dissert. 2. cap. 7. §. 3. num. 6. pag. 31. Josephus Ortiz Canterus in directorio Parochiali lib. 1. cap. 10. n. 76. pag. 31. Antonius Charlas in dis-

(a) Ad Philip. 2. vers. 12. (b) 2. Pet. 1. vers. 10. (c) Nava. 16. vers. 31. & sequent.

putatione de vocandis ad Episcopatum, & plurimi alii.

14. Nec propterea culpandi sunt qui petitionum cursum sequuntur, quoniam à Præsole vocantur, ut ex illis dignior eligatur, juxta normam Tridentini, Summorumque Pontificum, & novissimè Benedicti XIV. constit. *Cum illas semper.* Editæ die 24. Novembris anno 1752. Que habetur tom. 1. Bullarum num. 68. ejusque synopsis afferunt Petrus Collet, & Illustrator Cuniliati (a). In concursu enim totum electionis negotium judicio Episcopi, & examinatorum relinquitur, qui concurrentium dotes graviter perpendere debent; istorum autem solum interest propria exhibere merita, non vero aliena querere mediâ. Quod maxime attendendum est hac præsertim tempestate, in qua plures Præbendorum rivales nihil intentatum relinquunt; adeo ut apposite dixerit Illustrissimus Valerus Archiepiscopus Toletanus in doctissima Pastoralis num. 252. edit. Martii anno 1761. jam non deesse aliud, quam ut poenitentes epistolis commendatitiis accedant ad impetrandam absolutionem Sacramentalem. Qui autem ita se gerunt, eo ipso indigni redduntur beneficiis Ecclesiasticis, juxta doctrinam Angelici Præceptoris supra laudati.

15. Quare Illustrissimus Clementius Episcopus Barcinonensis, si quem videbat ad se accedentem alicujus commendatione munitum, dicere solebat acute: *Scipionem offers, seu baculum cum signo Thau? Signum est te esse claudum;* ut legitur in ejus elogio historico (b). Similiter cogitabat, & loquebatur celeberrimus Ganganelli, seu Summus Pontifex Clemens XIV. ut refert Caracciolus in ejus vita (c); & verissime quidem ipsum omnes oculatissimi viri fatentur, & ad remedium

(a) Vid. Collet. tom. 4. insit. Theolog. & Cuniliati tom. 1. tract. 4. cap. 22. §. 6. post num. 4. pag. 111. & 238. (b) Vid. Elogium historicum primæ edition. Barcin. pag. 76. nam operissime Martii etiam editum est cum variis operibus præfati Episcopi. (c) Vid. Caracciolus in vita Clement. XIV. pag. 248. versionis Hispanæ.

clamant, quod jam adhibere cepit Optimus Rex Carolus III. ejusque Senatus, exactissimum præscribens modum, ut electionibus comprobetur illud Casiodori epist. 22. lib. 8. *Certantes in studio numerosior corona glorificat.* Sicque hispana respublica securius illustratur cum boni invitantur premiis, juxta mōnitionem Socratis. Procul ergo claudi illi, qui cum per ostium ingredi nequeant in ovile, per fenestram intercessoris ascendere cupiunt, & cum gradi vix possint, volare pertentant. Verum sicut Icarus, ut est in fabula, temeritatis poenam luit, & Simon ille Magus tantorum parens Simoniacorum, qui manus à manu, à lingua, ab obsequio semper in promptu habent, oratione Petri ab alto delapsus sibi crura confregit, si Divo Clementi credimus, sive Auctori constitut. Apostolic. & aliis apud eruditum Selvagium (a); ita fatale præcipitium sperare debent quotquot ad ordines, ad beneficia, & ad Ecclesiasticas dignitates non per ostium vocationis, & meritum, sed aliunde ingrediuntur. Plura hic dici possent de simonia, aliisque Catechismi litteræ coherentibus, sed hæcenus dicta jam satis arbitror pro secunda orationis parte.

16 Ad tertiam itaque deveniamus, in qua hanc proponimus thesim. *Episcopus licite ordinare nequit, etsi necessitatis pretextu, quos judicat carere doctibus requisitis ad ordines.* Pro cuius probatione videri potest Cl. Pontas tom. 2. Dictionarii verbo *Ordines*, Casu 22. & 32. ubi per multa adducit testimonia Patrum, Pontificum, Conciliorum, ac melioris notæ Theologorum, à quibus recitandis, ne longus sim, supersedeo,

(a) Vid. Snetor Maximus in Brev. Rom. die 4. Julii. Selvag. de antiquit. Ecclesiast. tom. 1. part. 1. cap. 3. excursu 1. pag. 21. Tulemouffus in vita Sneri Petri tom. 1. part. 2. art. 34. & Calinet in dissert. de Simon Magus. §. *Certamen illud*, citati à Lambertini lib. 3. de Beatifio. Servorum Dei cap. 49. num. 4. Nec obstant que in contrarium tradit Rodriguez tom. 4. novi aspectus, in Supplemento apologetico, §. 47. pag. 335.

solumque conclusionem probo hac ratione: Si Episcopus excusari posset ordinando indignos, maxime quia hoc ageret necessitate compulsus, ne scilicet deessent qui ministeria Ecclesiastica exercerent; atqui nulla potest hujusmodi esse necessitas: nam Deus numquam ita Ecclesiam deserit, quin inveniantur idonei ministri sufficientes ad necessitatem plebis, ut ait Div. Thomas in 4. distinct. 24. quæst. 1. art. 3. qua. 4. ad 1. & etiam, quia melius est Ecclesiam paucos habere ministros idoneos, quam plures pravos, ut dicit Concilium Lateranense IV.

17 Arguitur tamen contra conclusionem: in casu necessitatis potest quilibet petere mutuum ab injusto foeneratore, licet sciat eum non daturum absque usura, & similiter exigere potest Sacramenta à pravo Ministro: ergo etiam poterit Episcopus in casu necessitatis licite ordinare quos noscit indignos: tum quia ipsi possunt converti, & suo munere rite perfungi; tum etiam, quia quamvis sibi damnum inferant qui Sacramenta indigne ministrant, aliis tamen prosunt Sacramenta ab illis collata; tum denique, quia Christus Judam proditorem ordinare non dubitavit, quem sciebat esse indignum. Hoc argumentum posset longissime dilatari si forma syllogistica poneretur, sed his paucis tota ejus vis deprehenditur, si ulla ei vis concedatur. Respondetur itaque paritatem non bene subsistere, quia fit de usurario & pravo ministro actu jam existentibus, cum pravis hominibus ordinandis, in quo magnum intervenit discrimen. Illi enim parati jam sunt, nec ab alio proprium influxum accipiunt ad suum damnabile officium exequendum; sed solum permissive se habent qui ad illos accedunt necessitate coacti; in ordinandis autem est verus influxus Episcopi conferentis potestatem indignis, qua moraliter scit ab usuros. Unde sicut nemo influere potest, ut aliquis sumat officium usurarii, lenonis, &c., ita dicendum est in

præsenti. Præterquam quod falso supponitur dari posse necessitatem ordinandi tales ministros, ut diximus supra cum Divo Thoma.

18 Nec sufficit pravos Sacerdotes posse converti, & suo munere recte fungi; hoc enim est valde remotum, & Ecclesia probatos vult, non probandos, conversos non convertendos. Similiter nihil refert Sacramenta per Ministros indigne collata prodesse digne sumentibus, sicut enim non cohonestatur furtum, quamvis pecunia furto sublata distribuatur pauperibus, ita nec sacrilegia Sacerdotum Sacramenta ministrantium, & Sacrificia offerentium, etsi utraque ex opere, ut dicitur, operato prosint vivis, atque defunctis; quoniam non sunt facienda mala ut inde veniant bona. Illud de Juda ordinato à Christo, nescio an ab omnibus concedatur, imo scio non concedi ab omnibus; dato tamen ita fuisse, responderetur Salvatore consuluisse famæ ingrati discipuli, dum ei Eucharistiam, & sacrum Ordinem tribuit, quia crimen erat occultum; & in hoc casu, dum aliud fieri nequit, poterit Episcopus ordinare quem occulte noscit indignum, ne ipsius fama lædatur. Vid. Pontas loco supra citato casu 26.

## PRÆLECTIO XXI.

## De Sacramento Matrimonii,

ad expositionem cap. 8. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini à §. 1. ad quartum.

1. **U**ltimum Ecclesiæ Sacramentum est Matrimonium, quod ob tanta, tamque intricata dubia, fortasse difficiliius explicatur, quam fauste contrahitur, aut exacte depingitur. Istud quidem expertus est celeberrimus pictor Nicolaus Pussinus, qui cum septem Sacramenta penicillo exarasset, iconque Matrimonii minus perfecta evasisset, eo motus lepidus quidam Poëta in epigrammate cecinit, Matrimonium, ne in pictura quidem bene posse succedere. Et tamen nullum, vel fere nullum iniri solet, quod prius optimis coloribus non depingatur, ac prædicetur omnibus numeris absolutum. At cito plerumque mediatores mendaces reddit eventus, maxime dum conjugum jurgia in vulgus emanant, omnibusque panduntur. Hæc non ideo dicta sunt, ut deprimatur Sacramentum ore Apostoli magnum; sed ut inde pateat, sæpe rem tam sacram, & venerandam, contrahentium culpa, vel aliunde minus digne tractari. Ne autem in ejus explanatione simile nobis contingat, divinum imploremus auxilium, Patris, &c.

2. Adhibitis jam in limino observari solitis, ad rem proprius accedamus; pro cuius clariori luce orationem sic efformabimus: prius litteram textus raptim, cursimque legemus; deinde fuse, lateque dilucidabimus; postremo thesim ex ipso textu sumemus, probabimus, vindica-

præsenti. Præterquam quod falso supponitur dari posse necessitatem ordinandi tales ministros, ut diximus supra cum Divo Thoma.

18 Nec sufficit pravos Sacerdotes posse converti, & suo munere recte fungi; hoc enim est valde remotum, & Ecclesia probatos vult, non probandos, conversos non convertendos. Similiter nihil refert Sacramenta per Ministros indigne collata prodesse digne sumentibus, sicut enim non cohonestatur furtum, quamvis pecunia furto sublata distribuatur pauperibus, ita nec sacrilegia Sacerdotum Sacramenta ministrantium, & Sacrificia offerentium, etsi utraque ex opere, ut dicitur, operato prosint vivis, atque defunctis; quoniam non sunt facienda mala ut inde veniant bona. Illud de Juda ordinato à Christo, nescio an ab omnibus concedatur, imo scio non concedi ab omnibus; dato tamen ita fuisse, responderetur Salvatore consuluisse famæ ingrati discipuli, dum ei Eucharistiam, & sacrum Ordinem tribuit, quia crimen erat occultum; & in hoc casu, dum aliud fieri nequit, poterit Episcopus ordinare quem occulte noscit indignum, ne ipsius fama lædatur. Vid. Pontas loco supra citato casu 26.

## PRÆLECTIO XXI.

## De Sacramento Matrimonii,

ad expositionem cap. 8. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini à §. 1. ad quartum.

1. **U**ltimum Ecclesiæ Sacramentum est Matrimonium, quod ob tanta, tamque intricata dubia, fortasse difficiliius explicatur, quam fauste contrahitur, aut exacte depingitur. Istud quidem expertus est celeberrimus pictor Nicolaus Pussinus, qui cum septem Sacramenta penicillo exarasset, iconque Matrimonii minus perfecta evasisset, eo motus lepidus quidam Poëta in epigrammate cecinit, Matrimonium, ne in pictura quidem bene posse succedere. Et tamen nullum, vel fere nullum iniri solet, quod prius optimis coloribus non depingatur, ac prædicetur omnibus numeris absolutum. At cito plerumque mediatores mendaces reddit eventus, maxime dum conjugum jurgia in vulgus emanant, omnibusque panduntur. Hæc non ideo dicta sunt, ut deprimatur Sacramentum ore Apostoli magnum; sed ut inde pateat, sæpe rem tam sacram, & venerandam, contrahentium culpa, vel aliunde minus digne tractari. Ne autem in ejus explanatione simile nobis contingat, divinum imploremus auxilium, Patris, &c.

2. Adhibitis jam in limino observari solitis, ad rem proprius accedamus; pro cuius clariori luce orationem sic efformabimus: prius litteram textus raptim, cursimque legemus: deinde fuse, lateque dilucidabimus: postremo thesim ex ipso textu sumemus, probabimus, vindica-

bimus utinam optata felicitate! Ordiamur itaque primum, dicendo sic incipere litteram Catechismi cap. 8. secundæ partis §. 1. : *Quoniam pastoribus beata, & perfecta Christiani populi vita proposita esse debet, &c.* Ita vero finire §. 4. : *Nisi ex consensu, & pactione.*

3. Primo ex his paragraphis docet apposite Catechismus, ab Ecclesie pastoribus, quibus summam Christi ovium incumbit procurare felicitatem, optandum fore, ut exemplo Apostoli omnes ad sectandam continentiam inducerentur, quo nihil beatius in hac vita fidelibus contingere valet; verum quia non omnes ad hunc statum vocantur, sed ut ait ipse Apostolus, unusquisque proprium habet donum ex Deo; ideo Matrimonium, quod magnis, ac divinis bonis ornatum est, & inter Ecclesie Sacramenta enumeratur, summa veneratione ab omnibus prosequi; & à contrahentibus digne suscipi debet, ut multa commoda inde percipiantur, & plurima detrimenta è contrario provenientia evitentur. Quare prius Matrimonii vis, & natura explicanda est populo Christiano, ne rem honestam, & sacram pro turpi, atque profana, falsa imaginatione decepti sumant fideles. §. 2. Matrimonii nomen elucidat, dicens: ita vocari, quia idcirco femina nubunt, ut matres fiant, quod ipsa matrimonii voce penitus indicatur. Dicitur etiam conjugium à conjugendo, quoniam mulier cum viro quasi uno iugo astringitur. Nuptiæ quoque idem significant, nam puella, teste Ambrosio, dum viris suis traduntur, pudoris gratia se obnubere, seu velare solent ad obedientiam & subjectionem declarandam erga maritus §. 3. exactam Matrimonii definitionem tradit his verbis: *Matrimonium est viri, & mulieris maritalis conjunctio inter legitimas personas; individuum vite consuetudinem retinens.* Quam postea luculenter explanat; & inde §. 4. colligit matrimonii naturam consistere in vinculo indissolubili conjugum, horum vero consensum à principio præ-

præstitum esse effectricem ipsius causam, ut Patres Florentinæ Synodi docuerunt. En Catechismi synopsis.

4. Ad aliud igitur transeamus, ubi textus litteræ fusiuse enucleanda occurrit, sicque ad clariorem ejus explanationem, ut cum Regio Propheta loquar, Psalm. 77. v. 2. dicam propositiones ab initio, ex textu Catechismi de promptas, quas postea pro viribus comprobabo. Prius tamen advertere operæ pretium duxi, matrimonium considerari posse dupliciter, tamquam contractum scilicet naturalem, & tamquam Ecclesie Sacramentum; quomòdumque autem sumatur, nihil obstat dicendis. Sit ergo propositio prima: *Virginitas, & continentia vidualis perfectior est matrimonio.* Secunda: *Matrimonium licitum est, ac honestum.* Tertia: *Matrimonium recte definitur à Catechismo definitione superius tradita.* Quarta denique: *Consensus contrahentium est causa efficiens matrimonii, saltem sub ratione contractus.* Hæc omnia in Catechismo contenta, si modo late discutienda forent, finem non haberet oratio; ideoque illa sub brevitate transcurram, ut eorum notitia fiat cognita, quin tamen sit onerosa. Virginitatis, ac viduitatis statum esse conjugali perfectiorem, solum negare poterit animalis homo, non percipiens ea quæ sunt spiritus. Tales profecto fuerunt effeminati plures hæretici, (qui veluti ad opera carnis tantummodo procreati, post vota solemnia castitatis publice presumdata, ad sacrilegas nuptias transvolantes, eas nedum licitas, sed etiam concubitu præstantiores falsissime venditarunt) Carlostadius, Lutherus, Ochynus, Bucerus, & alii. Contra quos viriliter pugnant Catholici omnes.

5. Probatur breviter hæc prior assertio, cum Catechismo, auctoritate Apostoli expresse dicentis 1. ad Corinth. 7. v. 7. : *Volo omnes vos esse sicut meipsum.* Et infra, maxime vers. 38. & 40. de virginibus, & viduis loquendo ait, quod si non nubant melius faciunt, beatiores erunt si sic permaneant. Ex Evangelio quo-

que habemus, Matthæi 13. vers. 8. agrum Ecclesiæ tripliciter coli, triplici messe adornari, fructu trigesimo, sexagesimo, atque centesimo, pro diversitate loci producto. Prima enim pars agri colitur per conjugatos pie viventes, & fructum affert trigessimum. Secunda per continentiam vidualem, & sexagesimum profert fructum. Tertia per castitatem virginalem, & centesimum fructum producit. Quod etiam plurimis Patrum testimoniis posset facile confirmari, sed sufficiat audire Bernardum sermone de tribus ordinibus, ubi ostendit in coelibatu securiorem esse salutem. Sunt enim, inquit, in Ecclesia tres ordines designati per Noëmium, Danielem, & Jobum, per primum significantur Prælati, per secundum continentes; per tertium conjugati; quamvis autem omnes transeant hoc sæculum, tamquam mare spatiosum, primi tamen per navem, secundi per pontem, tertii per vadum; ideoque isti magis periclitantur.

7 En verba Sancti Doctoris: „Hoc mare magnum, & spatiosum, non aliud est quam præsens sæculum, fluctibus amarum, quod tribus generibus hominum, suo modo est pervium, ut transeant liberati. Tres enim sunt, Noë, Daniel, Job. Primus navi, secundus ponte, tertius vado transit; & tres ordines Ecclesiæ signant. Noë arcam erexit, ne periret diluvio, Rectorum Ecclesiæ formam agnosco, Daniel vir desideriorum, abstinentiæ, & castimonie deditus, ipse est prænitentium, & continentium ordo soli Deo vacans. Job substantiam mundi bene dispensans in conjugio, fidelem designat populum terrena licite possidentem. Conjugatorum ergo ordo est, qui mare magnum vado pertransit, laboriosum, & periculosum, & longum habens iter, nulla viæ captans compendia. Quod periculosum sit patet, cum tam multos, in eo perire videmus, tam paucos sicut necesse est, pertransire. Valde est difficile, præsertim modo cum

,, ma-

„malitia invaluit inter undas hujus mundi, voraginem, vitiorem, & criminalium peccatorum foveas declinare.“ Hæc Doctor Mellissaus. Ad cujus uberiorem veritatis probationem, videri possunt Theologi cum Magistro in 2. distinct. 20. & cum Divo Thoma 2. 2. quæst. 152. ac in Supplement. quæst. 96. & alibi. Bellarminus, Ledruin, alique, qui multis idem evincunt, & oppositis satisfaciunt. Unum huc placet adducere argumentum, ut ejus solutione firmior maneat proposita thesis, & littera Catechismi melius illustretur.

7 Objiciet ergo aliquis non posse assignari virginibus majus præmium quam viduis, & conjugatis; quia ut ait Divus Hieronymus epist. ad Geruntiam: quanto major est difficultas ex parte quorundam à voluptatis illecebris abstinendi, tanto majus est præmium; sicut quanto major est delectatio in peccatis, tanto magis datur tormenti, & poenæ, ut habetur Apocalypsis 18. vers. 7. sed juxta Aristotelem lib. 7. hist. animal. cap. 1. juvenes corruptæ magis appetunt coitum propter delectationis memoriam: igitur majorem difficultatem habent in domanda carne, majusque merentur præmium. Respondetur cum Div. Thoma in Supplement. quæst. 96. art. 3. ad 1. in continendo secundum aliquid majorem pugnam sustinere virgines, & secundum aliquid viduas, cæteris paribus. „Virgines enim concupiscentia, inflammata & experiendi desiderium, quod ex quadam quasi curiositate procedit, qua scilicet fit ut homo libentius videat quæ nunquam vidit; & etiam quandoque in eis concupiscentiam auget æstimatio majoris delectationis, quam sit secundum veritatem, & inconsideratio eorum incommodorum, quæ delectationi hujusmodi adjunguntur. Et quantum ad hoc viduæ minor rem sustinent pugnam: majorem autem propter delectationis memoriam: & in diversis unum alteri prædicat secundum diversas hominum condiciones, & dispositiones, quia quidam magis moventur hoc, quidam

,, illo.



„illo. Quidquid autem sit de quantitate pugnae, hoc ta-  
 „men certum est, quod perfectior est victoria virginum,  
 „quam viduarum: perfectissimum enim genus victo-  
 „riae est, & pulcherrimum, hosti numquam cessione.“  
 Hæc Doctor Anglicus.

8 Idem innuit Div. Joannes Climacus in scala my-  
 stica gradu 15. §. 2. num. 48. versionis Venerabilis Lu-  
 dovici Granatensis. Et quidem virginibus plerumque  
 vehementiores esse stimulos carnis ob rationes Divi  
 Thomæ, ostendit dictum illius Vestalis sæpe recitantis  
 hunc versum: *Felices nuptæ! moriar nisi nubere dul-  
 ce est.* Contra quam pulchre declamat Seneca lib. 6.  
 controversia 8., quod quamvis fortasse fictum sit ad  
 declamationis argumentum; nimis verum est plurimis  
 Veneream inexperitis. E contrario autem, qui carnalem  
 copulam experti sunt, interius saltem, & corde profe-  
 rent quod palam Tertullianus scripsit lib. 1. ad uxorem  
 cap. 5. coitum scilicet esse amarissimam voluptatem;  
 ideoque omne animal tristatur post illum, ut ait Aristo-  
 teles. Quod etiam Buchanan sic eleganter expressit:

*Principium dulce est, at finis amoris amarus,*

*Leta venit Venus, tristis abire solet.*

Etenim quidquid delectationis habeat, plus habet amari-  
 tudinis, omnibus rite perpensis, quorum plura videri  
 possunt apud Theophil. Raynaudum tom. 18. pag. 397.  
 num. 5. & seq. Quare de conjugatis ait Apostolus: *Tri-  
 bulationem carnis habebunt hujusmodi (a).* Illi præsertim,  
 quibus instar hydropici, quo plus sunt potæ, plus siti-  
 untur aquæ. Accessus enim veneres, si sit in eo ex-  
 cessus, & limites rationis transgrediatur, fit ex tribus  
 rebus pessimis una, quæ nunquam dicit satis, Prov. 30.  
 vers. 16. Quod Messalina, aliæque scorta testantur.

9 His, aliisque innumeris attendere debent Paro-  
 chi, & Confessarii, tum ad prudenter dirigendos mo-  
 le-

(a) Apost. 1. ad Corinth. 7. vers. 28.

lestissimis tentationibus carnis sæpe vexatos, ipsi  
 proponendo *casto eloquio* turpissimas illas illecebras  
 actu impletas, plusquam aliud, esse vanitatem, &  
 afflictionem spiritus, solumque escapere impiis, qui  
 tamquam sues volutantur in cæno, eisque sæpissime  
 substantiam, famam, salutem, animamque deperdi,  
 ut experientia nimis patet; tum admonendo conjuges,  
 & nubentes, ut tamquam non nubentes sint, sed sob-  
 brie, ac pie vivant in matrimonio, nec eo umquam  
 utantur nisi ad fines à Domino institutos (a); tum de-  
 nique, ut quoties opportunum fuerit, consulant virginibus  
 cum Apostolo, & Catechismo, sic permanere;  
 quemadmodum egit eruditissimus Feijoo epist. in fine  
 disc. 2. tom. 1. Theatri critici, dignissima sane lectu.  
 Non sicut Erasmus in alia suasoria lib. de conscri-  
 bendis epistolis, omni argumentorum genere sophisti-  
 ce utens, ad inducendum adolescentem ut matrimonium  
 contrahat; de qua quidam acutulus dixit: *Qui hanc  
 epistolam legerit, cras ad nuptias convolabit.* Sed plura  
 in ea sunt, ut in aliis hujus Auctoris operibus, quæ  
 spongia indigent, vel cautissima lectione, maxime dum  
 coelibatum postponit conjugio, & veluti floccificat.  
 Præfatam epistolam solide refutavit Ambrosius Catha-  
 rinus in opusculo de coelibatu, Senis, alibi quæ impresso;  
 sed minus eloquenter, nimisque acerbe, ut alij, ad-  
 versarium læcessivit. Licet enim in multis errarit Era-  
 smus, nec transfuga fuit sui ordinis, nec Ecclesiæ ca-  
 stra deseruit; imo Lutherum aliquando convicit, &  
 Novatores non semel irridendos exhibuit, & literas  
 tum linguarum peritia, tum sermonis venustate, tum  
 eruditionis copia plurimum auxit, habitusque est tam-  
 quam Phoenix sui sæculi, triumviratum literarum for-  
 mans cum Budæo, & Ludovico Vives. Utinam cautius  
 Tom. II. Oo scri-

(a) Vid. Colletus in contin. Tonnellii tom. 3. tract. de 4. decalog. præcep-  
 to. art. 4. sect. 3. Concilia, Pontas, & alij.

scripsisset, vel scripta retractasset, ut Sepulveda eum amice monerat, quod morte præventus præstare nequivit (a). Sed à diverticulo ad viam.

10. Secunda propositio supra tradita tenens matrimonium esse rem licitam & honestam, est contra plures hæreticos, quos futuros præviderat Paulus 1. ad Corinth. 4. vers. 7. & sequent. dicens: *In novissimis temporibus discedent quidam à fide attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum in hypocrisis loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, &c.* Sic Saturninus Simonis Magi discipulus, Marcion, Tacianus, Manichæi, Encratitæ, Adamiani, & alii veteres, nuptias ut per se malas rejicientes; sive quia credebant temporalia non à bono, sed à malo esse principio; sive quia tali pretextu per promiscuas vagabantur libidines (b). Hanc sepultam hæresim, proxime lapsis sæculis excitavit Adamus Pastor, & David Georgius, volentes omnes mulieres esse communes, sicut olim Plato asseruit, de quo merito valde miratur Lactantius lib. 3. divinarum Institutionum cap. 21. Videtur eos puduisse agnoscere patres suos, & non numerari inter equos, & mulos, cæteraque animalia rationis expertia.

11. Contra quos omnes, & similes alios, sic etiam breviter catholica veritas demonstratur: non potest non esse licitum quod à Deo est institutum, à Christo Domino confirmatum, ab Apostolis traditum, ab Ecclesia observatum, & ab ipsa natura inditum; atqui sic est matrimonium. Primum nemo sanæ mentis negabit, quique negare non esset verbis, sed verbe-

ri-

(a) Vid. Joan. Genesis Sepulveda tom. 1. de rebus gestis Caroli V. lib. 15. num. 31. pag. 467. & tom. 3. epistolarum lib. 1. epist. 3. pag. 79. ac seq. præstantissima editionis Matritensis anni 1780. curante Regia historię Academia. (b) Vid. Gotti tom. 3. tract. 13. quest. 1. dub. 1. §. 1. pag. 529. Bert. tom. 4. lib. 27. cap. 1. pag. 301. Selvagus lib. 2. antiquit. Ecclesiast. cap. 15. §. 1. pag. 150. Ledruin, Concilia, alii.

rius, carcere, vel igne potius convincendus. Alterum vero evidentius est, quam ut probatione indigeat. Quis enim ignorat primos parentes à Deo fuisse matrimonio copulatos ad procreationem prolis? sua Christum præsentia, & primo miraculorum nuptias decorasse? eas ad Sacramenti rationem eyexisse, & prohibuisse hominibus dissolvere, ac separare quod Deus ipse conjunxerat? Quis nesit Apostolum 1. ad Corinth. 7. v. 28. dicere: *Si nupsit virgo non peccavit.* Et 1. ad Timoth. 5. *Volo juniores (viduas) nubere?* Ac ne in aliis recensendis inutiliter sim proluxus; quis, non dico Ecclesie usum, qui solus satis esse deberet, sed cunctarum gentium à peccudum more abhorrentium consuetudinem improbit? Quis illicitum dicit quod ipsa sanxit natura? licitum igitur est matrimonium, honorabiles nuptiæ, totus immaculatus, si debito fine mediisque convenientibus celebretur.

12. Qui enim conjugium rite ineunt, honorem Dei, Reipublicæ utilitatem, suumque commodum augent: dum se suosque filios, si habuerint, ad Deum dirigunt, honestum illis statum ad commune, propriumque bonum procurant, ipsique conjuges puro amore se diligunt, juvant, ac excitant ad mortalem vitam feliciter transigendam, & consequendam æternam. Si vero in matrimonio solum intendant obscenitates, si divitias, si denique rem tam licitam, & honestam illicite, ac turpiter inquant; quot detrimenta inde non capient infelices? Zelos acerbos, infidelitates mutuas, dissensiones assiduas, rixas innumeras, lites interminabiles, scandala gentium, calamitatem familiæ, tyrocinium damnatorum, & post tam laboriosam vitam, ignem æternum. Hos pessimos fructus producant nuptiæ, ad quas Deus non invitatur, sed spiritus immundus, ut legitur Tobix 6. vers. 17.; non quia ex se malæ sint nuptiæ, sed quia eis mali male utuntur. Quare merito advertit in littera Catechismus vim, ac naturam

matrimonii explicandam esse fidelibus, ne falsa ejus specie decipiantur, & turpitudines, atque libidines tamquam bellua prosequantur, animamque commaculent. Quod recte præstitit Nicolaus de Torneux Institutionibus Christianis de Sacramento Matrimonii, & Gallico idiomate ad Hispanum versis à quadam nobilissima femina, & in lucem editis Barcinone anno 1774. directione, & epistola, in fronte præfixa, Illustrissimi Josephi Climent Episcopi Barcinensis, dignissimis sedulae lectionis.

13. Nomine igitur matrimonii ejus natura quodammodo demonstratur. Dicitur enim *Matrimonium*, juxta Isidorum lib. 3. Etymolog. quasi matris munium, seu matris officium; quia dat mulieribus esse matres: cum ad hoc debeant femina nubere, ut matres fiant, teste Augustino lib. 19. contra Faustum cap. 26. ut scilicet Deo servos, Reipublicæ cives, sibi que filios pariant. Et licet vir sit generationis auctor præcipuus, tamen matrimonium potius adscribitur matri, quam patri, quia ejus officium magis apparet in matrimonio, quam officium viri; utpote ante partum onerosus, in partu dolorosus, post partum laboriosus sibi nascitur infans: unde teste Divo Thoma in 4. dist. 27. quæst. 1. art. 1. & teste experientia ipsa, mater magis officiosa est erga prolem quam pater; ideoque ab ea dicitur matrimonium; sicut quia pater circa hereditatem, & familiaria bona magis versari solet, ab ipso dicitur patrimonium (a). Præter matrimonii nomen, sunt alia quibus idem secundum varios respectus significatur, ut docet Div. Bonavent. in 4. dist. 27. art. 1. quæst. 2. quod etiam eleganter explicat Catechismus. Dicitur enim *Conjugium* à conjugendo, quasi commune jugum vir, & mulier simul ferant. Nam, ut inquit cum Aristotele Div. Thomas 1. part. quæst. 92. art. 3. mas, & femina conjunguntur in hominibus, non solum propter neces-

(a) Vid. Serry tom. 5. tract. de Matrim. dissert. 1. Prælect. 1. pag. 63.

sitatem generationis, ut in aliis animantibus, sed & propter domesticam vitam, in qua sunt aliqua opera viri, & feminae. Frequenter etiam *Nuptie* per translationem nominantur, quasi à nubibus, ut ait Doctor Seraphicus supra laudatus, quia olim novæ nupte, pudoris ergo, caput obnubere solebant velo quodam rubro, seu luteo, quod *flammeum* vocabatur, ut Festus, Nonius, aliique testantur (a): unde Seneca in Octavia, de Poppæa Neroni nubente vers. 702. ait: *Velata summum flammeo tenui caput*. Ejusque fratris Annæi Melæ filius Lucanus lib. 11. de Bello Pharsalico: *Lutea demissos velarunt flammea vultus* (b). Quod etiam signum erat obedientiæ feminarum erga maritos, ut asserit Div. Ambrosius lib. 1. de Abrahamo cap. 9.

14. Sed ab explicatione nominis matrimonii, ad rem ipsam clarius explicandam deveniamus, & ad probandum tertium assertum initio designatum, exactam scilicet esse matrimonii descriptionem à Catechismo sic traditam: §. 3. *Matrimonium est viri, & mulieris maritalis conjunctio inter legitimas personas, individuum vite consuetudinem retinens*. Quamvis enim in matrimonio insit consensus interior, pactio externa verbis expressa, obligatio, & vinculum ex ea pactione proveniens, atque conjugum copula, qua matrimonium consumatur; nihil tamen horum matrimonii vim, & rationem proprie habet, nisi obligatio illa, & nexus, qui *conjunctio* vocabulo significatur. Nam consensus, & pactio conjugum est causa efficiens matrimonialis contractus, ut in aliis contractibus accidit; non vero est matrimonium ipsum *in facto esse*, ut Schola verbis utar, sed quod inde oritur vinculum contrahentium, quo uterque jus, ac potestatem acquirit in corpus alterius

(a) Vid. Arnoldus Vinjans ad §. 1. tituli 9. Institut. Justinian. (b) Vid. Franciscus Cascales in epistolis philologicis decade 2. epist. 6. pag. 180. secundæ editionis anni 1779. & Clericatus decisio 1. de Matrimonio n. 23. & sequentibus.

rarius ad matrimonii usum, & procreationem prolis. Quare conjunctio illa dicitur *maritalis*, quæ insuper esse debet inter legitimas personas, hoc est inter marem, & feminam, nec à natura, nec à jure inhabiles. Hinc nefandum illud commercium quorundam hominum Regni Cæile cum alijs indutis veste feminea, ut refert Dominicus Navarrete tanquam oculatus testis (a), merito vocari potest focus demoniorum. Additur denique: *Individuam vitæ consuetudinem retinens*. Quæ indissolubilis vinculi naturam declarant, quo vir, & uxor invicem colligantur.

15 Unde nedum illicita, sed & invalida sunt matrimonia ad placitum contrahentium duratura, apud barbaras nationes, ut in Regno Congi, ubi viri, etiam nata prole, saltem intra triennium, si velint à feminis separantur, aliisque junguntur, teste Joanne Francisco Romano Cappuccino missionario, laudato à Lucio Ferraris in Biblioth. tom. 8. verbo *Uxor*. num. 99. quod etiam ex Pellicero refert Magnerus contra Feijoonum id denegantem ratione forsân magis acuta, quam valida, quia scilicet plures ex illis, in mulieribus probandis, & expellendis, totam vitam transierunt (b). Equidem apud stultissimas gentes Regni Calicuti, ubi, teste ipso eruditissimo Feijoo (c) feminae nuperrime nuptæ, (ne Regina quidem excepta), offeruntur Brachmanibus, seu Sacerdotibus Idolorum, ut ab eis prius quam à maritis ineanantur, omnes etiam optare opinor, illo Satanae Sacerdotio fungi, quo impensius vacare possint luxuriæ, quam Imperator Turcarum. Et licet Sacerdotium illud fortassis non sola voluntate adquiratur, primum autem pro libito mariti fieret; plura tamen possent intervenire obstacula, ne tam frequens foret repudium, quia nebulo

duas,

(a) Vid. Dominicus Navarrete in historia rerum Sinensium tom. 1. tract. 6. cap. 7. num. 5. pag. 328. (b) Vid. Feijoo in illustratione apologetica disc. 2. num. 11. (c) Idem ibid. 1. theat. crit. dis. 1. §. 5. num. 17.

duas, aut tres uxores dimittens, vix aliam inveniret, quæ secum conjungi vellet, cum omnes ejus fraudis, vel inconstantiæ consciæ ipsum statim repellerent, ne repellerentur ab ipso sicuti primæ; quas, (cum adhuc superstites essent,) non puto panegyricum in ejus laudem texturas: unde potiori ratione idem illi contingeret, quod videmus contingere viduis, qui graves, atque molesti fuere uxoribus, quos merito nulla vult habere maritos. At quidquid sit de his omnibus, certum est vera conjugia esse jure naturæ insolubilia, quod fusc probant Theologi cum Magistro in 4. dist. 35. & Divo Thoma in Supplement. quæst. 67. aliisque in locis. Et similiter utriusque juris interpretes. Quin huic veritati opponatur matrimonia infidelium dissolvi posse per conversionem unius ad fidem, & etiam rata fidelium per professionem religiosam, ut omnes fatentur; quia tunc Deus in favorem religionis ac fidei, matrimoniale vinculo solvit.

16 Verum ad Catechismum revertamur, ubi traditur naturam conjugii sitam esse in vinculo conjugum, non in consensu ab initio præstito, neque in carnali commixtione, cum hæc ad illius essentiam non requiratur, sed solum ad complementum accidentale, ut multis rationibus evincunt Auctores in 4. distinct. 26. & alibi. Quod sic facile demonstratur: matrimonium ratum est vere, ac proprie matrimonium, ut docet Synodus Tridentina; atqui tunc nondum datur carnalis copula, sed intra bimestre à lege concessum potest quilibet conjugum ab usu matrimonii abstinere, & ad Religionem transire, etiam invito altero. Præterea: plura fuerunt valida matrimonia, in quibus nulla umquam existit carnalis commixtio, ut illud Beatissima Virginis cum Sancto Josepho, de quo Div. Thomas 3. part. q. 29. art. 2. & alii. Quod nunquam fuisse consummatum carnali commixtione, est fide certum, ac definitum contra Helvidium, aliosque petulantes hæreticos. Ad cu-

jus imitationem alia plurima narrat historia Ecclesiastica, quorum aliqua placet adducere.

17 Sic Sanctus Joannes Evangelista conjugium init, teste Hieronymo apud Clericatum (a); Sancta Thecla, teste Epiphânio apud Canum lib. 3. de locis cap. 4. in fine; Sancta Cæcilia, & Valerianus (b). Sanctus Julianus, & Basilissa; Sancta Pulcheria soror Theodosii Imperatoris, cum Marciano; Henricus II. Imperator cum Cunegunde; Boleslaus V. Polonorum Princeps cognomento pudicus cum Cunegunde Bela Ungarorum Regis filia; Conradus Rex filius Henrici IV. Imperatoris cum Methilde; Alphonsus II. Asturum Rex cognomento castus cum conjugè nescio qua; Richardis Regina cum Carolo Crasso Rege; Sancta Pharaïdis neptis Sanctæ Amelbergæ cum Pipino; Eduardus III. cum Egitha; Ethelreda orientalium Anglorum Regina, quæ bis conjugata semper virgo permansit; Elzearus cum Delphina; Beata Lucia Narniensis cum Petro Comite Mediolanensi; Sanctus Alexius, quem cum Joanne Calybita quidam male confundunt, teste Bolland; duo conjuges Ervernenses, quorum meminit Sanctus Gregorius Turonensis de Gloria Confessorum cap. 32.

18 Nec ommittendus est Beatus Sebastianus ab Apparito, dictus vulgo *Pyrausta*, Hispanus, & laicus professus Ordinis Minorum, à Summo Pontifice Pio VI. (c)

(a) Vid. Clericatus decisione 14. de matrim. à num. 2. neque ad 8. Segura in polo critico discursu 7. divis. 4. num. 18. & plures alii ab ipsa citati. (b) Vid. Marchantius in horto Pastorum, Candelabri Mystici tractat. 8. lect. 1. prop. 3. pag. mihi 529. alius 514. Clericatus decisione 2. de Matrim. num. 16. Vincent. Calatayud tom. 3. dissert. 2. art. 4. §. 2. num. 811. pag. 562. (c) Die 23. Februarii, præsentis anni 1789. Summus Pontifex Pius VI. in Ecclesiâ B. V. M. Aræ-Cæll decretum edidit Beaticat. & Canonizat. Ven. Sebastiani ab Apparito, & Joannis Josephi à Cruce. Primum Mexicanæ Convæntus Minorum Observantium; alter Sacerdos, Promotor, & primus Provincialis Neapolit. Ord. reformat. à Sancto Petro Alcantarenâ. Quorum duo miracula comprobaverat idem Papa die 4. Octobris anno 1788. Videantur Gazete Matritenses ex die 7. Novembris anni præteriti, & 27. Martii hujus 1789. ad articulum Romæ.

nuperrime inter Cœlites relatus. Qui prius ad novum orbem profectus, ibique diu commoratus, jam sexagenarius, duabus adolescentulis bis desponsatus cum proposito servandæ virginitatis, *si possibile foret*, ad imitandum conjugium castissimi Patriarchæ Josephi, & Purissimæ Virginis Mariæ: duas sponsas virgines castas exhibuit Christo, sive, ut ipse solita cordis simplicitate dicebat, *duas columbas candidiores lacte* (a); ejusque matrimonia & valida, & licita, & heroicæ virtutis indicia judicarunt celeberrimæ Universitates Parisiensis, Salmanticensis, & Patavina, anno 1720. & sequenti (b). Itaque non solum fragrantissimis rosis, sed etiam candidissimis liliis, aliisque pulcherrimis floribus, qui apparuerunt in terra nostra, ornatur America, honoratur Hispania, fulcitur Ecclesia, sicut in Canticis optabat Sponsa.

19 Hi omnes, (alique fortasse, quorum nos nomina latent, sed scripta sunt in libro vitæ, & aliquando ad multorum confusionem legentur) conjuges fuerunt, & virgines, qui ut Tertulliani verbis utar, lib. 1. ad uxorem cap. 6. *Facti sunt voluntarii spadones pro cupiditate Regni Cœlestis*. Quod jam prædixerat Christus in Evangelio, Matthæi 19. vers. 12. & multis ipsorum applicari potest illud Isaïæ 62. vers. 5.: *Habitabit enim juvenis cum virgine*. Eorum plures (res plane mirabilis!) Reges etiam fuerunt, aut Principes; & tamen Regni cœlestis potius quam terreni curam habebant: ideoque nec erant terrenæ substantiæ nimis affixi, nec sobolis

Tom. II.

Pp

Cu-

(a) Vid. ejus admirabilis vita lib. 1. cap. 8. & sequent. à pag. 28. ad 34. Hispano sermone Mexici edita anno 1769. (b) Harum Universitatum responsiones, & varia variorum vota continet liber in S. editus Romæ anno 1722. ex Typographia Vaticana. Et tomos 6. Cl. Jacobi Hyacinthi Serry, ultimæ editionis Lugdunensis in folio anni 1770. à pag. 133. usque ad 174. In priori enim Venetæ anni 1745. tom. 5. à pag. 126. usque ad 136. solus extat ipsius recentissimi Serry censura, docta quidem, sed rigida nimis; cujus argumentis solide responderunt alii qui magis optime causæ favebant, & simul inveniuntur in posteriori editione supra relata.

cupidi, nec de successione solliciti; sed exactissime observarunt Apostoli monitum ex 1. ad Corinth. 7. vers. 29. & sequent. ubi dicitur: *Et qui habent uxores tamquam non habentes sint... præterit enim figura lujus mundi.*

20 In his autem, aliisque similibus, non fuit à principio pactum contrahendi matrimonium sub conditione servandi virginitatem. Nam hæc conditio adversatur matrimoniali contractui, ut constat ex Gregorio IX. cap. *Si conditiones 7. extra de conditionibus apposis in dispensatione*; ex Divo Thoma in Supplement. quæst. 48. art. 1. ad 3. & ex probabiliori Theologorum sententia (a), contra Pontium aliosque, quos citat, & sequitur Clericatus (b). Licet enim possit contrahi matrimonium cum intentione, vel animo servandi virginitatem, si alter conjux cesserit juri suo, ac etiam intra bimestre, vel postea mutuo consensu possint conjuges Religionem ingredi; non tamen possunt ista pacisci in actuali contractu: quoniam nullus conjugum adquiret jus in corpus alterius, quod est contra substantiam matrimonii. Hoc, ni fallor, patebit exemplo contractus venditionis, qui sane foret invalidus sub conditione, qua emtor soluto pretio teneretur mercem gratis dare vendenti, vel carere potestate utendi ea. Clarius in contractu locationis, aliisque hujusmodi: unde nec B. Virgo Maria, nec alii supra laudati, eam adhibere conditionem, sed totum negotium reliquerunt dispensationi divinæ, qua suaviter ducti matrimonium con-

(a) Vid. Divus Thomas in 4. distinct. 28. quæst. 1. art. 4. ad 3. unde sumitur est textus Supplement. supra citatus. Consultatur etiam Sanchez lib. 6. de Matrim. disput. 10. num. 2. ubi circiter viginti Auctores pro sua, & nostra sententia laudat. Similiter Laymannus lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 7. cæroll. 2. Quibus suffragatur Gonzalez Tellez in 4. Decret. tit. 5. cap. 7. num. 9. & sequent. pag. 124. Pontas in dictionario, verbo *Matrimonium* 1. casu 5. Remigius Maschat Institut. Canonic. lib. 4. tit. 1. de sponsalib. num. 38. pag. 125. & tit. 5. eod. lib. num. 18. pag. 127. aliique plures tum Theologi, tum Jurisperiti. (b) Vid. Clericat. decisioe 3. de Matrimonio n. 21. Collet tom. 8. cap. 1. n. 33. pag. 9. & Amort tom. 3. Theolog. §. 2. q. 8. pag. 13.

contraxerunt, & postea mutua voluntate, atque consensu, inito, vel confirmato virginitatis voto; carnalem copulam evitarunt. Verum hæc pro expositione textus jam satis esse videntur.

21 Ad finem ergo deveniamus in quo probanda est ultima thesis superius indicata, & à Catechismo tradita §. 4. nempe: *Causa efficiens matrimonii, saltem sub ratione contractus, est consensus contrahentium.* Consulto additur: *Saltem sub ratione contractus*, ne rejiciatur opinio tenens Sacerdotem esse ministrum, seu causam efficientem matrimonii sub ratione Sacramenti. Qua alicubi, Deo dante, probabitur. Nunc igitur Catechismi assertio stabilitur cum communi Theologorum in 4. dist. 27. & seq. Sic enim docet fides, evincit ratio, & unanimis omnium nationum usus confirmat. Nam Deus ipse Genesis 2. vers. 24. dixit: *Relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhaerebit uxori sue*; per consensum scilicet utriusque. Et ut alia plura omittam, idem docuerunt Florentinum, ac Tridentinum. Præterea: in omnibus contractibus consensus est eorum causa efficiens; idcirco à Juristis vocatur ens transcendens, in omnibus humanis actionibus omnino necessarium; ipso enim deficiente, omnis actus corrumpitur, & nulla obligatio nasci potest, ut habetur leg. 1. §. 1. ff. de pactis, & lege *obligamur* ff. de obligationibus, & actionibus.

22 Quare nulla humana potentia fieri potest contractus sine consensu. Sicque Reges, ac Principes, etsi valeant æquare quadra rotundis, & rotunda quadris, ut ait Baldus (a); atque superba montium culmina ad ima dejicere, & sepulta saxa quasi ad astra tollere; supplere tamen non possunt consensum ubi non extat, quia jure nature petitur, contra quod lex humana non dispensat. leg. *Nam magistratus* ff. de arbit. Quod &

Pp 2

Gra

(a) Vid. Clericatus decisi. 19. de matrim. num. 4. &amp; 5.

Gratianus ait dist. 13. Similiter Summi Pontifices, tanta potestate praediti, ut quicquid ligaverint super terram, ligatum esse & in Coelis Deus ipse testetur Matthæi 16. vers. 19. nequeant matrimonii vinculo nece-  
 re dissentientes quoniam consensus, ut dicebamus, jure naturæ requiritur ad matrimonium; & circa ea quæ sunt juris naturalis Papa dispensare non potest, quia teste Divo Thoma quodlibeto 4. art. 13. habent efficaciam ex institutione divina. Quod cum Theologis doceant etiam Canonistæ can. unico 29. quæst. 1. & cap. *Tua nos* de sponsalibus, alisque in locis.

23. Sed quid mirum, nec Principes, nec Pontifices posse matrimonium reddere validum absque consensu? ne Deum quidem ipsum posse id agere, plures Theologi non levibus rationibus opinantur, quibus etiam adhaerem, nisi viderer in Deo ponere metas. Sufficiat dicere, quæ in oppositum adducentur parvi esse momenti. Quidam enim inquirunt, Deum posse supplere consensum in matrimonio, quia supplere potest munus causæ secundæ efficientis; quasi vero hæc regula omni careat exceptione, aut consensus aliam non habeat rationem causæ, nisi efficientis. Certe, Deus licet omnipotens nequit solus filios gignere, etsi possit creare homines. Reponunt alii, posse illud à Deo fieri, quia ipse potest facere consentire dissentientes. Sed hoc arguendi modo non videntur recte procedere. Quamvis enim Deus possit dissentientium voluntates ad consensum inducere, cum magis habeat in potestate sua hominum voluntates, quam ipsimet homines, ut ait Augustinus lib. de correptione, & gratia cap. 14. posse tamen illos ante consensum matrimonio jungere, hoc adhuc manet probandum. Nam Deus, juxta phrasim Scripturæ, potest convertere lapides in filios Abrahæ, dare vocem mutis, visum cæcis, mutare sexus, & alia; quis autem inde colliget lapides quæ tales posse pollere judicio, mutos loqui, cæcos videre, & duo ejusdem sexus inire con-

conjugium, antequam illæ mutationes advenerint?  
 24. Arguunt denique alii, Deum esse supremum omnium Dominum; sicque quia Dominus vitæ potest jubere occisionem alterius, ut Abrahamo; quia Dominus bonorum, potest illa auferre uni, & dare alteri, ut Israelitis sumentibus vasa Ægyptiorum; quia deum Dominus corporum humanorum, potest jus cuique tribuere in corpus alterius ad carnalem copulam absque peccato, ut dum præcepit Osee accipere mulierem fornicariam: ergo etiam facere potest conjugium inter nolentes. Hoc argumentum plura complectitur videnda apud Auctores quærentes utrum Deus possit mentiri, peccare, dispensare contra legem naturæ, &c. quæ ne in immensum excrescat oratio, silentio præmittimus. Unum dixisse sit satis, per matrimonium scilicet intelligi conjugium unionem, & nexum ex voluntario ipsorum contractu provenientes, qui nequit absque consensu haberi; si autem aliter desumatur, quæstio erit de nomine, ut vulgo dicitur, in qua jam fædet diutius immorari.

## BREVIS MANTISSA.

Ex dictis in ultima thesi evidenter sequitur errorem, circa personam, vel qualitatem, quæ refunditur in substantiam; & metum gravem viri constantis injuste illatum ad extorquendum consensum, dirimere matrimonium. Primum jure naturæ; secundum vero jure canonico. Sic docent Theologi cum Magistro in 4. dist. 29. atque 30. Nam qui errat non consentit, leg. *Si per errorem* ff. de jurisdic. omn. Judic. leg. *Non idcirco* C. de juris, & facti ignorantia. Ideoque invalidus foret contractus si pro auro aurichalcum, aut pro siligine hordeum venderetur. Similiter metus gravis, etsi non tollat omnino consensum, cum voluntas pati nequeat violentiam simpliciter dictam, sed solum secundum quæ

quid, eligendo minus malum, ad majus vitandum, in quo datur verus consensus, sed mixtus involuntario, ut docet Divus Thomas in 4. dist. 29. q. unica art. 1. in corpore: hunc tamen consensum irritum declaravit Alexander III. cap. *Cum locum* de sponsalibus, dicens: *Cum locum non habeat consensus ubi metus, vel coactio intercedit*, &c. Quidam jam pridem docebant, habitio consensu quamvis coacto, esse interius matrimonium quantum ad Deum, sed non quantum ad statum Ecclesiae, quae praesumit ibi non fuisse consensum interiorem propter metum. Eos tamen recte impugnat Divus Thomas supra citatus art. 3. sic loquens: „ Sed „ hoc non est, quia Ecclesia non debet praesumere de „ aliquo peccatum, quousque probetur; peccavit au- „ tem si dixit consentire, & non consensit: unde Ec- „ clesia praesumit eum consensisse, sed iudicat illum „ consensum extortum non esse sufficientem.

Quomodo autem conciliabitur Divus Thomas cum seipso dicente in 4. dist. 33. quest. 3. art. 1. ad 7. contrahentem cum femina ab alio per vim deflorata, incurrere irregularitatem bigamiae, quia quamvis ipsa fuerit vi oppressa, praesumitur consensisse. Et infra dist. 38. quest. 1. art. 3. ad 4. negandum esse velum corruptis per violentiam, ob eandem rationem? Si ergo Ecclesia hic praesumit malum in feminis violenter oppressis, cur non in contrahentibus matrimonium cum metu gravi? Ubique enim militat eadem ratio Divi Thomae: Nec dici valet difficillius esse resistere Veneri, quam Marti, atque Mercurio. Tum quia Deus non minus confert gratiam in casibus difficilibus, quam in facilioribus, ut expertus est ipse Doctor Angelicus, dum ignes ighibus elusit, & feminam illam rotles, sed nunquam satis depreciam, titione fugavit. Unde Tyranno respondit B. Lucia virgo, & Martyr, sibi castitatem duplicandam fore ad coronam, si violenter constupraretur; quia licet corpus pateretur injuriam, spiritus eva-

blup

de-

deret incorruptus (a). Quod Lucretia illa Romana tantopere celebrata sibi fassa est evenisse in oppressione Tarquinii (b). Si igitur femina Ethnica tantum valuit, quid non poterit femina Christiana à Domino roborata, qui non patitur nos tentari supra id quod possumus, quique invocantibus praesto adest? Sane, sicut lubricae sunt, & excitantes delectationes carnis, ita etiam voluntas humana est adeo delicata, ut nullum creatum dominium patiatur. Cur ergo femina excitata ad venere praesumitur consensisse ob voluptatem; & voluntas pertessa injuriæ, ob metum gravem injuste illatum, non praesumetur in odium, & vindictam, nolle verum praebere consensum, sed unice illum fingere ad evitandum damnum? Hic nodus est Gordianus.

Sed ad dissolvendum hunc nodum non opus est animo Alexandri (c), cum nulla contradictio detur in D. Thomae; quia Sanct. Doctor acutissimo ingenio pollens, Angelice cognoscebat carnem infirmam sapius praevallere adversus spiritum. Quod, heu nimis! experientia comprobatur. Unde quamvis Dei auxilia numquam nobis deficient, nos tamen deficiamus auxiliis Dei, nec tam viriliter pugnamus quam Divus Thomas. Equidem, si omnes feminae forent sicut B. Lucia, vel saltem sicut Lucretia, (dato istam minime consensisse Tarquinio, quod est valde dubium, ne dicam falsum) sic fateremur eas violenter oppressas nullum praebuisse consensum. At verò rem longe aliter se habere, dicant Provvisores, ad quos saepe recurrunt putidissimae meretrices, fictis lacrymis plangentis virginitatem, longe aliter quam filia Isepte, ut aliquod matrimonium fraudolenter arripiant. Etenim vix unquam, aut rarissime coibit homo cum femina, ut oportet, reluctante; quia vel vociferan-

(a) Vid. Breviarium Romanum die 12. Decembris lect. 3. secundae nocturnae.

(b) Vid. Titus Livius in fine libri 1. pag. mibi 36. littera F. (c) Vid. Quintus Curtius lib. 3. de rebus gestis ab Alexandro Magno pag. mibi 26.



rando, vel fugiendo, vel repugnando, vel aliis modis turpem copulam declinabit. Et quamquam concedamus aliquando aliter posse contingere; iudicium tamen ferendum est ex regulariter contingentibus, ut constat ex Jure Canonico regula 45. in 6. In metu autem tametsi gravi, non est tanta præsumtio in contrarium; & ideo Ecclesia putat dari consensum, sed prudentissime ipsum insufficientem decernit ad matrimonium.

## PRÆLECTIO XXII

### *De Sacramento Matrimonii,*

ad expositionem cap. 8. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini,  
à §. 15. ad 17.

**J**am ab initio, Dei opera fuere perfecta, pulcherrima, valde bona; nondum tamen videbantur omnibus numeris absoluta. Quare coelo, terra, arboribus, & animantibus mirum in modum productis, edidit Deus hominem moderatorem orbis, ac in paradiso amoenissimo collocavit, ut immensis ejus deliciis frueretur. Sed nedum erant ista satis: *Non bonum est, inquit Dominus, hominem esse solum, factamus ei adiutorium simile sibi.* Nam adhuc deerant mundo, tanta rerum varietate mirabili, qui eum replerent incolis ratione pollentibus; desiciebat Paradiso tantarum multitudine voluptatum, intemerati amoris suavitas, qui omnibus condimenta deferret; aberat homini cum suæ majestatis æquali perfectione jucunda societas, in qua reclinatum cor suum posset invenire solatium; & ut uno verbo dicam, ad majorem pulchritudinem universi,

si, ad amoenitatem Paradissi, ad societatem Adæ, ad Summi Opificis gloriam, ad rerum omnium complementum, requirebatur conjugium: ideoque ex viro condidit Deus feminam, quam ei uxorem tradidit. Matrimonium ergo, ultimo loco institutum ab Auctore nature in materiali edificio mundi, fuit etiam elevatum ad rationem Sacramenti ab Auctore gratiæ Christo Domino, & postremo loco repositum in mystico Ecclesiæ opificio, ad ejus maximum fulcimentum, & ornamentum. De quo in præsentem agemus ad expositionem cap. 8. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini à §. 15. ad 17.

**S**ed ut clarius procedamus, orationem istam in tres partes pro more distribuemus. In primis enim litteram textus epitome declarabimus. Deinde fusius exponemus. Postremo thesım ex textu depromptam probabimus, ac propugnabimus. Utinam feliciter! Pro prima ergo parte, in litteræ textus initium §. 15: *Ut autem Sacramentum est, &c.* Ecce vero finem §. 17. *Honorable connubium, & torus immaculatus.* His tribus paragraphis ostendit Catechismus matrimoniale contractum à Deo institutum ad propagandum genus humanum, & de quo in præcedentibus egit, elevatum fuisse à Christo Domino ad rationem Sacramenti, ut populus Christianus ad veri Dei cultum, & religionem procrearetur. Idque declarat mirabili Christi cum Ecclesia unione, ob quam significationem magnū vocat Paulus hoc Sacramentum, ut Sancti Patres interpretantur, & cum eis Synodus Tridentina. Quapropter docendi sunt fideles, hujus Sacramenti gratia effici, ut vir & uxor mutue caritatis vinculo conjuncti, alter alterius benevolentia conquiescat, alienosque amores, & concubitus fugiat. Hæc est synopsis litteræ Catechismi, & prima orationis pars.

**3** Ad secundam progrediamur, explanaturi litteram textus. Conjugium igitur inter Sacramenta Ecclesiæ hæc.

bere locum negarunt Armeni circa dimidium sæculi septimi, quos postea imitati sunt Joannes Hus, Lutherus, Calvinus, horumque sequaces. Nullus tamen dementi-  
 tius, ac inverecundius loquitur quam Calvinus lib. 4. institutionum cap. 19. §. 34. dicens: „ Matrimonium,  
 „ quod ut à Deo institutum fuerit omnes, ita pro  
 „ Sacramento datum nemo usque ad Gregorii tempora  
 „ viderat. Et cui umquam sobrio in mentem venisset?  
 „ Ordinatio Dei bona est, & sancta: & agricultura,  
 „ architectura, sutrina, textrina, ordinationes sunt  
 „ Dei legitimæ, nec tamen Sacramenta sunt. Quis fe-  
 „ rat istos Sophistas tam inscite garrientes? Item §. 35.  
 „ Verba tamen obtrudunt, quibus Sacramenti nomen  
 „ matrimonio attribui dicunt. *Mysterium* dixerat Paulus,  
 „ quam dictionem cum relinquere posset Interpres,  
 „ latinis auribus non infrequentem, vel *Arcanum* ver-  
 „ tere; *Sacramentum* ponere maluit, non tamen alio  
 „ sensu, quam græcè à Paulo *Mysterium* dictum erat.  
 „ Eant nunc, & linguarum peritiam clamose insectentur,  
 „ quarum ignorantia in re facili, & cuius obvia, tan-  
 „ diu fedissime alucinari sunt. Tandem concludit §. 37.  
 „ Ac ne simpliciter Ecclesiam luderent: quàm longam  
 „ errorum, mendatorum, fraudum, nequitarum se-  
 „ rriem uni errori attexuerunt! ut dicas nihil aliud quam  
 „ abominationum latebram quasivisse, dum è matrimo-  
 „ nio Sacramentum fecerunt. Ubi enim id senel obti-  
 „ nuere, conjugalem causaram cognitionem ad se traxe-  
 „ runt: quippe res spiritualis erat, profanis iudiciis  
 „ non attractanda. Tum leges sanxerunt, quibus tyran-  
 „ nidem suam firmarunt; sed partim in Deum manife-  
 „ ste impias, partim in homines nequissimas. At ex eo-  
 „ rum cæno aliquando emergendum est, in quo jam  
 „ diutius hæsit oratio, quam animus ferebat. Aliquan-  
 „ tulum tamen mihi profecisse videor, quod leonis pel-  
 „ lem istis asinis quadam ex parte detraxi.  
 „ 4. Hæc, licet paululum proluxa, adduximus, ut pal-  
 „ lam

lam fiat, semper Calvinum adversus Ecclesiam Catholi-  
 cam, unde perduelli apostata exiit, eodem Cacadamo-  
 ne exagitatum furere, et bacchari, insanire. Asinos ap-  
 pellet omnes Ecclesie Patres, qui à Sancto Gregorio,  
 ipso fatente, ad sua usque tempora matrimonium ut Sa-  
 cramentum fassi sunt. Non aliunde melius quam ex ejus  
 scribendi modo revinci Calvini insania potest, qui dum  
 inter suos mirifice garrit, vel stulte ignorat, vel mali-  
 ciose mentitur, ut optime ait Cælius lib. 8. cap. 4. de  
 locis. Sed missis blateronis hujus impudentissimi dicitio-  
 nis; Catholicam veritatem ostendamus cum Carechi-  
 smo, qui postquam in superioribus paragraphis sermo-  
 nem fecerit de matrimonio sub ratione contractus, nunc  
 de eo loquitur quatenus est Sacramentum, docens maris  
 & femine conjunctionem ab initio institutam ad propa-  
 gandum genus humanum, elevatam esse à Christo Do-  
 mino ad rationem Sacramenti, ut Christianus populus ad  
 veri Dei cultum ac religionem procrearetur. Voluit  
 enim Christus, arctissimam, quam habet cum mysti-  
 ca sponsa Ecclesia, unionem significari per indissolubile  
 vinculum, quo conjuges invicem constringuntur, hæc-  
 que similitudine sacræ litteræ Christi & Ecclesie ineffa-  
 bile commercium nobis sæpe proponunt, ut Matthæi  
 22. vers. 2. & cap. 25. vers. 10. Apocalypsis 19. vers. 7.  
 toto fere Cantico libro, aliisque in locis.  
 5. Probat Catechismus Matrimonium esse verum Ec-  
 clesie Sacramentum, expresso Apostoli testimonio ad  
 Ephes. 5. à vers. 28. ad 32. ubi de ipso dicitur: *Sa-  
 cramentum hoc magnum est, ego autem dico in Chri-  
 sto, & in Ecclesia.* Nec valet Calvinus, ac Novato-  
 rum responsio blaterantium à Sancto Paulo matrimo-  
 nium appellari mysterium, ut significet non conjunctio-  
 nem viri, & femine, sed unionem Christi cum Eccle-  
 sia. Siquidem præter hanc representationem, dicimus  
 aliam & matrimonio inesse, quæ significat, unaque pro-  
 ducit gratiam animorum conciliatricem. Tria enim

requiruntur ad veri Sacramenti rationem, ut cum Divo Thoma sentiunt universi. Primum ut sit sensibile sacra rei signum. Secundum à Christo Domino institutum. Tertium productivum gratiæ; atqui hæc tria conveniunt matrimonio: igitur jure merito inter Ecclesiæ Sacramenta reponitur. Quod conjunctio maritalis sit quid sensibile, probatione non eget, quod sit sacra rei signum, testatur Apostolus supra citatus dicens: *Sacramentum hoc (seu græce mysterium); quod idem est; quiddam Calvinus obinimaret) magnum est; nexus scilicet conjugalis Christianorum, de quo loquitur Paulus, magnum est Sacramentum, non præcise ut conjugum nexus est, sed quatenus significat unionem filii Dei cum Ecclesia. Quare non audiendus est Erasmus effugiens in unionem viri, & mulieris nullum esse mysterium, cum similis nexus cernatur in bestiis. Nuncquid de nexu bestiarum Apostolus loquitur inquit: Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia?*

6 Quod insuper Christus instituerit, seu potius everterit matrimonium à Deo jam institutum, ad rationem Sacramenti, et vim tribuens sanctificandi conjuges, etiam docet, semperque docuit Ecclesia universalis; & inde liquet adacta hæreticorum præsertim Calvini negantis ante Divum Gregorium habitum fuisse matrimonium pro Sacramento. Nam ex traditionis Apostolica monumentis facile convincitur falsitatis. Audiantur breviter aliqua Ignatii Scriptori primi sæculi, epist. ad Polycarpum inquit: *Dei et sponsi, & sponsæ de scientia Episcopi conjugium sic sint, quo nuptiæ sint secundum Deum, & non secundum epulætam.* Tertullianus cognomine, ac tempore Florens secundo sæculo, lib. 2. ad uxorem, cap. 9. ait: *Unde sufficiam ad narrandam felicitatem ejus matrimonii, quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & obsequii benedictio, Angeli renuntiant, Pater ratum habet. Etate igitur Tertulliani sponsis celebrabatur Missa, non qualis ad ludibrium*

celebrata est ab hæreticis in nuptiis Carlostadii (a); sed qualis decebat fidelibus rem sacram digne agentibus, & magnum Sacramentum celebrantibus in Christo, & in Ecclesia. Ambrosius, qui obiit anno 397. epist. 19. ad Virgilium, scribit: *Conjugium velamine Sacerdotali, & benedictione sanctificari oportere.* Siricius Papa, Ambrosio suppar, epist. ad Himerium cap. 4. dicit: *Ille benedictio, quam nupturæ Sacerdos imponit, apud fideles ejusdem sacrilegii instar est, si ulla transgressione violetur.*

7 Concilium Cartaginense 4. celebratum anno 398. cui affuit Augustinus, can. 13. statuit: *Sponsus & sponsa cum benedicendi sunt à Sacerdote, à parentibus suis, vel paranymphis offerrentur, &c.* Chrysostomus homilia 59. in Genesim asserit: *Sacramentum sunt nuptiæ, & imago dilectionis Christi, quam erga Ecclesiam declaravit.* Similia habent Innocentius 1. epist. 9. ad Probum. Augustinus lib. de bono conjug. cap. 14. lib. de fide, & bonis operibus cap. 7. & tract. 9. in Joann (b). alisque in locis. Cyrillus Alexandrinus epist. 10. ad Nestorium, & Commentariorum in Joan. lib. 2. cap. 22. Tandem, ne nimis diffundar, S. Leo Magnus plusquam centum annis ante Div. Gregorium sic loquitur epist. 2. alius 92. ad Rusticum Narbonensem Episcopum. „ Cum societas

(a) Andreas Carlostadius, natione Germanus, & Archiepiscopus, Witembergensis, primus Sacramentatorum hæreticus Actor, primus etiam fuit Reformatorum; qui scripsit nuptias tales, quas non solum Lutheranos Witembergenses nullatenus laudare, & approbare specialiter oratione, quam adducere vereor, adducam tamen, ut cunctis patet Novatorum avaricia, impudentia, irreligiosa. Si ergo habebat illa: *Oramus, Deus, qui post tam longam, & impium Sacerdotum turpem calumniam, Beatorum Andreæ Carlostadii iniqua detrahe dignetur, ut, ut scribit, libro habita Papisticæ fidei ratione, uxorem ducere non faciat, de qua uxore, ut omnes Sacerdotes, excepta sana mente, que vestigia remanent, rejectis concubitis, aut eisdem ductis, ad legitimum consortium tota convertantur.* Videantur Bartholomæus Durand. in fide Vindicata lib. 3. art. 52. Graveson. in hist. Ecclesiast. tom. 7. collog. 2. pag. 61. & Berti tom. 2. lib. 22. cap. 5. pag. 278. (b) Vid. Breviarium Romanum Dominici 2. post Epiphani. lect. 3. homilia.

„ nuptiarum vitæ ab initio constituta sit, ut præter se-  
 „ xuum conjunctionem haberet in se Christi, & Eccle-  
 „ siæ Sacramentum; dubium non est eam mulierem non  
 „ pertinere ad matrimonium, in quo docetur nuptiale  
 „ non fuisse mysterium.

8 Eat ergo Calvinus, & in lectione priscorum Patrum utatur melioribus conspiciillis, nec tam confidenter asseveret, ante Div. Gregorium, matrimonium esse Sacramentum dixisse neminem; quique docere nos voluit hanc vocem *mysterium* significare arcanum, non Sacramentum, ut vertit Latinus Interpres, discat ipse prius parum chronologiæ, ne turpi anachronismo videatur Auctores supra citatos facere posteriores Magno Gregorio. Sed quid immoror in confutando Calvino? Inimici nostri sint iudices in hac causa; Græci inquam Schismatici, qui melius Calvino intelligunt vim græci sermonis, dicant an vocabulum istud *mysterium*, quo usus est Apostolus, significet merum arcanum, abditum, absconditumque aliquid, an etiam rem sacram, & Ecclesiæ Sacramentum? Et certe respondebunt idem sentire quod Chrysostomus, Cyrillus, aliique Patres Græci atque Latini, à quibus hac in parte non recesserunt Orientales; utinam in omnibus aliis eamdem fidem, ac unionem retinissent! Id quod dicimus constat ex censura quam suo, & Græcorum Episcoporum nomine edidit Jeremias Patriarcha Constantinopolitans anno 1575, contra Augustanam Lutheranorum confessionem, ubi cap. 7. Matrimonium verum esse dicitur Sacramentum. Ex Synodo Constantinopolitana habita anno 1638, sub Cyrillo Berroënsi contra hujus decessorem Cyrillum Lucaris; ex alia ibidem celebrata anno 1642, sub Parthenio, ubi rejicitur Calvinus negans quinque Ecclesiæ Sacramenta; ex Synodo Hierosolymitana anno 1672, sub Dositheo, ubi iterum damnatur Lucaris; & tandem ex Græcorum omnium praxi.

9 Supervacaneum esset alia plura adducere, ad confir-

firmationem hujus Catholice veritatis, cum nullus sit locus Theologicus ex decem à doctissimo Cano traditis, quo probari, aut suaderi non possit conjugium esse verum Sacramentum; habemus enim Scripturæ auctoritatem, Traditionis normam, Ecclesiæ documentum, Conciliorum canones, Pontificum constitutiones, Patrum testimonia, Theologorum consensum, Philosophorum dicta, jurisperitorum textus, historiæ monumenta, rationis pondus. Quid ultra? Merito igitur anathemate damnatur à Tridentino quicumque dixerit Matrimonium non esse vere & proprie unum ex septem legis Evangelicæ Sacramentis à Christo Domino institutum, sed ab hominibus in Ecclesia inventum, neque gratiam conferre. Merito etiam concludit ejusdem Concilii Catechismus §. 17. & ultimo ex designatis, docendos esse fideles hoc Sacramentum producere gratiam, qua conjuges mutua dilectione, atque fidelitate persistent, ut sit in eis honorabile connubium, & torus immaculatus; quod multo ante docuerat Divus Thomas in Supplement. q. 42. art. 3. dicens: *Matrimonium habet conferre gratiam adjuvantem ad illa opera, quæ in Matrimonio requiruntur.*

10 Quantum ad tempus institutionis hujus Sacramenti, non conveniunt Auctores; quidam enim opinantur id accidisse in nuptiis Galilææ; alii vero probabilius censent tunc Christum elevasse conjugum ad rationem Sacramenti, quando Matth. 19. dixit: *Quod Deus conjunxit, homo non separet.* Tunc quippe radicitus substulit Polygamiam, repulit omnino repudium, & matrimonium ad pristinum statum reduxit, ei addens virtutem sanctificandi conjuges, ut diximus supra. Nec ista opinionum varietas ullo modo favet hæreticis, cum ipsi fateantur baptismum esse verum Ecclesiæ Sacramentum, & tamen eadem sit difficultas in assignando tempore ejus institutionis, plerisque dicentibus cum Divi Thoma, institutum fuisse quando Christus baptizatus est

est à Joanne, nonnullis id protrahentibus ad aliud tempus posterius. Similiter dicimus cum Illustrissimo Cano circa celebrem difficultatem assignandi Ministrum Sacramenti Matrimonii; istud scilicet minime patrocinari Lutheranis, ac Calvinistis; sive enim sint contrahentes, ut plures volunt; sive Sacerdos, ut alii tenent; salva semper manet inter fideles ratio Sacramenti. Quam autem harum opinionum probabilior videatur, statim dicam tertia parte, quare hæc satis sint pro secunda.

11 Ad tertiam orationis partem devenio, in qua probanda est hæc conclusio: *Probabilius videtur Ministrum Sacramenti Matrimonii esse Sacerdotem, quam contrahentes.* Eam solide defendunt gravissimi Theologi Guilielmus Parisiensis, Melchior Canus, Cardinalis Toletus, Dominicus Bannez, Petrus de Marca, Maldonatus, Franciscus Sylvius, Estius, Natalis Alexander, Tournely, Le-Druin, Gibertus, L'Herminier, Du-Hamel, Juenin, Florentinus de Cocq, Vanroy, Piette, quos citat, & sequitur Cl. Concina tomo 10. Theologiz Christianæ lib. 2. cap. 2. & in compendio tom. 2. lib. 13. cap. 2. num. 3. pag. mihi 254. Hancque opinionem valde probabilem vocat doctissimus Pontifex Benedictus XIV. lib. 8. de Synodo cap. 28. num. 3. Ejus probabilitatem externam palam ostendunt Auctores supra laudati, quorum plures fuere discipuli Divi Thomæ, à cujus doctrina minime recedere arbitror, licet Angelicus Præceptor aliquando contrarium videatur asserere, sed ipsius mentem, infra, quantum assequar, explicabo. Nunc internam conclusionis probabilitatem videamus.

12 Omnia Ecclesie Sacramenta sunt sancta, & sacra; hoc est, ordinata ad sanctificandum homines, & ad exhibendum debitum Deo cultum; sed ratione primi petunt ministros ordinarios sanctos, justos, & in gratia existentes, ut docuit Catechismus cap. 1. §. 26. & ne-

netto ambigit, juxta illud notissimum axioma: *Sancta sancte sunt tractanda*; ergo ratione secundi, ministros exigunt sacros, & servitio Ecclesie sacris ordinibus assignatos; non vero profanos, laicos, atque vulgares. Id solum interest, quod sanctitas in ministris Sacramentorum necessaria est necessitate præcepti; esse autem Sacros necessarium est necessitate Sacramenti, & ad eorum valorem essentialiter requisitum, excepto tamen baptismate quamvis olim in Græca præsertim Ecclesia, nullum videretur esse baptismum à laicis Christianis collatum, etiam dum instaret necessitas, ut scite observatur à Tillemontio, & vincitur ex Gregor. Nazianz. adhuc Catechumeno de aeterna salute desperante ob imminens naufragium, quoniam à laicis, qui secum erant, invalidum baptismum credebatur; & similiter ex Basilio episc. ad Amphilochem can. 1. igitur ministri Sacramenti Matrimonii non sunt contrahentes, sed Sacerdotes.

13 Respondent contrarii duplex esse Sacramentorum genus: aliqua enim necessario exigere ministrum Ordinis, alia vero minime; & hujusmodi esse Baptismum & Matrimonium. Sed contra est: nam minister ordinarius Baptismi etiam est Sacerdos, ut constat ex Divo Thoma 3. part. quest. 67. art. 2. & ex Concilio Florentino in decreto unionis, ubi dicitur: *Minister ordinarius baptismi est Sacerdos, cui ex officio competit baptizare.* Verum quidem est, hoc Sacramentum ob maximam necessitatem posse etiam conferri à laicis, ab impijs, ab infidelibus, ad isti non sunt ejus ministri ordinarii, nec tunc necessarius est status gratiæ, ut ait Angelic. Præcept. 3. p. q. 64. à 6. ad 3. Præterea: si puritas baptismi valeret in Sacramento Matrimonii, sequeretur etiam hoc Sacramentum ab infidelibus non baptizatis posse administrari, quod non est dicendum.

14 Respondent forsitan adversarii, Sacramentum Matrimonii minime confici posse à contrahentibus non baptizatis, quia sine baptismate nequeunt illud recipere.

re, quod est necesse in Matrimonio sub ratione Sacramenti. Sed nec ista responsio valet. Nam ministri Sacramentorum distinguuntur à subjectis: quod quidem probatur inductione Baptismi, Confirmationis, & aliorum. Respondebunt tandem, excipi matrimonium, quia cum sit contractus, petit ab ipsis contrahentibus fieri. Sed facile impugnantur: quia quamvis Matrimonium sub ratione contractus ab ipsis contrahentibus oriatur, non tamen sub ratione Sacramenti. Sacramenta enim, ut initio dicebamus, à Ministris Sacris administrari debent, nec ad hoc solidum videtur dari posse responsum. Quod sic amplius confirmatur: si Sacramentum Matrimonii ob rationem contractus exciperetur ab aliis, non exigendo ministrum ordinis: cur non exciperetur in non exigendo subjecto baptizato, quamvis baptismus dicatur janua Sacramentorum? Respondebitur fortasse, quia Catholici, & Patres Ecclesiae docent expresse baptismum esse januam Sacramentorum, non vero ita expresse docent Sacerdotem esse ministrum Sacramenti Matrimonii.

15 Enervatur tamen ista solutio, & simul roboratur conclusio alia ratione: sicut ex universali Ecclesiae traditione, ex Sanctis Patribus, & Conciliis constat baptismum esse januam Sacramentorum, ita iisdem fundamentis probamus adversus haereticos Matrimonium esse verum Ecclesiae Sacramentum; sed Sancti Patres, & Concilia etiam una voce sacras vocant nuptias, quia sacra Sacerdotum benedictione consecrantur; quorum aliqua supra dedimus testimonia, alia videri possunt apud Auctores laudatos: ergo ut validior sit probatio nostra contra haereticos, dicere debemus Sacerdotes esse ministros hujus Sacramenti. Quod clare innuit Tridentinum sess. 24. cap. 1. de reformat. ubi ait: „Ad celebrationem „Matrimonii in facie Ecclesiae procedatur, ubi Paro- „chus, viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo „consensu intellecto, vel dicat: ego vos in Matrimo- „nium

„nium conjungo in nomine Patris, &c. vel aliis utatur „verbis juxta receptum uniuscujusque ritum Provinciae.

16 Probatur tandem auctoritatibus, ac rationibus Divi Thomae, qui nedum nobis non adversatur, sed potius impense favet. Nam lib. 4. contra Gentes docet 73. agens de Sacramento unctionis, prope finem docet ejus ministrum esse Sacerdotem, quia gratiam confert illuminatricem. En verba Sancti Doctoris: *Manifestum est quod in hoc Sacramento gratia confertur. Ea vero in quibus gratia illuminans mentem confertur, exhibere solum pertinet ad Sacerdotes, quorum ordo est illuminativus. Ubi tamquam principium certum assumitur à Divo Thoma, solos Sacerdotes esse ordinarios Ministros eorum in quibus confertur gratia quae mentem illuminat; atqui hoc etiam habet Sacramentum Matrimonii: ergo in via Divi Thomae, solus Sacerdos est minister Sacramenti matrimonii.*

17 Deinde cap. 74. ejusdem libri, de Ordine loquens, ait: *Minister autem comparatur ad Dominum, sicut instrumentum ad principale agens... oportet autem instrumentum esse proportionatum agenti: unde & ministros Christi oportet esse ei conformes. Hac autem conformitas habetur per solum baptismum. Si sufficeret character baptismalis, omnes profecto baptizati, praecise ut tales, essent Sacramentorum ministri, quod & primo principio à Div. Thoma superius stabilito, & communi Theologorum opponitur, cum Christus Dominus Sacerdotes effecerit, ut essent Ministri, & dispensatores mysteriorum Dei. Oportet igitur (prosequitur S. Doct.) ministros Christi homines esse, & aliquid divinitatis ejus participare secundum aliquam spiritualem potestatem. Quibus verbis illud assignat quo Minister debet Christo conformari, id est spirituale illam potestatem, secundum quam participat aliquid divinitatis Christi; atqui neque in sacris litteris, neque in traditionibus sacris constat spirituale potestatem, secundum*

quam Christi divinitas participatur, laicis personis convenire, cum hæc sit potestas Ordinis: igitur contrahentes Matrimonium non sunt ministri hujus Sacramenti.

18 Rursus probat laudatus Doctor Angelicus eodem cap. 74. Sacramentum Ordinis conferre gratiam, quia ad divinam liberalitatem pertinet, ut cui confertur potestas ad aliquid operandum, conferantur etiam ea sine quibus hujusmodi operatio convenienter exerceri non potest; administratio autem Sacramentorum, ad que ordinatur spiritualis potestas, convenienter non fit nisi aliquis ad hoc à divina gratia adjuvetur: igitur ex Sancto Doctore potestas Ordinis, quæ est illa spiritualis potestas de qua ibi loquitur, ordinatur ad administrationem Sacramentorum. Quod iterum repetit ut ostendat, Sacramentum Ordinis considerari præcipue secundum comparisonem ad Eucharistiæ Sacramentum, quod est inter Sacramenta nobilissimum, & aliorum omnium columen; atque matrimonium est unum ex septem Ecclesiæ Sacramentis: ergo ad illud fidelibus ministrandum ordinatur potestas Ordinis.

19 Insuper Sanctus Doctor eodem lib. cap. 77. ubi probat etiam per malos ministros Sacramenta dispensari posse, hæc habet: *Ex his que præmissa sunt manifestum est quod ministri Ecclesiæ potentiam quandam in ordinis susceptione divinitus suscipiunt ad Sacramenta fidelibus dispensanda.* Item eodem capite, num. 2. ait: *Nihil potest in id, quod epus facultatem excedit, nisi accepta aliunde potestate.* Quod exemplis tam à naturalibus, quam à civilibus desumptis ostendit, & ita subdit: *Ea autem que in Sacramentis aguntur, facultatem humanam excedunt, ut ex præmissis patet: ergo nullus potest Sacramenta dispensare, quantumcumque sit bonus, nisi potestatem accipiat dispensandi.* At vero alia non est in Ecclesia Dei dispensandi potestas nisi ea, quæ per Sacramentum Ordinis confertur: ergo nullus potest Sacramenta dispensare nisi fuerit sacra

or-

ordinatione consecratus. Hanc vero consecrationem, & dispensandi potestatem solus habet Sacerdos, nam in inferiorum ordinum collatione non datur potestas dispensandi Sacramenta, sed inserviendi Sacerdoti, de quo videndus est Div. Thomas eodem lib. 4. cap. 75.

20 Ulterius cap. 78. agens de Sacramento Matrimonii, ait ordinari ad perpetuitatem speciei humanæ, ad perpetuitatem populi in aliqua civitate (quæ est aliquod bonum politicum), & ad perpetuitatem Ecclesiæ, quæ in fidelium collectione consistit. Ordinatur vero Matrimonium ad hæc tria bona, quia ad hæc ordinatur generatio humana per Matrimonium obtinenda. Matrimonium igitur, ut ordinatur ad humanæ speciei perpetuitatem, est officium nature, ut ordinetur ad bonum politicum subjacet ordinationi legis civilis: *In quantum autem ordinatur ad bonum Ecclesiæ, (verbis utitur Divi Thomæ) oportet quod subjaceat regimini Ecclesiæ. Ea autem que populo per Ministros Ecclesiæ dispensantur, Sacramenta dicuntur. Matrimonium igitur secundum quod consistit in conjunctione maris & femine intendendum prolem ad cultum Dei generare, & educare, est Ecclesiæ Sacramentum: unde & quedam benedictio nubentibus per Ministros Ecclesiæ adhibetur.* Quid autem intelligit Sanctus Doctor per ministros Ecclesiæ? Numquid laicos contrahentes? Minime gentium, sed Sacerdotes, ut communis fidelium persuasio, & consensus declarat, & ipse Div. Thomas cap. 77. antecedenti dicens: *Manifestum est quod Ministri Ecclesiæ potentiam quandam in ordinis susceptione divinitus suscipiunt.* Hæc observatione præmissa, de mente Divi Thomæ causa finita est; nam ex illo habemus Matrimonium quatenus est Sacramentum populo per Ministros Ecclesiæ (id est per Sacerdotes) dispensari. *Ea, inquit, que populo per Ministros Ecclesiæ dispensantur, Sacramenta dicuntur.* Qui vero Sacramenta populo dispensant illorum sunt ministri: soli ergo Sacerdotes ministri sunt matrimonii.

Po-

21 Posteriora illa D. Thomæ verba dicentis (ad probandum Matrimonium esse Sacramentum, quia per Ministros Ecclesiæ dispensatur): unde & quaedam benedictio nubentibus per ministros Ecclesiæ adhibetur; abs dubio hujus Sacramenti formam designant. Ad ministrum enim pertinet formam Sacramenti adhibere; sed Sacerdos est qui hoc Sacramentum fidelibus tamquam minister dispensat; ipse solum benedictionem sub aliqua verborum formula adhibet, cum cætera ad hoc Sacramentum pertinentia à contrahentibus apponantur: ea igitur verba quibus benedictio nubentibus per ministros Ecclesiæ adhibetur, hujus Sacramenti sunt forma. Hæc illa est cæremonia sacra, accidentaria quidem conjugio, sed quæ ipsum civiliter contractum ad Sacramenti rationem perducit. Hæc quidem benedictio solemnitas quædam est, sed necessaria ad Sacramentum conficiendum, sine qua conjugium solum subsistit sub ratione contractus, cum sine illa nequeat esse cæremonia sacra, qua cultus Deo debitus exterius proferatur.

22 Idem confirmat Divus Thomas 3. part. quæst. 83. art. 3. ad 8. dicens: *Dispensatio Sacramentorum pertinet ad ministros Ecclesiæ.* Et in supplementis q. 8. art. 1. probans solum Sacerdotem esse ministrum Sacramenti poenitentia, hanc rationem adducit: *Gratia quæ in Sacramentis datur, à capite in membra descendit, & ideo solus ille minister est Sacramentorum, in quibus gratia datur, qui habet ministerium super corpus Christi verum, quod solus Sacerdotis est, qui consecrare Eucharistiam potest.* Quibus verbis clariora non video ad id quo de agimus; quasi diceret Sanct. Doctor: gratia quæ in Sacramentis datur à Christo, qui est Ecclesiæ caput, descendit in ejus membra fideles Sacramenta suscipientes; at non utrumque descendit, sed illius ministerio, qui Sacramenta dispensat: oportet igitur Sacramentorum dispensatorem ministerium habere, nedum in ipsos fideles quibus gratiam confert, sed

etiam

etiam in corpus Christi verum, à quo ut à capite, gratia illa descendit. Ex quo apparet rationis hujus vis maxima, & quod in ea statuitur ut principium, nempe qui Sacramenta dispensat, habere debet ministerium in verum Christi corpus: ergo minister Sacramenti matrimonii gaudere debet hoc ministerio, quod solius Sacerdotis est: solus igitur Sacerdos, attentis Divi Thomæ principiis, est minister Sacramenti Matrimonii.

23 Quapropter infra quæst. scilicet 22. art. 2. ait idem: *Sacramenta, in quibus gratia confertur, dispensare ad solos Sacerdotes pertinet.* Et quæst. 31. art. 1. in corp. addit: *Nullius Sacramenti dispensatio laicis ex officio competit.* Ideoque recte concludit quæst. 59. art. 2. ad 1. Matrimonium, secundum quod est Sacramentum, consistens in dispensatione ministrorum Ecclesiæ, non competere infidelibus: ergo neque laicis, seu contrahentibus, cum ipsi non sint ministri Ecclesiæ. Tandem, ut clarius pateat hanc esse Divi Thomæ sententiam, advertere oportet, opus contra Gentiles, ex quo priora desumimus, esse penultimum à Sancto Doctore elucubratum, ut colligitur ex Tholomæo Lucensi apud Echardum tom. 1. scrip. Ord. Præd. pag. 289. & de Rubéis dissert. 12. cap. 1. n. 3. pag. 147. Ideoque magis attendi debet, quam expositio lib. 4. Sententiarum, ubi oppositum docuit; aliud profecto docturus in Summa, quam morte præventus finire nequivit. Hoc enim ex dictis clare deducimus cum doctissimo Sylvio, quin constituamur Propheta; sicque uno verbo solvuntur argumenta ex Divo Thoma depremta; & obiter confutantur paucissimi quidam, quibus novissime adharet Cl. Petrus Collet in continuat. Journelli tom. 8. cap. 4. art. 2. n. 389. pag. 208. perperam existimantes Commentarium in libros Magistri Sententiarum esse ultimum Divi Thomæ opus. Quod quam falsum sit, jam liquidò demonstrarunt Vincentius Ferrer Catalaunus in vita Sancti Doctoris, Jacobus Echardus supra laudatus, de Rubéis, alii.

P.R.E.



## PRÆLECTIO XXIII.

## De Secundis Nuptiis,

ad expositionem cap. 8. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini,  
à §. 20. ad 22.

**P**erfecta quidem unio, qua Deus in mundi exordio primos parentes conjunxit, immaculatus torus, & honorabiles nuptiæ! quas nec turpis libido inficeret, nec partus dolores, & aliz plures erumna gravarent, nec tandem mors ipsa dissolveret, nisi illi peccassent. Sed proh dolor! homo cum in honore esset non intellexit, & à felicitatis culmine ad extremum miseriz prolapsus est. Hinc mutatus est rerum ordo; & suavis ille nexus, quo primi conjuges fuerant tam arcte, perfecteque conjuncti, versus est in amaritudinem amarissimam; in catenam ferream acutissimis angustiarum nodis eorum corda vexantem. Immaculatus ille torus, quot maculis sæpissime non fœdatur? Quot tribulationes carnis non patiuntur qui matrimonio juncti sunt? quot demum lacrymæ, atque suspiria non emittuntur, dum morte dirumpitur vinculum dulci amore contractum; maxime si relinquatur vidua cum infantilis patre perpetuo desituitis? Morte igitur unius conjugum solvantur nuptiæ, ut in presenti oratione probabimus, ad expositionem cap. 8. secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini à §. 20. ad 22.

2 Ut autem clariori methodo procedamus, orationem in tres partes distribuemus. Prima breviter delibabimus litteram Catechismi. Secunda ipsam fusius expo-

ne-

nemus. Tertia denique conclusionem disputationi expositam probabimus, atque tuebimur. Utinam felice! Ne igitur nimis in limine detineamur, pro primæ partis ingressu dicimus sic incipere litteram Catechismi §. 20.: *Verum eodem Christi Domini testimonio*, &c. Sic autem finire §. 22.: *Tum Gentilium, tum Judæorum matrimonii longe præstare*. His tribus paragraphis docet Catechismus, nullo divortio, nulloque alio, nisi morte dissolvi posse vinculum Matrimonii. Idque apertissimè tum Christi, tum Apostoli testimoniis probat, varias afferens rationes, cor non expedit dissolvi posse conjugium; quia nempe sic homines magis satagent inquirere virtutem in conjugè quam divitias, aut pueritudinem; sic una scindentur causæ, quæ numquam deessent, separationum; sic denique dum conjuges aliquando divortio sejunguntur, apponent reconciliationis media, ut ad pristinum statum redeant. Quod suadendum esse conjugibus tradit §. 3. salubri admonitione Divi Augustini; & tandem concludit Christianorum conjugia præstantiora esse conjugii Gentium, aut Judæorum. En synopsim litteræ textus, & primam orationis partem.

3 Ad secundam itaque transeamus, ubi enucleanda est littera textus. Ante cujus explicationem advertere placet nuptiarum pluralitatem aliam esse simultaneam, & aliam successivam; quarum qualibet etiam potest dupliciter considerari, scilicet ex parte viri, & ex parte mulieris. Si vir plures simul ducit uxores, dicitur polygamia; si mulier pluribus una jungitur maritis, (quod teste Puffendorffio, non legitur nisi inter Garamantas, & Indos) vocatur polyandria (a). Successiva verò est, vel dum mulier, mortuo marito, alteri nubit, & dicitur biviria, vel dum vir post mortem uxoris alteram

Tom. II.

Ss

du-

(a) Vid. Puffendorffius de jure nat. & gent. lib. 6. cap. 1. §. 15. apud Roselli tom. 6. philosoph. q. 12. art. 4. pag. 616. Helencæus in elementis juris naturæ, lib. 2. §. 36. in nota \* pag. 407. & Clericus in decisione 46. de matrimonio à num. 4. ubi festivam refert historiam.

ducit, & appellatur bigamia, vel digamia, ne nos reprehendat Heineccius, quod hibridas voces adhibeamus (a); quamvis hæc videatur jam dudum civitate donata. Polygamiam simultaneam, & maxime polyandriam esse illicitas, atque omni jure prohibitas docent Catholici omnes, & paragrapho antecedenti docuit Catechismus, licet olim dispensatum fuerit priscis Patribus ut plures uxores ducerent. Successivam autem polygamiam tam ex parte viri, quam femina licitam esse, & inter baptizatos Sacramenti rationem obtinere, propugnat Ecclesia contra Montanistas, & Novatianos, quibus infeliciter adhesit Tertullianus. Quare splendide mentitur Kemnitius parte secunda examinis Tridentini, dicens à nobis secundas nuptias existimari fornicationes, atque prostitutiones. Quod quam falsum sit nunc videbimus (b).

4 Probatur igitur Catholica veritas. Et in primis ubinam reperietur secundas nuptias post mortem unius conjugis esse illicitas? non in lege naturæ, de quo alium extat silentium; non in Mosaicæ, in qua frater viri defuncti sine liberis tenebatur ejus uxorem ducere, ad suscitandum semen fratris sui (c); non denique in lege nova: nam Apostolus qui hac in re videtur plus omnibus laborasse, sic ad Romanos 7. v. 2. & seq. ait: „Quæ sub viro est mulier, vivente viro, alligata est „legi: si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est à „lege viri. Igitur, vivente viro, vocabitur adultera „si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir „ejus, liberata est à lege viri ut non sit adultera, si fue- „rit cum alio viro.“ Et 1. ad Corinth. 7. vers. 9. tam de virginibus quam viduis loquens inquit: „Quod si „non se continent, nubant. Melius est enim nubere „quam uri.“ Et ibidem v. 39. addit: „Mulier alligata est „le-

(a) Vid. Heineccius de sùlo cultorii part. 1. cap. 2. §. 5. in nota pag. 53.

(b) Vid. Laurentius Cozza Minorita & Cardinalis in commentario historico poemico ad lib. Div. August. de heresibus tom. 1. cap. 4. pag. 96. Ledruin, Concina, Coletus, & alii. (c) Deuteronom. 25. vers. 5.

„legi quanto tempore vir ejus, vivit: quod si dormierit „vir ejus, liberata est: cui vult nubat: tantum in Do- „mino.“ Clarius adhuc loquitur 1. ad Timoth. 5. v. 14. dicens: „Volo ergo juniores (viduas) nubere, filios „procreare, matresfamilias esse, nullam occasionem „dare adversario maledicti gratia.

5 Ex quibus Apostoli verbis hæ rationes facile deducantur: si secundæ, & posteriores nuptiæ essent illicitæ, mulier, idemque judicium esto de viro) adulterii, aut fornicationis rea foret, post mortem mariti nubens; atqui contrarium docet Apostolus supra citatus his verbis: *Si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est à lege viri, ut non sit adultera si fuerit cum alio viro.* Præterea: abstinere à re intrinsecus mala non est consulendum, sed præcipiendum; atqui Apostolus à secundis nuptiis abstinere tantum consulit, non vero præcipit, dicens: *Beator erit si sic permanserit secundum meum consilium:* ergo nedum primæ, sed etiam secundæ nuptiæ licitæ sunt, & honestæ, quamvis melior sit cœlibatus, & viduitas. Demum: si repetitæ nuptiæ essent legi divinæ contrariæ, nollet Apostolus juniores viduas nubere; quis enim verus discipulus probat quod scit suo magistro displicere, maxime dum est talis magister qui errare, aut falli non potest, idque agnoscit ipse discipulus? sed Paulus expresse dicit se velle juniores viduas nubere. Volo, inquit, id est consulo junioribus viduis secundas nuptias, ut nullam occasionem dent adversario. Quod sane fieri non posset, nec tolleretur occasio adversario, si secundæ, alique nuptiæ essent illicitæ.

6 Huic veritati suffragantur Sancti Patres locupletissimi Traditionis testes, qui licet cum Apostolo hortentur viduas ut in suo statu permaneant, eas tamen non damnant ad secundas nuptias convolantes. Nam Tertullianus ipse antequam in Montanistarum hæresim laboretur, lib. 2. ad uxorem cap. 1. sic ait: „Aposto-

„lus de viduis quidem, & innuptis ut ita permaneant  
 „suadet cum dicit: cupio omnes meo exemplo perse-  
 „verare; de nubendo vero in Domino, cum dicit:  
 „tantum in Domino, jam non suadet, sed exserte  
 „jubet.“ Ambrosius lib. de viduis cap. 2. num. 10. in-  
 quit: *Secundas nuptias Apostolica præcepta non dam-  
 nant.* Et cap. 11. num. 68.: *Non prohibemus secundo  
 nuptias, sed non probamus saepe repetitas; neque enim  
 quicquid licet, & decet.* Hieronymus, (quem Dalleus  
 mendacissime calumniatur, dicens digamiam penitus re-  
 probasse) (a) licitam esse digamiam non semel fate-  
 tur, ut videre est epist. 27. ad Marcellam inquires:  
*Nos secundas nuptias concedimus, Paulo jubente ut vi-  
 duæ adolescentule nubant.* epist. 50. nunc 30. quæ est  
 apologia pro libris suis adversus Jovinianum scribens:  
*Quomodo virginibus ob fornicationis periculum Apostolus  
 concecit nuptias... ita ob eandem fornicationem concecit  
 viduis secunda matrimonia.* Et postea clarius loquitur  
 cap. 7. dicens: *Non damno digamos, imo nec trigamos;  
 & si dici potest octogamos. Ego etiam libera voce pro-  
 clamo, non damnari in Ecclesia digamiam, imo nec tri-  
 gamiam, & ita licere quinto, & sexto, & ultra, quo-  
 modo & secundo marito nubere: sed quomodo non dam-  
 nantur iste nuptiæ: ita nec prædicantur; solatia mise-  
 riæ sunt, non laudes continentia.*

7 Similia tenet idem Doctor Maximus epist. 91. ad  
 Ageruchiam dicens: *Damnatus secunda matrimonia  
 minime; sed præna laudamus; abjicimus de Ecclesia  
 digamos? absit; sed monogamos ad continentiam pro-  
 vocamus.* Et ibidem Iepidam refert historiam, Romæ  
 sub Damaso Papa suo tempore omnibus notam, duo-  
 rum è plebe conjugum, quorum mulier antea viginti  
 duos sepelierat viros, maritus autem viginti uxores: un-  
 de

(a) Vid. Bibliographia critica Michaelis à Sancto Josepho tom. 2. verbo:  
*Hieronymus* pag. 414. columna. 1. in fine.

de magna erat admiratio gentis expectantis quis eorum  
 superviveret: sed tandem vir victor fuit, nam uxor  
 prius occubuit, in cujus funere retro feretrum sequeba-  
 tur polygamus senex; (avens forsitan totidem sepelire)  
 atque concludit Hieronymus his acutissimis verbis: *Quid  
 dicemus tali mulieri? nempe illud quod Samaritana: vi-  
 ginti duos habuisti maritos, & iste à quo sepeliris non  
 est tuus.* Ex hac historia, cujus synchronus erat Hiero-  
 nymus, & quam etiam referunt Cælius Rhodiginus  
 lib. 14. cap. 8. Majolus colloq. 3. Tiraquellus lib. de  
 legibus connub. & Boer. decis. 186. apud Gasparem  
 Schottum in physica curiosa lib. 3. *De mirabilibus homi-  
 num* cap. 32. §. 1. pag. 482. clare colligitur Ecclesiam  
 primis abhinc sæculis facultatem dedisse fidelibus plu-  
 rimes contrahendi, quod sane non permisisset, si poly-  
 gamiam succesivam credidisset illicitam.

8 Demum ipse Hieronymus in Commentariis super  
 caput primum epist. ad Titum, rejicit librum Tertul-  
 liani de Monogamia, tanquam hæreticum, quia in eo  
 damnantur secundæ nuptiæ; sed libros quos Sanctus  
 Hieronymus rejicit, Ecclesia quoque rejicit, ut cap.  
*Sancta Romana* dist. 15. Gelasius Papa tradit: ergo Ec-  
 clesia cum Divo Hieronymo admittit secundas nuptias.  
 Nec dici valet, Ecclesiam rejicere libros quos Hierony-  
 mus à numero sacrorum rejicit, hoc est non alios admit-  
 tere inter canonicos quam quos admittit Hieronymus;  
 de aliis vero non loqui. Falsa est enim ista responsio,  
 ut sapienter advertit Illustrissimus Melchior Canus lib.  
 2. de locis cap. 11. ad secundum dicens: „Probatum  
 „vero à Gelasio sententia Hieronymi non in Canone  
 „sanctarum Scripturarum constituendo, sed in his au-  
 „ctoribus condemnandis, quos Hieronymus zelo Dei,  
 „& fidei religione reprehendit;“ è quorum numero  
 proculdubio est liber ille Tertulliani de Monogamia,  
 editus postquam ejus Auctor in Montanistarum hæresim  
 incidit. Hæc ad vindicandum Doctorem Maximum à

Dal-

Dallei calumnia, paulo latius dicta sunt.

9. Non aliter loquitur Augustinus lib. de bono viduitatis cap. 12. num. 15. hisce verbis: „De tertius, & de quartis, & de ultra pluribus nuptiis solent homines movere questionem: unde ut breviter respondeam, nec ulla nuptias audeo damnare, nec eis verecundiam numerositatis auferre. qui enim sum qui putem definiendum quod nec Apostolum video definisse? ait enim: *Mulier alligata est quandiu vir ejus vivit*: non dixit primus, aut secundus, aut tertius, aut quartus; sed mulier, inquit, *alligata est quandiu vir ejus vivit*: si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est; cui vult nubat, tantum in Domino. Beatior autem erit si sic permanserit.“ Deinde mulierem septiviram à Sadducæis Christo propositam Matth. 22. vers. 25. & sequentibus, adducens in exemplum sic habet: „Sed nec ipsam, ut videmus, tot maritorum mulierem, ulla suæ sententiæ significatione damnavit. Quapropter nec contra humane verecundiæ sensum, audeo dicere, ut quoties voluerit, viris mortuis, nubat; femina; nec ex meo corde præter Scripturæ Sanctæ auctoritatem, quantaslibet nuptias audeo condemnare. Quod autem dico univiræ viduæ, hoc dico omni viduæ: beatior erit si sic permanserit.“ Hærenus S. Doctor, similia tenens lib. de agone Christiano cap. 31. num. 33. & hæresi 38.

10. Respondēbit forssasse aliquis, Patres à nobis supra laudatos esse tantum Latinos; cumque plurimum Sanctorum auctoritas, reliquis, licet paucioribus, reclamantibus, firma argumenta Theologo sufficere, & præstare non valeat, ut ipsissimis verbis docet sapientissimus Canus lib. 7. de locis cap. 3. conclusione 3. inde haud convincere illorum testimonia, quoniam Græci contrarium sentiunt. Sed perperam dicitur successivam polygamiam à Græcis Patribus reprobari. Hermas enim Pauli discipulus, ut creditur, Græcus est, licet diu

diu Romæ vixerit, & in libro qui Pastor inscribitur, part. 2. mandato 4. ait: Si vir, vel mulier decesserit, alterque conjugium inear, non peccat, quamvis melius agat in viduitate manendo. Nec officit Tertulliani responsio lib. de pudicit. cap. 10. dicentis hunc libram ab ipsis Catholicis reputari apocryphum; quoniam etsi à Canonicis excludatur, tamen & antiquissimus est, & à fidelibus olim magna veneratione habitus, & nisi ab hæreticis, hac saltem in re qua de agimus, numquam rejectus. Clemens Alexandrinus Græcus est, & lib. 3. Stromatum habet: *Secundis nuptiis, si uraris, inquit Apostolus, jungere matrimonio.* Basilus Græcus est, & epistola ad Amphilegium can. 41. fatetur mulierem in viduitate potestatem sui habere, ita ut si viro cohabitaret ab omni culpa libera sit, cum Apostolus dixerit: *Si mortuus fuerit vir ejus, libera est, ut nubat cui vult, tantum in Domino.* Epiphanius Græcus est, & hæresi 59. §. 3. de Novatianis inquit: *Si quis post baptismum secundam uxorem duxerit, ab illis non amplius admittitur; quod quidem plane stolidum est.* Et infra §. 4. Cui mortua una non sufficit. is si alteram uxorem duxerit, aut alteri viro mulier nuperit, sacerorum litterarum auctoritas ab omni culpa illos absolvit: neque ab Ecclesia, aut æterna vita rejicit, sed propter imbecillitatem tolerandos existimat. Quod repetit in expositione fidei §. 21.

11. Chrysostomus Græcus est, & homil. 19. in cap. 7. 1. ad Corinth. ait: *Secundum matrimonium concessit Apostolus, tantum dicens, in Domino. Quid est autem in Domino? cum temperantia, cum honestate, &c.* Atque homilia 20. Sic prosequitur: *Quid ad hos qui secundis copulantur nuptiis? Non id dico condemnans. Absit; quippe Apostolus permisit.* Gregorius Nazianzenus etiam Græcus est, & oratione 39. contra Novatianum sic calumum acuit: „Quorsum juvenibus viduis ineundi matrimonii potestatem non facis? at-

„qui

„ qui Paulus hoc facere minime dubitavit, cuius sci-  
 „ licet te magistrum profiteris, quasi ad quartum Cœ-  
 „ lum, aliumque paradissum perveneris. At inquis,  
 „ hoc minime post baptismum licet. Quo argumento id  
 „ confirmas? aut rem ita se habere proba, aut si id non  
 „ potes, non condemnes.“ Theodoretus Græcus est, &  
 „ pluribus in locis idem tenet. Nam in cap. 7. 1. ad Co-  
 „ rinth. & in cap. 5. 1. ad Timotheum; adversus Nova-  
 „ tum illa Pauli verba referens: *Volo ergo juniores viduas*  
 „ *nubere*, &c. postea sic acute concludit: *Paulo dicente*  
 „ *volo: Novatus illicit volo*. Theodorus tandem Studita  
 „ Græcus est, & epist. 50. apud Sirmondum ait: *Diga-*  
 „ *mia ergo permessa hanc dubie fuit à Sancto Apostolo,*  
 „ *& per ipsum à Christo.*

12 Eandem veritatem confirmarunt Œcumenica  
 Concilia, Summique Pontifices, ut Nicæna Synodus  
 can. 8. adversus Catharos statuens cum digamis esse  
 communicandum. Urbanus III. cap. *Super alla*. Inno-  
 centius III. cap. *Secundum Apostolum* in 4. decretalium  
 tit. 12. Innocentius IV. ad Episc. Tusulanum Sedis  
 Apostolicæ in Regno Cypri Legatum. Et demum Eu-  
 „ genius IV. in decreto pro Armenis, seu Jacobitis edi-  
 „ to in Concilio Florentino, ubi hæc verba tenet: „ Quo-  
 „ niam nonnullos asseritur quartas nuptias tamquam  
 „ condemnandas respuere; ne peccatum ubi non est,  
 „ esse putetur, cum secundum Apostolum, mortuo vi-  
 „ ro, mulier sit ab ejus lege soluta, & nubendi cui  
 „ vult in Domino habeat facultatem, nec distinguat,  
 „ mortuo primo, vel secundo, vel tertio: declaramus  
 „ non solum secundas, sed tertias, & quartas, atque  
 „ ultiores, si aliquod canonicum impedimentum non  
 „ obstat, licite contrahi posse. Commendatioris tamen  
 „ dicimus si ulterius à conjugio abstinentes, in castita-  
 „ te permanserint.“ Hæc ille. His accedunt Theologi  
 omnes cum Magistro Sentent. in 4. distinct. 42. §. seq-  
 „ timo, ut D. Bonaventura ibidem art. 3. quæst. 1. & seq-  
 „ D.

D. Thomas super ipsum Magistri locum q. 3. & in Sup-  
 „ plementis quæst. 66. aliique quos referre non est neces-  
 „ se. Necnon Interpretes Juris Canonici multis in locis.  
 „ Sicque Kemnitius manifeste convincitur falsitatis dum  
 „ impudenter asserit Catholicos damnare secundas nuptias.

13 Verum, ut secunda, ac ultiores nuptiæ licite  
 „ sint, constare debet solutio prioris vinculi per mortem  
 „ alterius conjugis: & licet olim juxta veterem Roma-  
 „ norum Jurisprudentiam, lege *Uxor*. 6. ff. de divortiis,  
 „ & repudiis lib. 24. tit. 1. permissum fuerit mulieri, quæ  
 „ à quinquennio nihil de viro suo audierat, alteri nobe-  
 „ re; illam tamen legem abrogavit Justinianus, prohibuit-  
 „ que contrahi matrimonium sine certa notitia obitus con-  
 „ jugis. Quod etiam prohibet Jus Canonicum cap. *In pre-*  
 „ *sentia* 19. de sponsalibus, & matrim. ubi Clemens III.  
 „ inquit: „ Consultationi tuæ taliter respondemus, quod  
 „ „ quantocumque annorum numero ita remaneant, vi-  
 „ „ ventibus viris suis, non possunt ad alienum consor-  
 „ „ tium canonicè convolare, nec permittas auctoritate  
 „ „ Ecclesiæ contrahere, donec certum nuncium recipiant  
 „ „ de morte virorum.“ Nec sufficit sola fama, seu ve-  
 „ risimilitudo, aut probabilitas moralis de morte ipsius  
 „ conjugis longe absentis; sed requiritur certitudo pro-  
 „ veniens à duobus testibus de visu, vel saltem ab uno  
 „ de visu, & aliis de auditu, ac de publica voce, &  
 „ fama; sive à regesto authentico seu libro in quo mor-  
 „ tuorum nomina, & cognomina exprimuntur, sive à  
 „ Parocho sub quo moriuntur, sive à duce belli sub quo  
 „ militant, ut fuse docent Theologi, & Canonistæ (a).  
 „ Qui etiam tenent validum esse, non vero licitum secun-  
 „ dum matrimonium contractum sine sufficienti proba-  
 „ tione mortis prioris conjugis, dummodo ipse mortuus  
 „ fuerit.

Tom. II.

Tt

Si

(a) Vid. Reinoussuel tom. 4. in 4. decret. tit. 21. de secundis nuptiis  
 quæst. 2. num. 7. pag. mihi 120. Salmanticenses morales, & alii passim.

14 Si autem factis probationibus super morte prioris conjugis, uxor secundo nubat, & ille sit adhuc superstes, debet ei adherere relicto posteriori, ut habetur in cap. *Virgo* 34. quæst. 2. cap. *Cum per bellicam* quæst. 1. & cap. *Dominus* de secundis nuptiis ubi sic legitur: *Si post hoc de prioris conjugis vita constiterit, relicto adulterinis amplexibus, ad priorem conjugem revertatur.* Filii tamen ex secundo geniti legitimi reputantur, si ambo parentes bona fide processerint, ut ait S. Raymundus Pegnafortius lib. 4. fol. 533. & utriusque juris periti; non autem si secundo matrimonio bona fide contracto, & requisitis circumstantiis, inciperet deficere moralis illa certitudo de morte prioris, & nihilominus aliquis eorum peteret debitum conjugale, quia tunc illud tantum solvi potest, non vero peti, dummodo non cessent conjecturæ, ex quibus illud oritur dubium, ut declaravit Lucius III. cap. *Dominus* de secundis nuptiis, & Innocentius III. cap. *Inquisitioni* de Sentent. excomun. Si vero graviores sint conjecturæ, ad moralem certitudinem de vita prioris conjugis perducentes, jam non licebit reddere debitum. Quod enim in moralibus moraliter certum est, pro vero haberi debet, ut constat ex cap. *Inquisitioni* supra citato (a).

15 Contra successivam polygamiam, à nobis tamquam licitam propugnatam, plura obijci possunt (b). Præcipua breviter proponemus, ac dissolvemus: Basilii supra laudatus epist. Synodica ad Amphilogium can. 4. tertias nuptias appellavit castigatam fornicationem, & can. 50. & 80. dixit Patres hanc polygamiam silentio prætermittere ut belluam, prorsusque ab hominum genere alienam, quam ipse judicat peccatum fornicatione majus. Nazianz. orat. 31. vehementius in eam insurgit his verbis: *Primum conjugium lex est, secundum in-*

(a) Vid. Pontas, tom. 1. verbo *Debit. Conjugul.* cas. 47. (b) Vid. Selvag. lib. 3. antiquit. Christian. cap. 15. §. 4. Berol. Ruprecht, alii.

*indulgentia, tertium iniquitas, quod vero hunc numerum excedit porcina vita est.* Quid igitur dicturum putamus Sanctum Doctorem, si ad ejus notitiam pervenisset historia supra relata de duobus illis, quorum singuli plusquam vigesies conjuncti fuerant? Certe quidem de utroque fortassis eloquenter exposuisset versum 15. & 16. cap. 30. Proverbiorum. Insuper Auctor constitutionum Apostolicarum lib. 3. cap. 2. istam polygamiam vocat indicium intemperantiae. Concilium Neo-caesariense apud Magistrum Sentent. in 4. dist. 42. §. ultimo innuere videtur esse peccatum. Et ideo Concilium Tolentanum 13. anno 683. in Hispania celebratum, eam non permittebat. Olim etiam qui secundas nuptias contrahebant Sacerdotis benedictione, & eleemosynis Ecclesiae privabantur, nec modo benedicuntur digami, & irregulares fiunt.

16 Præterea Basilii Macedo Imperator apud Græcos sæculo nono, tertias nuptias illicitas, quartas nullas, & irritas declaravit, ut habetur in ejus Novella, quæ incipit: *Non licere ad quartas nuptias transire.* Leo Imperator dictus sapiens, Basilii filius, constitutionem edidit in jure orientali 91. in qua statuit ad tertias nuptias convolantes poenis Ecclesiasticis subjici; quo non obstante, ipse tertia uxore defuncta, quartam accepit, ut refert Cardinalis Baronius ad annum 901. Jus Civile variis poenis plecit viduas ad secundum matrimonium festinantes ante annum obitus prioris conjugis. Tandem Philosophi, atque Poëtæ solo naturali lumine ducti reprobata nuptias reprobarunt: unde illud Senecæ in proverbii: *Habent locum maledicti crebrae nuptiae.* Et Martialis lib. 6. v. 23. de Thelesina: *Quæ nubit toties, non nubit: adultera lege est.* Quare Virgilius lib. 4. *Aeneidos*, v. 28. & seq. in Didonis laudem ei hæc verba tribuit: *Ille meos, primus qui me sibi junxit, amores Abstulit: ille habeat secum, servetque sepulcro.*

Nunc quoque ipsum vulgus secundas nuptias quadam

admiratione prosequitur, atque in oppidis præsertim, & pagis, ubi antiqui mores diu perseverant, juvenes & pueri crepitacula pulsant, & in voce tubæ cornæ, sibilis, aliisque miris modis digamos irridendos omnibus exhibent; igitur polygamia successiva non videtur esse licita (a).

17 Sed quæ sunt hæc omnia, respectu eorum quæ pro affirmante parte produximus? Levissima quidem, parvique momenti. Basilius enim, & Nazianzenus, ut vidimus, non damnant secundas nuptias; si autem de fertis, & aliis male sentire videntur, intelligi possunt de contrahentibus, qui estrnata libidine, vel aliquo crimine moti, ad tot nuptias currunt; non vero de ipsis in se consideratis. Sic etiam respondet Magister Sententiarum ad auctoritatem Synodi Neo-cæsariensis, dicens intelligi de illo, qui primæ uxori insidiatus putatur desiderio secundæ; vel pro signaculo Sacramenti illud dicitur, quod in digamo non servatur. Idque docent etiam D. Thomas, D. Bonaventura & alii. Si quondam denegata est digamis benedictio Sacerdotis, cum hæc juxta probabilissimam multorum opinionem sit forma Sacramenti matrimonii, illæ nuptiæ solum fuere validæ in ratione contractus, sicut matrimonia clandestina ante Concilium Tridentinum, quamvis non essent illicitæ, sicut ista. Benedictio quæ non adhibetur secundis nuptiis, est illa inclusa in speciali Missa pro sponso, & sponsa; & iustis de causis non repetitur, ut ait sapientissimus Pontifex Benedictus XIV. const. 80. & lib. 8. de Synodo Diocesana cap. 13. num. 7. (b) Penæ insuper à Jure Civili viduis impostæ, vel sublatae sunt in Jure Canonico, vel unice tendunt in favorem filiorum prioris conjugii, ut videtur potest apud Lucium Ferraris tom. 5. verbo *Nuptiæ* in

(a) Vid. Ludovici Vives lib. 3. de femina Christiana in fine, tom. 2. pag. 753. edit. Basilicæ anno 1555. (b) Vid. Bert. tom. 4. lib. 37. cap. 10. in Schol. pag. 330. columna 2.

in fine additionis pag. 236. Hinc vidua gravidæ nubere nequeant ante partum, ut fise probat Amortius tom. 3. in fine pag. 53. ubi octo adducit momenta scitu dignissima. Reliqua tandem ex Philosophis, Poëtis &c. solum probant repetitas nuptias apud Gentiles fieri solitas, repudiata prima uxore, cordatioribus semper displicuisse, & monogamiam fuisse ab omnibus commendatam, quod nos minime denegamus; non enim intendimus panegyricum texere in laudem polygamie successive, sed tantum ostendere ipsam recto sine, ac circumstantiis esse licitam. Quod, ni fallor, satis probatum manet. Cumque in hac quæstione nec inutili, nec injucunda plurimum immorati simus, licet alia dicenda supersint, finem secundæ parti orationis imponimus.

18 Ad ultimam igitur deveniamus, in qua probanda est hæc conclusio: *Vinculum matrimonii non dissolvitur per adulterium.* Quæstionem istam obscurissimam, ac difficillimam esse fatetur oculatissimus Augustinus lib. de fide, & operibus cap. 19. licet enim ipse cum Hieronymo, & plerisque aliis Patribus teneat matrimonii vinculum sola conjugis morte dissolvi; quidam tamen alii non ita firmum nuptiarum nexum dixerunt, quin causa adulterii rumpetur. Nec major posteriori ætate Scriptorum concordia fuit; nam Græci matrimonium propter fornicationem dissolvunt. Ex Latinis Erasmus, Cajetanus, Catharinus, & quidam alii opinabantur nec ex Sacris literis, nec ex traditione certo constare nuptias non dissolvi per adulterium. Lutherus longe audacior, non propter fornicationem tantum, sed & aliis multis de causis matrimonium consummatum, etiam quantum ad vinculum disjungi posse asseruit: eademque, saltem in casu fornicationis, Calvini, Melancthonis aliorumque recentiorum doctrina fuit (a).

Ca-

(a) Vid. Bellarm. tom. 2. lib. de Matr. cap. 15. Tournely de matr. q. 6. art. 2. Rupprecht. tom. 2. lib. 4. tit. de sponsalib. §. 2. num. 28. & seq.

19 Catholicis vero cum Tridentino merito tenent oppositum; quoniam in Scriptura, Luca 16. vers. 18. hæc Christi verba leguntur: *Omnis qui dimittit uxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur.* Similiter Matth. 5. vers. 32. & Marci 10. vers. 11. ac sequentibus. Apostolus quoque ad Roman. 7. clarissime dicit viros mœchari, & feminas adulteras esse, si alius jungantur, nisi post mortem alterius; quibus attendens Augustinus lib. 1. de adulterinis conjugis cap. 8. sic eleganter scribit: „Hæc verba Apostoli toties inculcata, vera sunt, viva sunt, sana sunt, plana sunt: nullius viri posterioris mulier uxor esse incipit, nisi prioris esse desiverit: esse autem desinit uxor prioris, si moriatur vir ejus, non si fornicetur: licite itaque dimittitur conjux ob causam fornicationis; sed nec carebit illo vinculo, etiamsi nunquam reconcilletur viro, carebit autem, si mortuus fuerit vir ejus.

20 In eandem sententiam veniunt antiqui Ecclesie Patres, tum Græci, tum Latini, quorum nonnullos laudare sufficiat, missis brevitatibus ergo ipsorum verbis apud Auctores videndis. Græcorum itaque agmen ducit Hermas Pauli discipulus, & cui sub finem epistolæ ad Romanos salutem dicit Apostolus, ut tradunt Origenes, Eusebius, atque Hieronymus. Ille igitur Præceptoris sui vestigia sequens lib. 2. *Pastoris* cap. 4. *de dimittenda adultera*, aperte ait mœchari quemcumque conjugem si aliam duxerit, etiam fornicationis causa. Eodem modo loquuntur Justinus, & Athenagoras in Apolog. Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum, Basilus Magnus in Regula Morali 73. cap. 2. Chrysostomus homilia 17. in Matthæum, & alii. Ex Latinis Tertullianus lib. de Monogamia cap. 10. & lib. 4. adversus Marcionem cap. 34. quidquid dicat Erasmus, ut scite advertit Pamelius. Hieronymus sæpe, præsertim epist. ad Oceanum 84. alias 30. in epitaphio Fabiola, & epist.

epist. 147. ad Amandum Presbyterum. Ambrosius in cap. 16. Luca. Augustinus cum pluribus aliis in locis, tum præcipue in bino de adulterinis conjugis libro ad Pollentium, ubi rem ex professo ita agit, ait Coteletrius, ut ad idem sentiendum omnes propemodum Latinos doctores, antiquos, ac recentiores adduxerit.

21 Tandem, ne nimis distindar, Concilium Tridentinum post Eliberitanum, Milevitanum, Anglicanum, & Florentinum; post Innocentium I. Alexandrum III. & Innocentium III. post Patres innumeros, & Theologos fere omnes, hanc celeberrimam controversiam definivit sess. 24. can. 7. hisce verbis: „Si quis dixerit Ecclesiam errare, cum docuit & docet, juxta Evangelicam & Apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius conjugum, matrimonii vinculum non posse dissolvi, & utrumque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse altero conjuge vivente, aliud matrimonium contrahere; mœcharique eum qui dimissa adultera, aliam duxerit, & eam quæ dimisso adultero, alii nupserit: Anathema sit.

22 Quocirca toto Cœlo aberrat Launojus existimans Canonem hunc ad meram pertinere disciplinam. Quem recte impugnat Tournely. Primo quia hæc Tridentini verba: *Docuit & docet, juxta Evangelicam & Apostolicam doctrinam*, non rem disciplinæ, sed doctrinæ manifeste significant. Secundo, quia error proprie adversatur veritati, seu dogmati, sicut abusus disciplinæ: dum igitur Canon definit non errare Ecclesiam cum docet &c. evidenter declarat questionem hic esse de veritate doctrinæ, seu dogmatis. Tertio, quia res disciplinæ, pro temporum, locorum, & personarum varietate mutari possunt, si ab Ecclesia expedire putantur; ut patet in usu calicis, qui olim laicis concessus erat, & postea sublatus est, missis aliis hujusmodi bene multis: posset igitur Ecclesia uno tempore per-



permittere conjugale vinculum solvi propter causam adulterii, & licentiam ad alias nuptias concedere; alio vero tempore id non concedere. Quis autem dicit id Ecclesiam posse quod ipsa clare fatetur Evangelicæ, & Apostolicæ doctrinæ adversari? Quarto denique, quia Canon ille Tridentini Lutheranos, & Calvinistas ferit; at isti contra veram doctrinam matrimonii peccabant, non contra solam disciplinam: igitur Canon non ad disciplinam, sed ad doctrinam spectat.

23 Ad majorem hujus intricatissimæ quæstionis discussionem consulti possunt Scripturæ Interpretes, maxime in 19. Matthæi caput, ut Lyranus, Abulensis, Maldonatus, Jansenius, à Lapide, Tirinus, Barradas, Menochius, Calmetus, alii; Theologi, in 4. Sentent. dist. 35. ut D. Thomas, S. Bonaventura, Scotus, Sotus, Estius, alique sexcenti; & Canonistæ in 4. Decretal. cap. *Ex parte*, extra, de sponsalib. & matrimon. & cap. *Gaudemus*, de divort. ut Telles, Reinffestuel, Van-Espen, Berardi, &c. Videantur etiam Sixtus Senensis in Bibliotheca Sancta tom. 2. lib. 6. annot. 81. pag. 779. & nota Thomæ Milante ibid. pag. 782. Bellarminus, Fransenius, Clericatus, Tournely, Serry, Ledruin, Bouclet, Gotti, Berti, alique innumeri, quorum nonnullos in indice sequenti, suo loco laudabimus.

## INDEX CONCLUSIONUM

quæ ex singulis fere paragraphis secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini possunt deduci, explicari, probari, defendi; citatis nonnullis Auctoribus consulendis.

Caput primum de Sacramentis in genere habet 32. paragraphos.

Ex §. 1. ad 78.

## PRIMA CONCLUSIO.

Parochi debent sæpe docere fideles doctrinam Sacramentorum. Videantur Auctores citati in conclusione principi Catalogi primæ partis.

II. Conclusio: In administratione Sacramentorum nequit sequi opinio minus probabilis, relicta tutiori. Vid. Auctores in primam thesim damnatam ab Innocentio XI. Madalena tom. 2. tyrociniæ moralis pag. 242. Concina, & plures alii.

III. Sacramenti nomen nec recens est, nec ullo modo rejiciendum. Videatur quod de hac aliisque similibus vrbibus afferunt D. Bonaventura in 1. dist. 26. dub. 1. Theophil. Raynaud. tom. 11. erot. 20. pag. 243. Lambertini tom. 2. de Beatificat. Sanct. lib. 2. cap. 28. n. 7. Berti tom. 3. lib. 30. cap. 1. prop. 1. in fine, pag. 169.

IV. Sacramentum recte ponitur in genere signi. Vid. D. Thomas 3. part. quæst. 60. art. 1. alique apud Castel. in 4. dist. 1. q. 1. Salmanticenses Scholastici tom. 11. tract. 22. disput. 1. dub. 1. §. 2. num. 5. pag. 10. & Tom. II. Vv seq.

permittere conjugale vinculum solvi propter causam adulterii, & licentiam ad alias nuptias concedere; alio vero tempore id non concedere. Quis autem dicit id Ecclesiam posse quod ipsa clare fatetur Evangelicæ, & Apostolicæ doctrinæ adversari? Quarto denique, quia Canon ille Tridentini Lutheranos, & Calvinistas ferit; at isti contra veram doctrinam matrimonii peccabant, non contra solam disciplinam: igitur Canon non ad disciplinam, sed ad doctrinam spectat.

23 Ad majorem hujus intricatissimæ quæstionis discussionem consulti possunt Scripturæ Interpretes, maxime in 19. Matthæi caput, ut Lyranus, Abulensis, Maldonatus, Jansenius, à Lapide, Tirinus, Barradas, Menochius, Calmetus, alii; Theologi, in 4. Sentent. dist. 35. ut D. Thomas, S. Bonaventura, Scotus, Sotus, Estius, alique sexcenti; & Canonistæ in 4. Decretal. cap. *Ex parte*, extra, de sponsalib. & matrimon. & cap. *Gaudemus*, de divort. ut Telles, Reinffestuel, Van-Espen, Berardi, &c. Videantur etiam Sixtus Senensis in Bibliotheca Sancta tom. 2. lib. 6. annot. 81. pag. 779. & nota Thomæ Milante ibid. pag. 782. Bellarminus, Fransenius, Clericatus, Tournely, Serry, Ledruin, Bouclet, Gotti, Berti, alique innumeri, quorum nonnullos in indice sequenti, suo loco laudabimus.

## INDEX CONCLUSIONUM

quæ ex singulis fere paragraphis secundæ partis Catechismi Concilii Tridentini possunt deduci, explicari, probari, defendi; citatis nonnullis Auctoribus consulendis.

Caput primum de Sacramentis in genere habet 32. paragraphos.

Ex §. 1. ad 78.

## PRIMA CONCLUSIO.

Parochi debent sæpe docere fideles doctrinam Sacramentorum. Videantur Auctores citati in conclusione principi Catalogi primæ partis.

II. Conclusio: In administratione Sacramentorum nequit sequi opinio minus probabilis, relicta tutiori. Vid. Auctores in primam thesim damnatam ab Innocentio XI. Madalena tom. 2. tyrociniæ moralis pag. 242. Concina, & plures alii.

III. Sacramenti nomen nec recens est, nec ullo modo rejiciendum. Videatur quod de hac aliisque similibus vrbibus afferunt D. Bonaventura in 1. dist. 26. dub. 1. Theophil. Raynaud. tom. 11. erot. 20. pag. 243. Lambertini tom. 2. de Beatificat. Sanct. lib. 2. cap. 28. n. 7. Berti tom. 3. lib. 30. cap. 1. prop. 1. in fine, pag. 169.

IV. Sacramentum recte ponitur in genere signi. Vid. D. Thomas 3. part. quæst. 60. art. 1. alique apud Castel. in 4. dist. 1. q. 1. Salmanticenses Scholastici tom. 11. tract. 22. disput. 1. dub. 1. §. 2. num. 5. pag. 10. & Tom. II. Vv seq.

seq. & ex recentioribus Gotti tom. 3. in fol. tract. 4. q. 1. dub. 1. Concina tom. 8. dissert. 1. cap. 2. & innumeris alii.

V. Sacramentum recte definitur: *Signum rei sacræ sanctificantis nos*. Vid. D. Thomas 3. p. q. 60. art. 1. Salmanticenses Scholastici tom. 11. tract. 22. disput. 1. dub. 3. §. 1. num. 53. pag. 37. Boucat tom. 6. part. 1. dissert. unic. art. 2. pag. 21. & alii passim.

VI. Sacramenta veteris, ac novæ legis conveniunt univoce in ratione Sacramenti. Vid. Salmanticenses Scholastici tom. 11. tract. 22. disput. 1. dub. 4. §. 1. n. 67. pag. 45. Perrimezzi tomo, seu part. 6. pag. 15. Oppositum tenent Amort tom. 2. disput. 1. q. 5. pag. 20. Madalena tom. 2. Tyrocinii moralis pag. 27. & alii.

VII. Sacramenta nedum signa sunt, sed etiam causæ gratiæ. Vid. Gotti tom. 3. tract. 4. q. 4. dub. 1. Madalena tom. 2. pag. 31. num. 75. Sayrus, & alii.

VIII. Circumcisio non solum data est ad distinguendum populum Judaicum à Gentili, sed etiam ad delendum peccatum originale. Vid. Gotti tom. 3. tract. 4. q. 4. dub. 5. §. 2. & seq. Berti tom. 3. lib. 30. cap. 3. prop. 3. pag. 177. Calmet tom. 2. dissert. de effectibus circumcissionis pag. 149. Contrarium opinatur doctissimus Ledruin tom. 1. de re Sacramentaria lib. 2. q. 5. cap. 2. §. 1. & sequent.

IX. Circumcisio gratiam conferebat. Vid. Gotti supra cit. §. 4. n. 8. Berti lib. 30. cap. 19. in fine pag. 234. contra Ledruinum ibid. §. 4.

X. Sacramentum semper esse debet aliquid sensibile. Vid. D. Thomas 3. part. q. 60. art. 4.

Ex §. q. ad 14.

I. Conclusio: In statu innocentie non fuissent Sacramenta. Vid. D. Thomas 3. p. q. 61. art. 2. ejusque Interpretes ibidem. Ferrer in epitome tom. 4. tract. 6. disp. 1. dub. ultimo pag. 260. & alii.

II.

II. Licet in nullo statu fuerit simpliciter necessarium institui Sacramenta, fuit tamen valde conveniens post Adæ lapsum; sicque jam fuerunt in statu legis naturæ. Vid. D. Thomas 3. p. q. 61. art. 1. aliique apud Castel in 4. dist. 1. q. 2. Salmanticenses Scholastici tom. 11. pag. 148. Gotti tom. 2. tract. 4. q. 1. dub. 3. Concina tom. 8. dissert. unica cap. 3. num. 5. Berti tom. 3. lib. 30. cap. 2. circa medium, pag. 173.

III. In lege Mosaica fuerunt vera, & propria Sacramenta. Vid. D. Thomas 3. part. q. 61. art. 3. & alii quos citat Castel in 4. dist. 1. q. 4. Salmanticenses Scholastici tom. 11. tract. 22. disp. 3. dub. 4. §. 1. & 2. pag. 162. & plurimi recentiores.

IV. Conveniens fuit institui Sacramenta in nova lege. Vid. D. Thom. 3. part. q. 61. art. 4. Ferrer tom. 4. pag. 260. Marchantius in horto Past. pag. 365. Ledruin tom. 1. de re Sacramentaria lib. 1. q. 3. cap. 1.

V. De ratione Sacramenti est significare gratiam non legalem tantum, sed vere sanctificantem animam. Vid. Serra in 3. part. D. Thom. q. 60. art. 2. pag. 11. Sayrus, Salmanticenses Scholastici, & alii.

VI. Sacramenta novæ legis non unum tantum, sed plura significant. Vid. D. Thomas 3. part. q. 60. art. 3. Serra ibidem, & alii passim.

VII. Sacramenta novæ legis sunt causa nedum moralis, sed etiam physica gratiæ. Vid. D. Thomas 3. p. q. 62. art. 1. aliique quos citat Castel in 4. dist. 1. q. 6. Gonet tom. 5. disp. 3. art. 2. Salmanticen. Scholastici tom. 11. tract. 22. disput. 4. dub. 4. §. 1. num. 51. pag. 224. Boucat tom. 6. part. 1. dissert. unica art. 5. sect. 3. cap. 2. pag. 83. Madalena tom. 2. tract. 1. quæst. 2. art. 2. pag. 34. n. 80. Gotti tom. 3. tract. 4. q. 4. dub. 3. Billuart tom. 3. part. 2. tract. de Sacram. in communi diss. 3. art. 2. Ferrer tom. 4. tract. 6. disp. 2. dub. 1. pag. 266. Ledruin tom. 1. lib. 1. q. 4. cap. 2. pag. 41. Concina tom. 8. pag. mihi 30. aliique pene in-

Vv 2

nu-

numeris, contra plurimos alios extra D. Thomæ Scholam. Hæc conclusio etiam clare deducitur ex §. 27. hujus capituli Carechismi, & ad plures alios potest extendi.

VIII. Sacramenta legis veteris, excepta circumcissione, solum moraliter, & ex opere operantis gratiam conferebant. Vid. D. Thomas 3. p. q. 62. art. 6. Gotti, & alii supra citati.

IX. Sacramenta novæ legis vere gratiam conferunt ex opere operato. Vid. Salmant. Scholast. tom. 11. tract. 22. disput. 4. dub. 1. §. 2. pag. 197. Boucat art. 5. sect. 3. cap. 1. pag. 74. Gotti tract. 4. dub. 2. Concina tom. 8. diss. unica cap. 8. num. 7. Billuart tom. 3. tract. de Sacramentis dissert. 3. art. 1. Ledruin tom. 1. lib. 1. quæst. 4. cap. 1. §. 1. Berti tom. 3. lib. 30. cap. 19. Chignoli part. 3. tom. 7. prop. 4. pag. 15.

X. Sacramenta novæ legis, dignitate, ac excellentia, vetera Sacramenta longissime superant. Vid. Gotti q. 1. dub. 2. Concina, Berti, & alii.

Ex §. 15. ad 22.

I. Conclusio: In omnibus Sacramentis novæ legis reperitur aliquid gerens munus materiæ, & aliquid gerens munus formæ. Vid. D. Thomas 3. p. q. 60. art. 5. & 6. alique apud Castel in 4. dist. 1. q. 3. Madalena tom. 2. pag. 11. num. 32. Gotti tom. 3. tract. 4. q. 2. dub. 1. §. 2. n. 5. Serry tom. 4. tract. de Sacram. prælect. 2. pag. 155.

II. Probabilius est Christum determinasse omnes materias & formas Sacramentorum in specie atoma. Vid. Juenia dissert. 1. cap. 3. concl. 3. pag. 21. Ferrer tom. 4. tract. 6. disp. 1. dub. 3. pag. 250. Amort in Theolog. Eclectica tom. 2. disp. 2. q. 2. pag. 33. Concina tom. 8. lib. 1. cap. 4. num. 10. pag. 13. Collet in continuatio-  
ne Tournelii tom. 4. cap. 2. punct. 2. pag. 147. Contrarium etiam probabile judicamus cum Gotti tom. 3. tract. 4. q. 2. dub. 2. §. 2. num. 7. & aliis.

III.

III. Forma Sacramentorum non est verbum promissorium, neque concionatorium, sed consecratorium. Vid. Serry tom. 4. tract. de Sacram. prælect. 3. pag. 162. Boucat tom. 6. part. 1. art. 3. sect. 2. pag. 39. Gotti loc. supra cit. dub. 3. Concina ibid. num. 13. pag. 14. Cuniliati tom. 2. tract. 13. cap. 1. §. 2. Berti tom. 3. lib. 30. cap. 11. pag. 197. & alii.

IV. Dum substantialiter corrumpitur forma Sacramentorum, nullum efficitur Sacramentum. Vid. Gotti tract. 4. quæst. 2. dub. 2. §. 1. Berti lib. 30. cap. 12. pag. 200.

V. Ecclesia potuit ritus, & caeremonias in solemnibus Sacramentorum administratione præscribere, ac re vera juste præscripsit. Vid. Gotti tom. 3. tract. 4. quæst. 9. dub. 1. §. 1. Concina tom. 8. lib. 1. cap. 14. pag. 64. Berti lib. 30. cap. 23. pag. 241.

VI. Inter alios Ecclesie ritus hic sapienter est institutus, ut in Ecclesia Latina, latino idioma Sacramenta solemniter administrantur. Vid. Gotti quæst. 9. dub. 1. §. 3. num. 7.

VII. Nemo potest absque peccato ritus ab Ecclesia constitutos immutare, aliosque inducere. Gotti ibid. dub. 2. §. 1.

VIII. Septem tantum sunt Sacramenta novæ legis. Vid. D. Thomas 3. p. q. 65. art. 1. alique apud Castel in 4. dist. 2. q. 4. Salmanticensis Scholastici tom. 1. disput. 9. dub. 1. §. 1. pag. 426. Boucat tom. 6. part. 1. dissert. unica art. ultim. sect. 4. punct. 1. pag. 197. Ledruin tom. 1. lib. 1. q. 3. cap. 2. §. 1. Concina tom. 8. lib. 1. cap. 7. pag. 20. Gotti tom. 3. tract. 4. q. 3. dub. 1. §. 2. Berti tom. 3. lib. 30. cap. 5. pag. 184. Tournely, Colletus, Chignoli, & alii.

IX. Licet omnia Sacramenta sint in Ecclesia necessaria, non tamen singulis Christi fidelibus. Vid. D. Thomas 3. part. quæst. 65. art. 4. Berti lib. 30. cap. 7. pag. 191.

X

X. Sacramenta Ecclesie non sunt æqualis dignitatis, ac necessitatis. Vid. Gotti tom. 3. tract. 4. q. 3. dub. 2. §. 2. Chignoli prop. 3. pag. 12.

Ex §. 23. ad 32.

I. Conclusio: Solus Christus est auctor immediatus Sacramentorum novæ legis. Vid. Salmanticenses Scholastici tom. 11. tract. 22. disput. 6. dub. 1. §. 1. pag. 334. Ferrer tom. 4. pag. 286. Gotti tom. 3. tract. 4. quæst. 6. dub. unico. §. 2. num. 5. Ledruin tom. 1. lib. 1. q. 6. §. 1. conclus. 4. Berti tom. 3. lib. 30. cap. 8. pag. 192. aliique apud Castel in 4. dist. 2. q. 1.

II. Etsi Christus Dominus omnia novæ legis Sacramenta instituerit, poterat tamen eorum institutionem committere cuilibet homini. Vid. D. Thom. 3. part. q. 64. art. 2. & 3. aliique apud Castellum in 4. dist. 2. q. 2.

III. Ordinarii Sacramentorum Ministri sunt soli homines viatores, extraordinarii vero possunt esse Angeli, & animæ justorum & corpore separata. Vid. D. Thomas 3. part. quæst. 64. art. 4. & 7. Clericatus dec. 13. de Ordine num. 19. & seqq. Gotti tom. 3. tract. 4. q. 7. dub. 1. Ledruin tom. 1. lib. 1. q. 7. cap. 1. §. 1. Berti tom. 3. lib. 30. cap. 13. pag. 203.

IV. Nedom laici, sed etiam feminae possunt ministrare aliquod Sacramentum. Vid. Auctores supra cit.

V. Ad valorem Sacramentorum requiritur in Ministro intentio faciendi non solum ritum externum, sed etiam Sacramentum. Vid. D. Thomas 3. part. quæst. 64. art. 8. Boucat tom. 6. part. 1. dissert. unic. art. 6. sect. 2. cap. 2. Billuart. tom. 3. dissert. 5. art. 7. §. 2. pag. mihi 180. Ferrer tom. 4. tract. 6. disp. ultim. dub. 2. pag. 291. Berti lib. 30. cap. 16. pag. 211. Collet tom. 4. tract. de Sacramentis cap. 2. sect. 2. punct. 3. concl. 3. pag. 88. Hennis, Concina, Gotti, & alii, contra Consonum, Juenninum, Serrium, Ledruinum, & alios præsertim Gallos.

VI.

VI. Ad valide administranda Sacramenta non requiritur fides, neque status gratia. Vid. Ferrer tom. 4. pag. 301. Boucat tom. 6. part. 1. dissert. unic. art. 6. sect. 2. cap. 2. punct. 5. pag. 168. Gotti tom. 3. tract. 4. q. 7. dub. 5. & 6. ac tract. 5. de baptismo. q. 4. dub. 3. ubi fuse agit de Cypriano, & aliis. Ledruin tom. 1. lib. 1. q. 7. cap. 2. sect. 1. §. 1. & seq. à pag. mihi 67. & sect. 2. §. 1. seq. pag. 91. contra Donatistas. Berti, & alii.

VII. Qui Sacramentum administrat in peccato mortali, lethalliter peccat, nisi sit in casu necessitatis recipiendi baptismum. Vid. Ferrer tom. 4. pag. 305. Gotti tom. 3. tract. 4. q. 7. dub. 7. Berti tom. 3. lib. 30. cap. 14. prop. 2. pag. 209. aliique sexcenti.

VIII. Administrans Eucharistiam, vel exercens Subdiaconatus officium in statu peccati mortalis, lethalliter peccat. Vid. Berti ubi supra pag. 210. Ferraris in Bibliotheca verbo *Minister*, & alii.

IX. Sacramenta novæ legis sunt causa nedum moralis, sed etiam physica gratia. Vid. supra concl. 7. ex §. 9. ad 14.

X. Gratia Sacramentalis aliquid addit super gratiam virtutum, ac donorum. Vid. D. Thomas 3. part. q. 62. art. 2. Salmanticenses, & alii.

XI. Sacramenta legis veteris non conferebant gratiam ex opere operato. Vid. D. Thomas 3. p. quæst. 62. art. 6. Sorus in 4. dist. 1. q. 3. art. 2. & alii.

XII. Tria novæ legis Sacramenta imprimunt characterem, & iterari non possunt; nempe Baptismus, Confirmatio, & Ordo. Vid. D. Thomas 3. part. quæst. 63. art. 6. Gotti tom. 3. tract. 4. quæst. 5. dub. 1. & sequentibus. Chignoli prop. 5. pag. 21. & plurimi alii.

Ca-

Caput secundum de Sacramento Baptismi  
habet 76. paragraphos.

Ex §. 1. ad 11.

I. Conclusio: Parochi debent frequenter instruere populum doctrina Sacramenti Baptismatis. Vid. Marchantius in horto Pastorum, Seheri, Canterus, & alii citati in prima concl. Indicis primæ partis.

II. Cum Baptismus representet mortem, sepulturam, & resurrectionem Christi; & uberrimam Spiritus Sancti gratiam conferat, rectissime olim Sabbato Paschæ, ac Pentecostes administrabatur. Vid. Cabasutius in notitia hist. Ecclesiastica dissert. 4. pag. 29. & alii.

III. Baptismi nomen proprie ablutionem significat, etsi transitive designet etiam alia. Vid. D. Thomas 3. part. quæst. 66. art. 1. aliique apud Castel in 4. dist. 3. q. 1. & plurimi recentiores.

IV. Baptismi Sacramentum rectissime multis nominibus insignitur. Vid. Ledruin tom. 1. lib. 2. q. 1. §. 1. Berti tom. 3. lib. 31. cap. 1. pag. 249. Solvagus lib. 3. antiqui. Christ. cap. 1. §. 1. & alii.

V. Baptismus sic optime definitur à Catechismo: *Sacramentum regenerationis per aquam in verbo.* Vid. Ferrer tom. 4. tract. 7. disput. 1. dub. 1. pag. 316. num. 647. Juenin dissert. 2. q. 2. pag. 105.

VI. Materia remota Sacramenti Baptismatis est sola aqua naturalis sive maris sit, sive fluminis, sive aliunde. Vid. D. Thomas 3. part. q. 66. art. 3. aliique apud Castel in 4. dist. 3. q. 3. Serry tom. 4. prælect. 7. pag. 193. Ledruin tom. 1. lib. 2. q. 2. cap. 1. §. 2. Berti tom. 3. lib. 31. cap. 4. pag. 260. aliique innumeri.

VII. Aqua rosacea non est materia valida Sacramenti Baptismi. Vid. Berti tom. 3. lib. 31. cap. 5. §. 2. pag. 263. Feijob tom. 2. epist. 27. n. 18. respondens Josepho Antonio Rodriguez Cisterciensi. Sed vid. etiam

etiam hujus apologia in fine tom. 2. novi aspectus.

VIII. In Baptismo solemnii aqua debet esse benedicta juxta Ecclesie ritum. Vid. Gotti tom. 3. tract. 5. quæst. 1. dub. 5. §. 2. num. 9. Berti tom. 3. lib. 31. cap. 4. prop. 2. pag. 262.

Ex §. 12. ad 19.

I. Conclusio: Expediit omnes, etiam laicos, scire formam Sacramenti Baptismi, præsertim Medicos, Chirurgos, & Obstetrices, ut in casu necessitatis valeant baptizare infantes. Vid. Marchantius in horto Pastorum pag. 392. Cangiamila in embryolog. sac. lib. 4. cap. 6. §. 6.

II. Hæc est conveniens forma Sacramenti Baptismi apud Latinos: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Vid. D. Thomas 3. part. q. 66. art. 5. aliique apud Castel in 4. dist. 3. quæst. 2. & innumeri recentiores.

III. Ad valorem Sacramenti Baptismi exprimi debent persona baptizans, ea quæ baptizatur, exercitium baptizandi, & invocatio trium personarum Sanctissime Trinitatis. Vid. D. Thomas aliique supra citati, & qui confutarunt thesim 27. damnatam ab Alexandro VIII. Viva, Milante, &c. Serry tom. 4. prælect. 8. & 9. à pag. 199. Juenin dissert. 2. quæst. 4. cap. 3. art. 2. pag. 129.

IV. Non valet Baptismus in nomine Genitoris, & Geniti, & Spiritus. Vid. Gonet tom. 3. disput. 1. de baptismo art. 3. concl. 2. Sylvius in 3. p. q. 66. art. 5. Gotti, Billuart, Collet, &c.

V. Valida est forma Baptismi Græcorum, his verbis: *Baptizatur Servus Christi N. in nomine Patris, &c.* Vid. Gotti tom. 3. tract. 5. q. 1. dub. 6. §. 1. n. 4. Berti tom. 3. lib. 31. cap. 8. prop. 2. pag. 269. Collet in continuat. Tournellii tom. 4. cap. 4. art. 3. pag. 320. Boucat tom. 7. dissert. 1. art. 7. sect. 1. conclus. 3. pag. 24.

Tom. II.

Xx

VI.

VI. Probabile est Apostolos aliquando baptizasse in solo Christi nomine. Vid. Gotti tom. 3. tract. 5. q. 1. dub. 7. §. 4. num. 19. Frassen, Orsi & plures alii.

VII. Probabilis est Apostolos numquam baptizasse in solo Christi nomine, omnia expressione trium Personarum Sanctissime Trinitatis. Vid. Mabillonius nota in epist. 403. Div. Bernardi. Calmetus dissert. 2. in act. Apostolorum. Harduinus dissert. recussa in Thesaurio Theologico tom. 10. part. 1. opusc. 4. pag. 95. Natalis Alexandr. sæc. 111. dissert. 13. Selvagijs lib. 3. cap. 1. §. 5. cap. 7. Serry tom. 4. prælect. 10. pag. 210. Ledruin tom. 1. lib. 2. q. 3. cap. 2. pag. 147. & plures alii.

VIII. Materia proxima Sacramenti Baptismi est ablutio exterior, sive fiat per aspersionem, sive per infusionem. Vid. Div. Thomas 3. p. q. 66. art. 8. aliique apud Castel in 4. dist. 3. q. 5. Gotti tom. 3. tract. 5. q. 1. dub. 4. §. 2. & alii.

IX. Valet Baptismus per immersionem ex qua non sequatur emersio. Vid. Sylvius in 3. p. q. 66. art. 7. Perrimezzi part. 6. dissert. 341. pag. 361. Gotti tom. 3. tract. 5. q. 1. dub. 5. §. 2. num. 15. Berti tom. 3. lib. 31. cap. 7. pag. 268.

X. Ablutio baptismalis adhiberi debet in capite; si autem in casu necessitatis solum abluatur manus, aut pes, debet sub conditione reiterari Baptismus. Vid. Gotti ubi supra §. 2. num. 13. & alii.

Ex §. 20. ad 30.

I. Conclusio: Baptismus fuit à Christo Domino institutus quando baptizatus est in Jordane. Vid. Div. Thomas 3. p. q. 66. art. 2. & alii quos citat Castel in 4. dist. 3. q. 5. Gotti tom. 3. tract. 5. q. 3. dub. 1. §. 3. num. 12. Madalena tom. 2. pag. 163. Berti tom. 3. pag. 257.

II. Conveniens fuit Christum baptizari à Joanne. Vid.

Vid. D. Thomas 3. p. q. 39. art. 1. & 2. Medina, Suarez, Sylvius, aliique ibidem.

III. Baptizato Christo, Cæli convenienter aperti sunt, & Spiritus Sanctus in columbæ specie super ipsum descendit. Vid. D. Thomas 3. p. q. 39. art. 5. & 6.

IV. Lex Baptismi obligare cepit post resurrectionem Christi, dum dictum est Apostolis: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, &c.* Vid. Gotti tom. 3. tract. 5. q. 3. dub. 2. §. 2. num. 7.

V. Episcopi, & Sacerdotes sunt ministri ordinarii, quibus ex officio competit solemniter baptizare. Vid. D. Thomas 3. part. q. 67. art. 1. & 2. Ferrer tom. 4. tract. 7. disp. 1. dub. 2. pag. 323. Ledruin tom. 1. lib. 2. q. 8. cap. 1. Gotti tom. 3. tract. 5. q. 4. dub. 1. §. 1. Berti tom. 3. lib. 31. cap. 11. pag. 279.

VI. Diaconi possunt solemniter administrare baptismum cum facultate Episcopi, vel Sacerdotis. Vid. Gotti loco cit. §. 2. & alii.

VII. Sacramentum Baptismi in casu necessitatis administrari potest à quolibet sive viro, sive femina, sive Judæo, hæretico, aut excommunicato, dummodo materiam, formam, & intentionem adhibeat. Vid. Div. Thomas 3. p. q. 67. art. 3. 4. & 5. Serry tom. 4. prælect. 17. pag. 247. Ledruin tom. 1. lib. 2. q. 8. Gotti tom. 3. tract. 5. q. 4. dub. 2. Madalena tom. 2. pag. 165. Berti tom. 3. lib. 31. cap. 11. pag. 282. & cap. 14. pag. 303. aliique apud Castel in 4. dist. 5. quæst. 1.

VIII. In administratione Baptismi servandus est Ordo. Vid. Antoine tract. de baptismo q. 8. Cunillati tom. 2. tract. 14. cap. 1. §. 4. Guerrero, & alii passim.

IX. In Baptismo solemniter adhiberi debent Patrimi. Vid. D. Thomas 3. part. quæst. 67. art. 7. aliique apud Castel in 4. dist. 6. q. 5. Serry tom. 4. prælect. 27. pag. 314. Gotti q. 4. dub. 5. §. 1. Berti lib. 31. cap. ultimo pag. 327. Madalena tom. 2. num. 319. pag. 192. Clericatus decisione 27. de baptismo.

X. Baptizans & Patrini contrahunt spiritualem cognationem cum Baptizato, hujusque parentibus, ex qua oritur impedimentum dirimens matrimonium. Vid. Theologi quos citat Castel in 4. dist. 42. q. 1. & alii plures.

XI. Patrini debent filium spiritualem instruere in rebus fidei, si parentes naturales instructionem omitant. Vid. D. Thomas 3. p. quæst. 67. art. 8. Clericus decision. 27.

XII. Patres nequeunt esse Patrini respectu filiorum, nec heretici, aliique infideles. Vid. Gotti tom. 3. tract. 5. q. 4. dub. 5. §. 3. num. 10.

XIII. Sapienter cautum est, ut non adhibeantur nisi ad summum duo patrini. Vid. Gotti, Berti, Colletus, & alii passim.

Ex §. 31. ad 40.

I. Conclusio: Sacramentum baptismi necessarium est necessitate mediæ, ad salutem, etiam pueris patrum fidelium. Vid. D. Thomas 3. p. q. 68. art. 1. Juenin tom. 1. dissert. 2. q. 9. cap. 2. Ledruin tom. 1. lib. 2. quæst. 6. cap. 1. §. 2. Gotti tom. 3. tract. 5. q. 5. dub. 1. §. 2. Chignoli part. 3. tom. 7. proposit. 4. de baptismo pag. 65. Berti, Tournely, Colletus, alii.

II. Adulti sine baptismo, vel ejus voto, nequeunt consequi salutem æternam. Vid. supra citati, aliique apud Castellum in 4. dist. 1. q. 2.

III. Baptismus suppleri potest per martyrium, tam adultis, quam parvulis. Vid. D. Thomas 2. 2. q. 114. art. 1. aliique quos citat Castel in 4. dist. 4. q. 4. Gotti, Berti, alii.

IV. Valide, & licite baptizantur infantes. Vid. D. Thom. 3. p. q. 68. art. 9. Juenin tom. 1. dissert. 2. q. 7. cap. 1. art. 1. & 2. Serry tom. 4. Prælect. 18. Ledruin tom. 1. lib. 2. q. 6. cap. 2. §. 1. Gotti tom. 3. tract. 5. q. 5. dub. 3. §. 2. Berti tom. 3. lib. 31. cap. 16.

16. Selvagius lib. 3. antiquit. Christ. cap. 2. §. 6. aliique innumeri. Quod etiam ex Protestantibus magno eruditionis apparatus probant Vessius, Binghamus, Wallus, & alii contra Anabaptistas.

V. Pueri in utero matris omnino clausi nequeunt baptizari. Vid. D. Thomas 3. p. q. 68. art. 11. & alii que quos citat Castel in 4. dist. 6. q. 3. Serry tom. 4. prælect. 19. pag. 259. Gotti tract. 5. q. 5. dub. 4. & alii apud Bened. XIV. lib. 7. de Synodo Diœces. cap. 5. Consulantur etiam Franciscus Emmanuel Cangiamila in embryologia sacra, lib. 3. cap. 6. & seq. nuper hispanice versa; atque Antonius Josephus Rodriguez in novo aspectu, ubi plura scito digna inveniuntur ad praxim.

VI. Infidelium pueri nequeunt, invitis parentibus, baptizari, nisi in articulo mortis. Vid. D. Thomas 2. 2. q. 10. art. 2. & 3. part. q. 68. art. 10. aliique apud Castel in 4. dist. 5. q. 7. Serry tom. 4. in vindiciis cap. 21. pag. 469. Ledruin tom. 1. lib. 2. q. 6. cap. 3. §. 2. Boucat tom. 7. dissert. 1. art. 10. sect. 1. Clericus decis. 42. de baptismo. Perrimezzi part. 6. dissert. 347. Gotti tract. 5. q. 5. dub. 5. Berti lib. 31. cap. 17. Madalena tom. 2. pag. 177. Cabades tom. 3. lib. 9. cap. 6. pag. 364. ubi plura tradit ad rem.

VII. Baptismus etiam pueris gratiam, & virtutes confert ex opere operato. Vid. Div. Thomas 3. part. quæst. 69. art. 6.

VIII. Baptismus non est pueris differendus. Vid. D. Thomas 3. part. q. 68. art. 3.

IX. Adulti non debent statim ad baptismum admitti; sed postquam veram ostenderit animi voluntatem, & satis instructi fuerint in rebus fidei. Vid. Gotti tract. 5. q. 5. dub. 2. §. 2. & 3. Berti tom. 3. lib. 31. cap. 21. pag. 316. Boucat tom. 7. dissert. 1. art. 10. sect. 3. punct. 2. §. 2. pag. 69.

X. Adulti non debent differre baptismum usque ad finem vitæ. Vid. Gotti ubi supra §. 1.



XI. In adultis aliqua dispositiones sunt necessariae ad recipiendum baptismum. Vid. D. Thomas 3. part. q. 68. art. 7. & alii quos citat Castel in 4. dist. 4. q. 1. Juenin tom. 1. dissert. 2. quest. 7. cap. 2. art. 3. pag. 208.

XII. Amentes, & furiosi qui habuerant lucida intervalla, si dum erant sui compotes baptismum suscipere voluerant, licet postea in insaniam inciderint, sunt baptizandi. Vid. D. Thomas 3. part. q. 68. art. 12. Gotti tom. 3. tract. 5. q. 5. dub. 6.

XIII. Ad baptismum requiritur in adultis intentio, fides, & dolor de peccatis præteritis. Vid. D. Thomas 3. p. q. 68. art. 7. & 8.

Ex §. 41. ad 53.

I. Conclusio: Baptismus est causa instrumentalis non solum moralis, sed & physica gratiæ. Vid. conck. 7. ex §. 9. ad 14. cap. 1.

II. Primus baptismi effectus est gratia justificans, qua homo fit justus justitia in anima ejus infusa, & intrinsicè inhaerente. Vid. Ledruin tom. 1. lib. 2. q. 4. cap. 3. §. 1. pag. 161. editionis Venetæ anni 1756. duobus tomis in folio, & alii passim.

III. Peccatum originale, ac omnia personalia per baptismum vere delentur, & non solum teguntur. Vid. Juenin tom. 1. dissertat. 2. quest. 8. cap. 1. art. 1. Gotti tom. 3. tract. 5. quest. 6. dub. 2. §. 2. Ledruin lib. 2. q. 4. cap. 1. §. 2. Div. Thomas 1. 2. q. 113. art. 1. Ferrer tom. 3. tract. 4. dub. 1. pag. 259. & alii agentes de justificatione impii, quos etiam citavimus in indice tom. 1. cap. 11. de decimo art. Symboli, seu de remissione peccatorum.

IV. Per baptismum liberatur homo ab omni reatu peccati. Vid. D. Thomas 3. part. q. 69. art. 2. Serry tom. 4. prælect. 26. pag. 306. & plures alii.

V. Peccatoribus baptizatis non sunt imponenda ope-

opera satisfactoria. Vid. Div. Thomas 3. part. q. 68. art. 5.

VI. Per baptismum auferri non debent præsentis vitæ incommoda, sed ad mojus meritum relinquenda. Vid. D. Thomas 3. part. q. 69. art. 3. Gotti tom. 3. tract. 5. q. 6. dub. 2. §. 3.

VII. Per baptismum non remittuntur poenæ civiles, laudanda tamen est Principum pietas, qui sontibus baptizatis poenæ remittunt. Vid. D. Thomas 3. p. q. 69. art. 2. ad 2. & alii.

VIII. Nedum gratia, sed & virtutes baptizatis plenissime conferuntur. Vid. D. Thomas 3. part. quest. 69. art. 4.

IX. Baptismo convenienter attribuuntur quidam actus virtutum, scilicet incorporatio ad Christum, illuminatio, & secundatio. Vid. D. Thomas 3. part. q. 69. art. 5.

X. Baptismus fide susceptus, recedente fictione, ex opere operato suum producit effectum. Vid. D. Thomas 3. part. q. 69. art. 9. & 10. Aliique quos citat Castel in 4. dist. 4. q. 3. Juenin dissert. 2. q. 8. op. 5. art. 1. pag. 231. & innumeri recentiores.

Ex §. 54. ad 62.

I. Conclusio: In Sacramento baptismatis imprimuntur character. Vid. Gotti tom. 3. tract. 5. q. 6. dub. 1. & alii passim.

II. Baptismi Sacramentum iterari non potest. Vid. D. Thomas 3. part. q. 66. art. 9. alii que quos citat Castel in 4. dist. 6. q. 1. Gotti tom. 3. tract. 5. q. 1. dub. 8. §. 2. & alii.

III. Expositus de quo dubitatur an sit baptizatus, baptizari debet sub conditione. Vid. Benedict. XIV. lib. 7. de Synodo cap. 6. maxime à num. 5.

IV. Per Sacramentum baptismi aperiuntur credentibus regna Cælorum. Vid. D. Thomas 3. p. q. 69. art.

7. Boucat tom. 7. dissert. 1. art. 11. pag. 71.
- V. Baptismatis Sacramentum fuit à Christo Domino institutum quando baptizatus est in Jordane. Vid. 1. concl. ex §. 20. ad 30. hujus capit. 1.
- VI. Dum in baptismo Christi Coeli dicuntur aperti, non intelligi debet caelestia corpora fuisse divisa, sed in suprema aëris regione veluti quemdam hiatus apparuisse, quo magna lux visa est. Vid. D. Thomas 3. p. q. 30. art. 5.
- VII. Baptismus in pueris aequalem producit effectum; in adultis vero juxta majorem dispositionem subjecti, majorem gratiam confert. Vid. D. Thomas 3. p. q. 69. art. 8.
- VIII. Ecclesia convenienter utitur caeremoniis in baptismo solemnibus adhiberi solitis. Vid. D. Thomas 3. p. q. 66. art. 16. Marchantius in horto Pastorum pag. 402. Gotti tom. 3. tract. 5. q. 7. dub. 1. & 2. Clericatus decisione 45.
- IX. Potuit Ecclesia ritus, & caeremonias in baptismo, & aliorum Sacramentorum solemnibus administratione praescribere, atque sub gravi culpa injungere. Vid. Gotti tom. 3. tract. 4. q. 9. dub. 1. & 2. Concina tom. 8. lib. 1. cap. 14. Berti, & alii.
- X. Mos benedicendi aquam in fontibus baptismalibus, non recens est, sed antiquissimus, & venerandus. Vid. Gotti tom. 3. tract. 5. q. 7. dub. 2. §. 2. n. 5. Concina tom. 8. lib. 2. dissert. 1. cap. 2. Berti tom. 3. lib. 31. cap. 4. proposit. 2. pag. 262. Benedictus XIV. Institutione prima editiones latinae.

Ex §. 63. ad 76. & ultimum.

- I. Conclusio: Adulti antequam baptizentur instrui debent in rebus fidei. Vid. D. Thomas 3. p. q. 71. art. 1. Boucat tom. 7. dissert. 1. art. 10. sect. 3. punct. 2. §. 2. pag. 69. & alii passim.

II.

- II. Exorcismus praecedere debet baptismum. Vid. D. Thomas 3. p. q. 71. art. 2.
- III. Catechizare, ac exorcizare pertinet ad officium Sacerdotis. Vid. D. Thomas 3. p. q. 71. art. 4.
- IV. Ritus applicandi salem, signum Crucis, salivam, insufflationes, & alia quae praescribit Rituale Romanum, illis qui baptizantur, est antiquissimus, ac observandus. Vid. Gotti tom. 3. tract. 5. q. 7. dub. 1. & 2. Berti tom. 3. lib. 31. cap. ultimo. Ledruin tom. 1. lib. 2. q. 9. Clericat. decisione 45.
- V. Ad baptismum requiritur in adultis intentio, fides, & dolor de peccatis praeteritis. Vid. concl. 13. ex §. 31. ad 40. hujus capit.
- VI. Abrenunciatio Satanæ, & alia quae promittuntur à baptizandis, observanda sunt tamquam vota. Vid. Concina tom. 8. dissert. 1. de baptismo cap. 17. num. 8. pag. 114. Marchantius pag. 405.
- VII. Baptizandis imponendum est nomen alicujus Sancti, vel Sanctæ, cujus virtus, & sanctitas sit ab Ecclesia declarata. Vid. Berti tom. 3. lib. 31. cap. ult. pag. 327. Selvagius lib. 3. antiquit. Ecclesiastic. cap. 5. §. 6. Serry tom. 4. pralect. 28. pag. 318. Ledruin tom. 1. lib. 2. q. 9. cap. 1. §. 3. q. 1. §. 5. pag. 220. Etsi Clericum act. 1. decis. 44. de baptismo n. 4. solum merum esse consilium judicet, non vero grave praecipuum.
- VIII. Fideles sedulo curare debent integrum custodire baptismum. Vid. supra concl. 6.

Caput tertium de Sacramento Confirmationis habet 26. paragraphos.

Ex §. 1. ad 10.

- I. Conclusio: Fideles ignorare non debent virtutem Sacramenti Confirmationis. Vid. Berti, tom. 4. lib. 32. cap. 8. §. 5. pag. 30.
- II. Confirmatio est verum novæ legis Sacramentum.

Tom. II.

Yy

&

& baptismo distinctum. Vid. D. Thomas 3. p. q. 72. art. 1. aliique quos citat Castel in 4. dist. 7. q. 1. Ex recentioribus, Serry tom. 5. tract. de confirm. prælect. 2. pag. 24. Boucat tom. 6. part. 2. disert. 2. art. unico pag. 247. Gotti tom. 3. tract. 6. q. 1. dub. 1. §. 2. Barthol. Durand lib. 4. fidei vindicatz art. 33. pag. 515. Berti tom. 3. lib. 32. cap. 2. Ledruin tom. 1. lib. 3. q. 1. cap. 1. pag. 294. & infra q. 2. §. 1. Concina tom. 8. dissert. 2. cap. 1. pag. 116. Chignoli part. 3. tom. 3. proposit. 1. & sequent. à pag. 87.

III. Sacramentum Confirmationis fuit immediate institutum à Christo. Vid. Berti lib. 32. cap. 3. Concina tom. 8. diss. 2. cap. 4.

IV. Probabile est Christum instituisse Confirmationis Sacramentum in nocte Coenæ. Vid. D. Thomas 3. part. q. 72. art. 1. Sotus in 4. dist. 7. art. 2. Marchantius in horto pastorum pag. 406. Suarez, Frassen, Clericatus, &c. Aliter opinantur Collet tom. 5. cap. 2. concl. 2. pag. 24. Berti lib. 32. cap. 3. & alii dicentes hoc Sacramentum fuisse institutum post resurrectionem Christi, ut jam notavimus in fine prælect. 7. pag. 99.

V. Materia remota Sacramenti Confirmationis est oleum olivarum, & balsamum ab Episcopo consecratum. Vid. D. Thomas 3. part. q. 72. art. 2. & alii à Castello citati in 4. dist. 7. q. 4. Ferrer tom. 4. tract. 7. disp. 2. dub. 1. pag. 337. Clericatus tom. 1. decis. 54.

VI. Probabilius est balsamum admiscendum esse oleo ad Confirmationem, necessitate Sacramenti. Vid. Berti lib. 32. cap. 5. §. 3. Concina tom. 8. pag. 223. num. 12. Contrarium opinantur Gonetus, Madalena, Gotti, & alii.

VII. Chrisma ab Episcopo consecratum necessarium est necessitate Sacramenti. Vid. D. Thomas 3. p. q. 72. art. 3. Michaël à S. Josepho in Bibliographia critica tom. 1. verbo *Antonellus*, pag. 252.

VIII. Chrisma Confirmationis, etiam ex Summi

II. Pon-

Pontificis dispensatione fieri nequit à simplici Sacerdote. Vid. Benedict. XIV. lib. 1. de fest. Domini cap. 6. in feria 5. Majoris Hebdomadæ. Suarez, Sylvius, Gonetus, Madalena, & alii. Contrarium tenent Concina, Gotti, & alii quos citat idem Benedict. XIV. lib. 7. de Synodo Diocesana cap. 8.

IX. Materia proxima, & adæquata Sacramenti Confirmationis est impositio manuum cum chrisomatis unctione. Vid. Concina tom. 8. dissert. 2. cap. 2. Ledruin tom. 1. lib. 3. q. 3. cap. 1. Gotti tom. 3. tract. 6. q. 1. dub. 2. §. 2. u. 5. Berti lib. 32. cap. 4. Madalena tom. 2. n. 341. pag. 208. aliique apud Castel in 4. dist. 7. quæst. 4.

Ex §. 11. ad 19.

I. Conclusio: Forma Sacramenti Confirmationis apud Latinos est: *Signo te signo crucis*, &c. Vid. Div. Thomas 3. p. q. 72. art. 4. aliique quos citat Castel in 4. dist. 7. q. 3. Berti tom. 4. lib. 32. cap. 6. prop. 2. Madalena tom. 2. tract. 2. quæst. 2. art. 5. pag. 212. Clericatus tom. 1. decis. 55. & alii.

II. Minister ordinarius Sacramenti Confirmationis est solus Episcopus. Vid. D. Thomas 3. p. q. 72. art. 11. aliique quos citat Castel in 4. dist. 7. quæst. 6. Serry tom. 5. prælect. 8. pag. 50. Clericatus decis. 57. Gotti tract. 6. q. 2. dub. 1. §. 2. Concina tom. 8. dissert. 2. cap. 4. q. 1. num. 4. pag. 126. Berti lib. 32. cap. 7. Selvagus lib. 3. cap. 7. §. 4. Madalena tom. 2. num. 354. pag. 219. Chignoli part. 3. tom. 7. proposit. 4. pag. 99.

III. Quilibet Sacerdos ex dispensatione Summi Pontificis potest esse minister extraordinarius Confirmationis. Vid. supra citati. Benedict. XIV. lib. 7. de Synodo cap. 7. n. 4. Ferrer tom. 4. pag. 343. Contrarium tenet Serry tom. 5. prælect. 9. pag. 54.

IV. Episcopi nequeunt Presbyteris tribuere facultatem ministrandi Sacramenti Confirmationis. Vid. Be-

Yy 2

26

nedict. XIV. lib. 7. de Synodo Diocesana cap. 8. n. 4.

V. In Sacramento Confirmationis adhiberi debent Patrini. Vid. D. Thomas 3. part. q. 72. art. 10. Berti lib. 32. cap. 10. Clericat. decis. 59. & plures alii.

VI. Etsi Sacramentum Confirmationis non sit necessarium necessitate medii, est tamen necessarium necessitate præcepti divini, & Ecclesiastici. Vid. Concina tom. 8. diss. 2. cap. 6. pag. 132. Berti lib. 32. cap. 8. §. 8. pag. 31.

VII. Omittens Confirmationem recipere graviter peccat. Vid. Gotti tom. 3. tract. 6. q. 3. dub. 4. §. 1. n. 6. Berti lib. 32. cap. 8. §. 8. & seq. Clericat. decis. 60. num. 13. & 14.

VIII. Sacramentum Confirmationis convenienter administratur habentibus rationis usum, conferri tamen potest pueris dum adest rationabilis causa. Vid. Benedictus XIV. lib. 7. de Synodo Diocesana cap. 10. n. 6. & seq. ubi Rituale cum Catechismo conciliatur. Gotti q. 3. dub. 2. §. 2. num. 5. Berti lib. 32. cap. 8. §. 3. Concina cap. 5. q. 2. pag. 128.

IX. Qui confirmandus est, si aliquo peccato coinquinatur, prius confiteri debet. Vid. Concina tom. 8. cap. 5. q. 4. num. 4. Berti lib. 32. cap. 8. §. 5.

Ex §. 20. ad 26. & ultimum.

I. Conclusio: Per Sacramentum Confirmationis producit gratia gratum faciens. Vid. D. Thom. 3. p. q. 72. art. 7. Gotti tom. 3. tract. 6. q. 3. dub. 3.

II. Confirmatio est res distincta à Catechesi. Vid. Ledruin, Berti, & alii citati concl. 2. ex §. 1. ad 10.

III. Per Confirmationem imprimitur character. Vid. D. Thomas 3. p. q. 72. art. 5. Gotti q. 3. dub. 2. Berti lib. 32. cap. 9. Clericat. decis. 58.

IV. Confirmationis Sacramentum recte adhibetur in fronte. Vid. D. Thomas 3. p. q. 72. art. 9. Berti lib. 32. cap. 10. pag. 39. & seq.

V.

V. Licet olim Sacramentum Confirmationis administraretur in Sabbato Paschæ, ac Pentecostes; potest quovis tempore administrari. Vid. Cabasutius in notit. Ecclesiast. Historia. dissert. 4. pag. 29. Berti lib. 32. cap. 8. §. 7. in fine.

VI. Conveniens est ritus, & cæremônia in administratione Sacramenti Confirmationis. Vid. D. Thomas 3. p. q. 72. art. 12. Berti lib. 32. cap. 10. in fine. Gotti, Ledruin, Juenin, &c.

Caput quartum de admirabili Eucharistia Sacramento habet 81. paragraphos.

Ex §. 1. ad 9.

I. Conclusio: Sacramentum Eucharistiæ potissimum est inter omnia Ecclesiæ Sacramenta; multisque rationibus à Christo Domino institutum. Vid. D. Thomas 3. p. q. 65. art. 3. Gotti tom. 3. tract. 7. q. 1. dub. 1. §. 1. n. 8. Gonetus, atque Tournely in præfatione ad tractatum de Eucharistia, & innumeri alii; sed maxime Contenson tom. 4. lib. 11. part. 2. diss. 3. cap. 1. spec. 1. pag. 136. edit. Augustæ Taurinorum anno 1770.

II. Sacramentum Eucharistiæ fuit convenienter institutum in nocte Cœnæ. Vid. D. Thomas 3. p. q. 73. art. 5. Gotti q. 1. dub. 4. §. 3. Berti lib. 33. cap. 1. proposit. 4. alique quos citat Castel in 4. distinct. 8. quest. 5.

III. Eucharistiæ Sacramentum recte multis nominibus appellatur, quorum præcipua sunt *Eucharistia*, *Communio*, *Viaticum*, & *Cæna*. Vid. D. Thomas 3. p. q. 73. art. 4. Theophilus Raynaudus tom. 6. sect. 5. pag. 161. & seq. Contenson, Tournely, Perrimezzi, & alii.

IV. Christus, quo passus est anno, celebravit pasca legale, ac instituit Eucharistiam luna 14. Martii de-

desinente, hoc est feria 5. ad vesperam. Vid. Suarez tom. 2. in 3. p. disput. 4. sect. 3. pag. 407. Juenin tom. 2. dissert. 4. q. 2. cap. 7. art. 4. §. 1. pag. 10. & seqq. Perrimezzi part. 4. dissert. 239. Sandini in vit. Christi cap. 12. Bened. XIV. lib. 1. de fest. Domini. cap. 6. num. 6. Gotti tom. 3. tract. 7. q. 1. dub. 4. §. 2. n. 8. Berti lib. 33. cap. 1. proposit. 3. Billuart tom. 3. diss. 2. de Eucharist. art. 3. & plurimi alii.

V. Ad licite conficiendum, aut sumendum Eucharistia Sacramentum, extra casum necessitatis, requiritur jejunium naturale, licet Christus illud instituerit post Coenam ultimam. Vid. D. Thomas 3. p. q. 80. art. 8. Gotti q. 4. dub. 3. §. 2. num. 11. Berti lib. 33. cap. 17. §. 1. & plures alii. Hæc thesis etiam pertinet ad §. 58. hujus capituli.

VI. Eucharistia est verum Ecclesie Sacramentum. Vid. D. Thomas 3. p. q. 73. art. 1. Gotti tract. 7. q. 1. Ledruin, Tournely, Colletus, Berti, & alii.

VII. Sacramentum Eucharistie consistit in speciebus consecratis continentibus corpus & sanguinem Christi. Vid. D. Thomas, alique quos citat Castel in 4. dist. 8. q. 1. Ganet tom. 5. tract. 4. q. 2. art. 5. §. 1. Ferrer tom. 4. disput. 3. dub. 1. pag. 350. n. 719. Gotti, Billuart, alii.

VIII. Eucharistia est adoranda cultu latriæ. Vid. Contenson tom. 4. lib. 11. part. 2. cap. 1. speculat. 3. pag. 94. Juenin tom. 2. dissert. 4. q. 4. cap. 2. art. 1. §. 1. & seqq. pag. 203. Salmanticenses morales tom. 5. pag. 338. num. 10. Gotti tract. 7. q. 3. dub. 5. §. 2. Berti lib. 33. cap. 12. theorem. 1. Ledruin, Tournely, Colletus, &c.

IX. Species Eucharistie sunt vera accidentia existentia sine subjecto substantiali. Vid. D. Thomas 3. p. q. 77. art. 1. & 2. alique quos citat Castel in 4. dist. 12. q. 1. Theophilus Raynaudus tom. 6. in exuviis panis, & vini pag. 419. Boucat tom. 6. part. 2. dissert. 3. art.

3. sect. 2. pag. 421. Amort tom. 2. Theolog. Eclect. in fine disput. 4. à pag. 71. usque ad 98. Gotti tom. 3. tract. 7. q. 3. dub. 4. §. 1. Billuart tom. 3. dissert. 1. de Eucharist. art. 6. §. 2. Arnu tom. 2. clipei philosoph. Thomist. q. 6. log. cap. 3. Ferrari tom. 1. philosoph. pag. 200. & maxime tom. 2. disput. 4. q. 1. à pag. 141. usque ad 200. Joannes Briz in mundo Aristotelico restituito tom. 1. tract. 3. à pag. 129. usque ad 273. sed maxime 199. num. 74. & seq. Rovelli tom. 5. philosoph. q. 10. art. 2. pag. 208. Piccinardi, alique innumeri contra recentiores philosophos extra Peripatum deambulantes.

X. Eucharistia Sacramentum non consistit in usu, sed in re permanente. Vid. Contenson lib. 11. part. 2. cap. 1. spec. 3. pag. 92. Juenin tom. 2. dissert. 4. q. 4. art. 2. pag. 212. Boucat tom. 6. p. 2. dissert. 3. art. 3. sect. 1. pag. 412. Gotti tom. 3. tract. 7. q. 3. dub. 5. & 6. Billuart tom. 3. dissert. 2. de Eucharist. art. 1. §. 1. pag. 294. Chignoli part. 3. tom. 8. q. 5. prop. 5. pag. 81. & alii.

Ex §. 10. ad 18.

I. Conclusio: Eucharistia non est nisi unum specie Sacramentum. Vid. D. Thomas 3. p. q. 73. art. 2. alique quos citat Castel in 4. dist. 8. q. 3. & innumeri recentiores.

II. Eucharistia Sacramentum specialiter tria significat, nempe passionem Christi, gratiam resistentem, & futuram gloriam. Vid. D. Thomas 3. p. q. 73. art. 4. & alii passim.

III. Solus panis triticeus, & vinum de vite est materia Sacramenti Eucharistie. Vid. D. Thomas 3. part. q. 74. art. 3. & alii apud Castel in 4. dist. 11. quest. 1. Contenson tom. 4. lib. 11. part. 2. dissert. 2. cap. 2. speculat. 1. pag. 100. Gotti tract. 7. q. 1. dub. 6. §. 1. & 2. Berti lib. 33. cap. 6. Tournely, Collet, Ledruin, alii.

IV. In Ecclesia latina necessarius est panis azymus ad

ad licite conficiendum Eucharistiæ Sacramentum. Vid. D. Thomas 3. p. q. 74. art. 3. aliique quos citat Castel in 4. dist. 11. q. 7. Gotti tract. 7. quæst. 1. dub. 5. §. 3. num. 13. Berti lib. 33. cap. 4. Ledruin tom. 1. lib. 4. q. 5. cap. 3. Michaël à S. Josepho in Bibliographia critica tom. 2. pag. 502. verbo *Humbertus*.

V. Pane fermentato etiam valide conficitur Eucharistia. Vid. D. Thomas 3. p. q. 74. art. 4. Juenin tom. 2. dissert. 4. q. 22. cap. 1. art. 4. §. 2. pag. 18. aliique supra, citati.

VI. Vinum de vite est altera pars materiæ Sacramenti Eucharistiæ. Vid. D. Thomas 3. p. q. 74. art. 5. Juenin loco supra citato cap. 2. art. 1. §. 1. & sequent. pag. 34. & plurimi alii.

VII. Parum aquæ admiscendum est vino ad conficiendum Eucharistiæ Sacramentum. Vid. D. Thomas 3. p. q. 74. art. 6. Contenson tom. 4. lib. 11. part. 2. diss. 2. cap. 2. speculat. 1. pag. 206. Salmant. Scholast. tom. 11. tract. 23. disput. 4. dub. 3. §. 1. num. 42. & seqq. à pag. 611. Juenin ibid. art. 2. §. 1. pag. 39. Gotti tract. 7. q. 1. dub. 7. §. 1. Berti lib. 33. cap. 6. prop. 2. Selvagiù tom. 3. antiquit. Christ. lib. 3. cap. 8. §. 4. n. 9. & seqq.

VIII. Admixtio aquæ cum vino non est necessaria necessitate Sacramenti, sed solum necessitate præcepti Ecclesiastici. Vid. D. Thomas 3. p. q. 74. art. 7. aliique apud Castel in 4. dist. 11. q. 9. Juenin art. 3. §. 3. pag. 47. Salmant. Scholast. tom. 11. pag. 114. Gotti dub. 7. §. 3. Berti cap. 6. proposit. 3. & plurimi alii.

IX. Probabilis est aquam vino infusam prius in vinum converti, & non immediate in sanguinem Christi. Vid. D. Thomas 3. p. q. 74. art. 8. aliique apud Castel in 4. dist. 11. q. 2. Contenson dissert. 2. cap. 2. specul. 1. q. 1. pag. 108. Salmanticensis Scholasticus tom. 11. tract. 23. disput. 4. dub. 4. §. 1. & seqq. à pag. 619. Ferrer tom. 4. disput. 3. dub. 2. pag. 355. à num. 731.

Go-

Gotti q. 1. dub. 8. Billuart dissert. 3. art. 4. & alii contra recentiores, quos inter videri potest Antonius Josephus Rodriguez Cisterciensis tom. 3. novi aspectus in prolog. prope finem, & in epist. apologet. paradoxa 4. §. 24. pag. 114. à num. 190. usque ad 205.

X. Symbola panis & vini optime indicant Christum re vera esse in Eucharistia. Vid. D. Thomas 3. p. q. 74. art. 1. Contenson tom. 4. lib. 11. part. 2. dissert. 2. cap. 2. specul. 1. pag. 100. Natalis Alexander hic, alii.

Ex §. 19. ad 25.

I. Conclusio: Forma Consecrationis panis constat his solis verbis: *Hoc est corpus meum*. Vid. D. Thomas 3. p. q. 78. art. 2. aliique quos citat Castel in 4. dist. 8. q. 7. Contenson tom. 4. lib. 11. part. 2. dissert. 2. cap. 2. speculat. 2. pag. 115. Gotti tract. 7. q. 2. dub. 2. Ledruin tom. 1. lib. 4. q. 3. cap. 2. §. 3. pag. 371. Tourneley, Berti, Billuart, alii.

II. Benedictio panis à Christo peracta fuit consecratoria. Vid. D. Thomas 3. p. q. 78. art. 1. Bellarminus lib. 4. cap. 8. Joannes à Sancto Thoma tom. 1. approbat. doct. D. Thomæ disput. 2. art. 2. ad 8. proposit. pag. 166. & tom. ultim. disput. 29. de Eucharist. Capi-suchius controuv. 2. pag. 167. Du-Hamel cap. 4. n. 3. de Rubéis dissert. 27. art. 3. pag. 269. & Antonius Reginaldus in vindiciis Garchismi Romani, appositis supplemento historiæ Ecclesiasticæ Natalis Alexandri, edito Bassani anno 1778. à pag. 137. usque ad 175. Contrarium tenent alii cum Berti tom. 4. lib. 33. cap. 7. proposit. 1. pag. 65.

III. Licet ab omnibus pene Catholicis admittatur Christum consecrasse panem his verbis: *Hoc est enim corpus meum*; non tamen est fide certum. Vid. Gotti tract. 7. q. 2. dub. 1. §. 2. Berti lib. 33. cap. 7. prop. 2. Benedict. XIV. lib. 1. de fest. Domini cap. 6. num. 40. & alii.

Tom. II.

Zz

IV.

IV. Liturgicæ preces, & quæcumque verba dicuntur præter ista: *Hoc est corpus meum*; ad essentiam consecrationis panis non pertinent. Vid. Gonet tom. 5. tract. 4. disput. 7. art. 1. Gotti q. 2. dub. 2. §. 2. n. 6. Berti lib. 33. cap. 7. prop. 3. alique quos citat Castel in 4. dist. 8. q. 8.

V. Probabilius est sola ista verba; *Hic est sanguis meus*, vel *hic est calix sanguinis mei*, esse simpliciter necessaria ad consecrationem vini. Vid. Joannes à Sancto Thoma tom. 1. pag. 176. §. *Sexta*, & tom. ultimo ad q. 78. art. 3. disput. 29. pag. 259. Contenson tom. 4. lib. 11. p. 2. diss. 2. cap. 2. specul. 2. q. 2. pag. 121. Juenin tom. 2. dissert. 4. q. 3. cap. 3. pag. 375. Collet tom. 5. part. 1. de Euch. cap. 4. art. 3. concl. 1. pag. 420. Gotti q. 2. dub. 3. §. 2. n. 4. Berti lib. 33. cap. 7. prop. 4. Billuart dissert. 5. art. 3. §. 2. pag. 317. alique quos citat Castel in 4. dist. 8. quæst. 9. Contrarium tenent Salmanticenses Scholastici tom. 11. tract. 23. disput. 9. dub. 3. §. 2. num. 22. pag. 864. Ferrer tom. 4. tract. 7. disput. 3. dub. 4. pag. 368. Madalena tom. 2. Tyrocini tract. 3. quæst. 1. art. 9. num. 455. pag. 265. & plurimi alii.

VI. Christus pro omnibus sanguinem fudit. Vid. Theologi à Castello citati in 1. dist. 46. q. 5. & interpretes Divi Thomæ in 1. p. q. 19. art. 6. quærentes an Deus velit omnes homines salvos fieri; Contenson tom. 1. lib. 2. diss. 3. cap. 1. specul. 3. pag. 144. & tom. 2. lib. 7. dissert. 6. §. 5. pag. 359. Berry tom. 1. tract. de variis humanæ naturæ statutis disput. 4. prælect. 8. & seq. à pag. 462. usque ad 486. Graveson tom. 1. de Myster. Christi dissert. 16. pag. 250. Gotti tom. 1. tract. 5. q. 2. dub. 2. §. 4. num. 26. pag. 193. Tournely tom. 1. q. 17. de voluntate Dei art. 10. conclusione 2. à pag. 493. usque ad 544. Palancus tom. 2. de Deo disput. 6. quæst. 11. num. 27. pag. 321. Perri-

mez-

mezzi part. 3. dissert. 194. pag. 357. Berti tom. 2. lib. 17. cap. 3. in fine pag. 96. & cap. 4. pag. 97.

VII. Oculus corporeus divinitus videre potest Christi corpus existens in Eucharistia. Vid. D. Thomas 3. p. q. 76. art. 7. alique quos citat Castel in 4. dist. 10. q. 4. & 5. Contenson tom. 4. lib. 11. part. 2. diss. 2. cap. 2. specul. 3. q. 5. pag. 134. Salmanticenses Scholastici tom. 11. tract. 23. disput. 6. dub. 6. §. 1. n. 68. pag. 745. Madalena tom. 2. Tyrocini tract. 3. q. 1. art. 8. n. 447. pag. 262. alique ab ipsis citati.

Ex §. 26. ad 36.

I. Conclusio: In Eucharistia Sacramento est vere, ac realiter Christi corpus natum ex Maria Virgine. Vid. D. Thomas 3. p. q. 75. art. 1. Gonet, Contenson, Juenin, Boucat, Ledruin, Tournely, Gotti, Berti, & alii pene innumeri.

II. In Sacramento Eucharistia post consecrationem nulla remanet substantia panis, & vini. Vid. D. Thomas 3. p. q. 75. art. 2. Gotti q. 3. dub. 2. §. 2. n. 11. Berti lib. 33. cap. 10. alique quos citat Castel in 4. dist. 12. q. 1.

III. Substantia panis & vini per consecrationem non anihilatur, sed in verum corpus, & sanguinem Christi convertitur. Vid. D. Thomas 3. p. q. 75. art. 3. alique apud Castel in 4. dist. 11. q. 3.

IV. Veritas fidei Eucharistia includitur in primo, & nono articulo Symboli. Videatur Marchantius in horto Pastorum.

V. Nedum ossa, nervi, & caro Christi continentur physice, ac realiter in Eucharistia; sed etiam sanguis, & quidquid ad veram corporis rationem pertinet. Vid. D. Thomas 3. part. quæst. 76. art. 1. Gotti tract. 7. quæst. 3. dub. 3. §. 1. pag. 329. alique sexcenti.

VI. Quamvis ex vi verborum consecrationis panis, solum Christi corpus, & ex vi verborum consecrationis

Zz 2

vi-

vini solus Christi sanguis ponatur in Eucharistia; sub utraque tamen specie, corpus & sanguis, anima & divinitas Christi reperiuntur. Vid. D. Thomas 3. part. q. 75. art. 6. Gonetus tom. 5. tract. 4. disp. 5. art. 1. & alii quos citat Castel in 4. dist. 10. q. 9.

VII. In nullo casu, nec ex dispensatione Summi Pontificis consecrari licite potest panis sine vino, vel e converso. Vid. D. Thomas 3. part. q. 74. art. 1. Gonetus tom. 5. tract. 4. disp. 3. art. 6. Contenson tom. 4. lib. 11. part. 2. dissert. 2. cap. 2. & alii quos citat Castel in 4. dist. 11. q. 6. & 8.

VIII. Totum Christi corpus, & totus ejus sanguis existit in qualibet hostia, & in qualibet hostiæ parte. Vid. D. Thomas 3. p. q. 76. art. 3. Gonet tom. 5. tract. 4. disput. 5. art. 2. & alii quos citat Castel in 4. dist. 10. q. 11. Gotti tract. 7. q. 3. dub. 3. §. 1. & 2. alii que recentiores.

Ex §. 37. ad 49.

I. Conclusio: Post consecrationem panis, & vini nulla eorum substantia manet, sed sola accidentia sine subjecto. Vid. D. Thomas 3. part. q. 75. art. 2. alii que supra cit. concl. 2. precedenti.

II. Species panis, & vini quæ manent post consecrationem, sunt accidentia absoluta, à substantia omnino distincta. Vid. supra 9. concl. ex §. 1. ad 9.

III. Substantia panis, & vini post consecrationem non annihilatur, sed in verum corpus, & sanguinem Christi convertitur. Videatur supra conclus. 3. precedenti.

IV. Conversio panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi, recte transubstantiatio dicitur, quod vocabulum merito adhibuit Synodus Lateranensis. Vid. Berti lib. 33. cap. 10. Billuart tom. 3. tract. de Eucharistia dissert. 1. art. 5. pag. 286. Rupperecht not. hist. in univ. jus. Canonium tom. 1. tit. 1. cap. unico. §. 6. questione polemica pag. 61.

V.

V. Transubstantiatio est actio proprie dicta, & mutatio dexteræ Excelsi, per quam corpus Christi vere producit, non quidem absolute, & simpliciter, sed speciali ac mirabili modo, nimirum ex conversione substantiæ panis, & vini in ipsum corpus, & sanguinem Christi. Vid. D. Thom. 3. p. q. 75. art. 4. Madalena tom. 2. tract. 3. q. 1. art. 6. n. 421. pag. 251. Billuart tract. de Euch. dissert. 1. art. 7. pag. 292. Salmanticenses Scholastici tom. 11. tract. 23. disp. 5. dub. 2. §. 1. & seq. à pag. 672. Contenson, Gonetus, & alii.

VI. Transubstantiatio non fit per adductionem corporis Christi, sed per veram productionem ex substantia panis, & vini in ipsum conversa. Vid. supra citati conclus. precedenti, alii que quos citat Castel in 4. dist. 10. q. 10.

VII. Christi corpus non est in Eucharistia sicut in loco. Vid. D. Thomas 3. part. q. 76. art. 5. Gotti q. 3. dub. 3. §. 3. num. 22.

VIII. Repugnat idem numero corpus simul existere localiter, seu ut schola loquitur, *circumscriptive* in duobus locis. Vid. Interpretes D. Thomæ 3. p. q. 75. art. 1. & lib. 4. Physicorum. Salmanticenses tom. 11. tract. 23. disp. 6. dub. 8. §. 1. pag. 759. alii que quos citat Castel in 4. dist. 10. quæst. 12.

IX. Accidentia panis, & vini post consecrationem existunt in Eucharistia sine subjecto substantiali. Vid. D. Thomas 3. p. q. 75. art. 2. & quæst. 77. art. 1. alii que supra citati maxime conclusione 9. ex §. 1. ad 9. & conclusione 2. ex §. 26.

X. Sacramentum Eucharistiæ confert gratiam aliosque uberrimos fructus digne sumentibus. Vid. D. Thomas 3. part. quæst. 79. art. 1. Ferrer tom. 4. tract. 7. disput. 3. dub. 5. pag. 377. Contenson, Concina, Colletus, & alii.

Ex



Ex §. 50. ad 59.

I. Conclusio: Effectus Sacramenti Eucharistiæ non est remissio peccati mortalis, nisi per accidens. Vid. D. Thomas 3. p. q. 79. art. 3. Contenson tom. 4. lib. 11. part. 2. dissert. 3. cap. 2. specular. 2. aliique quocit Castel in 4. dist. 9. q. 5. Salmanticenses Scholastici tom. 11. tract. 22. disput. 4. dub. 7. §. 2. n. 112. pag. 259. & infra pag. 888.

II. Sacramentum Eucharistiæ, quo ad realem sumtionem, non est necessarium necessitate mediæ ad salutem. Vid. D. Thomas 3. p. q. 73. art. 3. Concina tom. 8. lib. 3. dissert. 1. cap. 9. Berti lib. 33. cap. 14.

III. Eucharistiæ Sacramento peccata venialia remittuntur. Vid. D. Thomas 3. p. q. 79. art. 4.

IV. Per Eucharistiæ Sacramentum præservatur homo à peccatis futuris, & gloriam adipiscitur. Vid. Div. Thomas 3. p. q. 79. art. 2. & 6.

V. Recte assignantur à Catechismo diversi modi sumendi corpus Christi in Eucharistia. Vid. D. Thomas 3. part. quæst. 80. art. 1. Salmanticenses, aliique ibidem.

VI. Eucharistia ut est Sacramentum non prodest ex opere operato nisi eam digne actu sumentibus. Vid. D. Thomas 3. part. quæst. 79. art. 7. Theophilus Raynaudos tom. 6. in fine tract. de communione promortuis pag. 335. à num. 8. ubi moderatur est quam in alio quodam opusculo confutato à Capisucchio controu. 4. pag. 225. Salmanticenses Scholast. tom. 11. tract. 23. disput. 10. dub. 5. §. unic. n. 67. pag. 921. Cuniliati tom. 2. tract. 14. cap. 3. §. 7. in fine pag. 99. Juenin tom. 2. dissert. 4. quæst. 7. cap. 1. art. 4. pag. 270.

VII. Ad licitam Eucharistiæ sumtionem requiritur status gratiæ saltem prudenter existimatus: unde non sufficit sola fides, nec attritio cognita ut talis Vid. Div.

Div. Thomas 3. p. q. 79. art. 3. Concina tom. 8. lib. 3. cap. 11. num. 3. Berti lib. 33. cap. 14. §. 4.

VIII. Nedom Sacerdotes celebraturi, sed etiam laici, ante Eucharistiæ sumtionem præmittere debent confessionem Sacramentalem, si existunt in peccato lethali. Vid. Franciscus Sylvius in 3. p. q. 80. art. 4. q. 1. pag. 342. Concina tom. 8. lib. 3. cap. 10. pag. 332. Madalena tom. 2. Tyrocini tract. 3. q. 2. art. 4. n. 504. pag. 289. & alii super thesim 38. damnatam ab Alexandro VII.

IX. Præter statum gratiæ requiritur jejuniu naturale ad Eucharistiæ sumtionem, nisi sumatur per modum viatici. Vid. D. Thomas 3. part. q. 80. art. 8. Gotti tract. 7. q. 4. dub. 5. §. 2. num. 11. Berti lib. 33. cap. 17. §. 1.

X. Consulendi sunt conjuges, ut saltem nocte præcedente communionem se abstineant à petitione debiti conjugalis. Vid. D. Thomas 3. p. q. 80. art. 6. S. Franciscus Salesius in Philothea part. 2. cap. 20. Juenin de Sacrament. dissert. 4. q. 7. cap. 1. art. 2. §. 2. Collet in continuat. Tournelii tract. de Eucharistia part. 1. cap. 6. art. 2. concl. 3. Berti lib. 33. cap. 17. §. 2. Concina tom. 8. lib. 3. de Eucharistia diss. 1. cap. 11. §. 3. n. 21. & tom. 10. lib. 2. de Matrimonio diss. 4. cap. 8. n. 2. Clericali decisi. 38. n. 15. de Matrimonio.

XI. Per voluntariam distractionem in Eucharistiæ sumtionem tollitur spiritualis dulcedo, non vero augmentum gratiæ. Vid. Concina tom. 8. lib. 3. dissert. 1. cap. 11. §. 2. Cuniliati tom. 2. tract. 14. cap. 3. §. 7.

XII. Singuli fideles tenentur Eucharistiam sumere in articulo mortis ex præcepto divino, & saltem semel in anno ex præcepto Ecclesiastico. Vid. Div. Thomas 3. p. q. 80. art. 11. aliique apud Castel in 4. dist. 12. q. 10. Gotti q. 4. dub. 8. §. 2. Berti lib. 33. cap. 14. thesi 4.

XIII. Laudanda est consuetudo Regnorum, in quibus

bus conceditur sordibus capite plectendis Eucharistiæ Sacramentum, paucis diebus ante supplicium. Vid. Benedictus XIV. tract. de Sacrifi. Missæ lib. 1. cap. 20. num. 6. Sotus in 4. dist. 12. q. 1. art. 2. Perrimezzi part. 8. dissert. 421. pag. 150. Gotti q. 4. dub. 3. §. 2. n. 7. Berti lib. 33. cap. 16. pag. 306. Cuniliati tom. 2. tract. 14. cap. 3. §. 6. num. 17. pag. 94.

XIV. Præceptum Ecclesiæ non adimpletur per communionem sacrilegam. Vid. Berti lib. 33. cap. 14. thesi 6. Concina & alii in thesim 55. damnata ab Innocentio XI.

Ex §. 60. ad 68.

I. Conclusio: Frequens communionis usus consulendus est fidelibus recte dispositis. Videantur Auctores infra citandi conclusionem sequenti.

II. Quotidiana communio non est indistincte consulenda laicis, licet in gratia existentibus, sed solum valde perfectis, juxta prudentiam Confessarii. Vid. Div. Thomas 3. p. q. 80. art. 10. aliiquæ à Castello citati in 4. dist. 12. q. 11. Contenson tom. 4. lib. 11. part. 2. dissert. 4. cap. 2. à pag. 219. usque ad 249. & ex recentioribus, Salmanticenses Scholastici tom. 11. tract. 23. disput. 11. dub. 7. §. 1. & sequent. à pag. 959. Concina tom. 8. lib. 3. diss. 1. cap. 12. Berti lib. 33. cap. 17. §. 5. & in scholio. pag. 110. Colletus tom. 5. part. 1. cap. 7. art. 2. sect. 3. concl. 3. & 4. pag. 555. Ferraris, & alii passim, ferentes decretum Sacre Congregationis Cardinalium ab Innocentio XI. approbatum anno 1679. & qui scripserunt in thesim 56. damnatam ab ipso Summo Pontifice.

III. Licet olim frequentior fuerit Eucharistiæ sumtio, nunc tamen justissime variata est disciplina Ecclesiæ. Vid. Selvagius tom. 2. lib. 2. part. 2. cap. 3. §. 4. Benedict. XIV. lib. 7. de Synodo cap. 12. à num. 6.

IV. Licet olim pueris ante usum rationis tribueretur

tur Eucharistiæ Sacramentum; nunc temporis eis aliiisque omnino amentibus est denegandum. Vid. D. Thomas 3. p. q. 80. art. 9. Gotti q. 4. dub. 2. §. 2. Benedict. XIV. lib. 7. de Synodo cap. 12. Vid. Selvagius loco supra citato §. 5.

V. Insanis, vel amentibus, qui aliquando habuerant dilucida intervalla, & pie vixerant, conferri potest Eucharistiæ Sacramentum, ac etiam energumenis, si nullum irreverentiæ periculum timeatur. Vid. Gotti q. 4. dub. 3. §. 1. Berti lib. 33. cap. 16. Clericatus, & alii.

VI. Ecclesia prudentissime interdixit laicis usum calicis. Vid. D. Thomas 3. part. q. 80. art. 2. Gonetus tom. 5. tract. 4. disp. 9. art. 3. Salmanticenses Scholastici tom. 11. tract. 23. disput. 11. dub. 6. §. 1. & 2. aliique apud Castel in 4. dist. 9. q. 7. ex recentioribus Concina, Gotti, Berti, Billuart, Tournely, & alii.

VII. Sacerdos communicans sub utraque specie non majorem gratiam capit ex opere operato, quam laici sub una tantum specie communicantes. Vid. D. Thomas 3. p. q. 80. art. 12. aliique apud Castel in 4. distinct. 9. q. 6. Gotti q. 4. dub. 7. §. 3. Billuart diss. 6. art. 2. §. 2. Madalena tom. 2. tract. 3. quæst. 2. art. 2. num. 489. pag. 281. Berti lib. 33. cap. 15. proposit. 5. Colletus tom. 5. cap. 7. art. 2. sect. 4. & alii supra citati. Contrarium tenent Vasquez, Lugo & alii, quos citant, & sequuntur Salmanticenses Scholastici tom. 11. tract. 23. disput. 10. dub. 4. §. 1. num. 52. pag. 912.

VIII. Solus Sacerdos potest conficere Eucharistiæ Sacramentum. Vid. D. Thomas 3. p. q. 82. art. 1. Gotti quæst. 4. dub. 1. §. 1.

IX. Sacerdos quamvis pravus, hæreticus, excommunicatus, & degradatus, valide conficere potest Eucharistiæ Sacramentum. Vid. D. Thomas 3. p. q. 82. art. 5. 7. & 8. aliique quos citat Castel in 4. dist. 13. quæst. 1. & plurimi recentiores.

X. Laici, licet in extrema necessitate, non possunt seipsos communicare. Vid. Gonetus tom. 5. disp. 10. num. 18. Contenson tom. 4. lib. 11. diss. 3. cap. 1. Juenin tom. 2. dissert. 4. q. 5. cap. 2. concl. 2. pag. 240. Concina tom. 8. lib. 3. dissert. 1. cap. 7. num. 7. Gotti, q. 4. dub. 2. §. 3. maxime n. 17.

Ex §. 69. ad 81. & ultimum.

I. Conclusio: Eucharistia non solum est Sacramentum, sed etiam Sacrificium. Vid. D. Thomas 3. part. q. 83. art. 1. Canus lib. 12. de locis cap. 12. ubi orationem de hoc à se in Tridentino habitam affert. Boucart diss. 3. art. 4. pag. 433. Gotti tom. 3. tract. 8. q. 1. dub. 2. §. 3. Berti lib. 33. cap. 19. Ledruin tom. 1. lib. 5. q. 4. pag. 454. Collet tom. 5. tract. de Eucharist. part. 2. cap. 2. à pag. 653. usque ad 682.

II. Sacrificium Missæ essentialiter consistit in consecratione panis, & vini cum ordine ad sumtionem tamquam ad partem integram. Vid. Gotti tract. 8. quæst. 1. dub. 2. Madalena tom. 2. pag. 296. Ferrer tom. 4. tract. 7. disp. 3. dub. ult. pag. 387. Ledruin ibid. quæst. 5. §. 1. concl. 4. & 5. pag. 473. apud Castel in 4. dist. 12. q. 9. alique.

III. Sacrificium Missæ est valoris simpliciter infiniti. Vid. D. Thomas 3. p. q. 83. art. 2. & alii apud Castel in 4. dist. 12. q. 12. Gotti tract. 8. quæst. 2. dub. 1. §. 2. num. 6.

IV. Sacrificium Eucharisticum fuit à Christo Domino institutum in nocte Cœnæ pridie quam pateretur. Vid. concl. 2. ex §. 1. ad 9.

V. Agnus Paschalis præcipua fuit figura Eucharist. Sacramenti. Vid. D. Thomas 3. p. q. 73. art. 6.

VI. Sacerdos celebrans jure divino tenetur utramque speciem consecrare, ac sumere. Vid. D. Thom. 3. p. q. 78. art. 6. & q. 80. art. 12. Gonet tom. 5. disp. 3. art. 6. concl. 1. & alii quos citat Castel in 4. distinet. 11. quæst. 8.

VII.

VII. Christus in nocte Cœnæ suum corpus, & sanguinem sumpsit. Vid. D. Thomas 3. p. q. 81. art. 1. Gotti tract. 8. q. 1. dub. 4. §. 2. Sandini in historia familie Sacre cap. 12. num. 7.

VIII. Sacrificium Missæ est vere propiciatorium. Vid. D. Thom. 3. part. quæst. 83. art. 1. Berti lib. 33. cap. 20.

IX. Sacrificium Missæ solum offertur Deo. Vid. D. Thomas 2. 2. quæst. 85. art. 2. Berti ibid. cap. 20. in fine, seu consecrariis, pag. 119. Gotti tom. 3. tract. 8. quæst. 2. dub. 2. §. 1. Ledruin tom. 1. lib. 5. q. 1. §. 2. & §. 3. q. 1. pag. 445.

X. Christus in ara Crucis verum æterno Patri obtulit Sacrificium. Vid. Ledruin tom. 1. lib. 5. quæst. 3. pag. 452.

XI. A pluribus simul Sacerdotibus offerri potest Sacrificium Eucharistie. Vid. Gotti q. 3. dub. 2. §. 1. Ledruin lib. 5. q. 6. cap. 1. q. 1. pag. 476.

XII. Vero sensu dici potest Eucharistie sacrificium non à Sacerdotibus tantum, sed à tota fidelium societate offerri. Vid. Ledruin ibid. q. 4. pag. 479.

XIII. Pro omnibus omnino hominibus, nedum fidelibus, sed etiam Gentilibus, Hæreticis, Schismaticis, & Excommunicatis offerri potest Eucharistie Sacrificium. Vid. Ledruin tom. 1. lib. 5. q. 7. cap. 1. §. 4. & 2. pag. 483. Gotti tom. 3. tract. 7. q. 2. dub. 2.

XIV. Pro fidelibus defunctis nondum plene purgatis Eucharisticum Sacrificium offerri valet. Vid. Ledruin ibid. §. 3. pag. 485. Gotti q. 2. dub. 4. §. 2. Berti lib. 33. cap. 20. prop. 2.

XV. Pro damnatis minime potest offerri Eucharist. Sacrificium. Vid. Ledruin ibid. §. 5. pag. 487. Gotti ibid. dub. 3. §. 1. Collet tom. 5. tract. de Euch. part. 2. cap. 8. art. 2. pag. 758.

XVI. Pro sanctis in Cœlo regnantibus Sacrificium Eucharisticum, non ad eorum solatium, sed in gratia-

Aaa 2

rum

rum actionem Deo offertur. Vid. Ledruin *ibid.* §. 6. pag. 492. Gotti *dub.* 3. §. 2.

XVII. Eucharistiæ Sacrificium ex opere operato valet ad peccatorum remissionem. Vid. Ledruin *tom.* 1. lib. 5. quæst. 7. cap. 3. q. ult. pag. 496.

XVIII. Missæ, quæ vulgo dicuntur private, licitæ, ac legitime sunt. Vid. Ledruin *lib.* 5. q. 9. §. 1. pag. 501. Gotti *tract.* 7. q. 3. *dub.* 3. §. 2. Berti *lib.* 33. cap. 21. Collet *tom.* 5. de Eucharistia, part. 2. cap. 9. sect. 3. pag. 780.

XIX. Non licet Missam celebrare sine vestibus sacris, ac respondente. Vid. Gotti *quæst.* 3. *dub.* 4. §. 1. & 2. num. 9. Ledruin *q.* 6. cap. 2. §. 2. q. 3. pag. 482. Colletus, Berti, & alii.

XX. Summa est liturgiarum auctoritas ad dogmata Catholica vindicanda. Vid. Ledruin *tom.* 1. lib. 5. quæst. 11. pag. 525.

### Capitulum quintum de Sacramento Pœnitentiæ habet 79. paragraphos.

Ex §. 1. ad 9.

I. Conclusio: Sacramentum Pœnitentiæ vel in re, vel saltem in voto, post baptismum lapsis necessarium est necessitate mediæ. Vid. D. Thomas 3. part. q. 84. art. 7. aliique apud Castel in 4. dist. 14. q. 8. Berti *lib.* 34. cap. 2. prop. 4. Madalena *tom.* 2. pag. 331.

II. Pœnitentiæ Sacramentum distinctum est à baptismo. Vid. Juenin *tom.* 3. dissert. 6. quæst. 1. cap. 3. pag. 15. Madalena *tom.* 2. pag. 319. Berti *lib.* 34. cap. 2. prop. 2. Gotti, Tournely, Chignoli, aliique sexcenti.

III. Peccatores differre non debent conversionem, sed statim moraliter tenentur converti ad Deum per pœnitentiam. Vid. Contenson *tom.* 4. lib. 11. p. 3. cap. 1.

Con-

Concina *tom.* 1. in Decalogum *lib.* 1. dissert. 4. cap. 10. §. 2. & *tom.* 9. *lib.* 1. dissert. 1. cap. 7. quæst. unica. Collet *tom.* 6. part. 1. cap. 4. sect. 3. num. 249. Ledruin *tom.* 2. lib. 6. quæst. 1. cap. 3. §. 5. pag. 16. Billuart *diss.* 4. art. 3. pag. 385.

IV. Pœnitentia est secunda tabula post naufragium. Vid. D. Thomas 3. p. q. 84. art. 6. Estius in 4. dist. 14. §. 1. in fine, alii.

V. Pœnitentia salutaris non solum importat consilii mutationem, seu novæ vitæ propositum, sed etiam vitæ præteritæ displicentiam, & detestationem peccati. Vid. Canus de pœnit. part. 1. Berti *lib.* 34. cap. 4. Colletus *tom.* 6. part. 1. cap. 1. Ledruin *tom.* 2. lib. 6. q. 1. cap. 1. §. 2. Chignoli part. 3. *tom.* 7. art. 4. pag. 126.

VI. Licet ad veram pœnitentiam prærequiratur fides, in eam tamen refundi nequit justificatio impij. Vid. Graveson *tom.* 2. de Mysteriis Christi *diss.* 17. proposit. 2.

VII. Pœnitentia interior est vera virtus, & pars potentialis justitiæ distributiæ. Vid. D. Thomas 3. part. q. 85. art. 1. 2. & 3. Gonet *tom.* 5. tract. 7. art. 1. & 3. aliique quos citat Castel in 4. dist. 14. q. 1. Gotti *tom.* 3. tract. 9. quæst. 2. *dub.* 1. §. 2. Ledruin *tom.* 2. lib. 6. quæst. 1. cap. 2. §. 1.

VIII. Principium pœnitentiæ quantum ad actus est ex timore; distinguitur tamen ab ipso. Vid. D. Thomas 3. p. q. 85. art. 5. Salmanticenses Scholast. *tom.* 12. part. 1. tract. 24. disp. 5. *dub.* 3. §. 4. pag. 341. Ledruin *lib.* 6. q. 1. cap. 4. §. 1. Billuart. *dissert.* 2. art. 2.

IX. Per Pœnitentiam una cum culpa mortalis tollitur reatus pœnæ æternæ, non vero semper reatus pœnæ temporalis. Vid. Div. Thomas 3. part. q. 87. art. 4. Collet *tom.* 6. part. 2. cap. 6. art. 1. num. 14. pag. 499. Gotti, alii.

X. Bona opera, sive merita per sequens peccatum mor-

mor-

mortificata, iterum reviviscunt per poenitentiam. Vid. D. Thomas 3. p. q. 89. art. 1. Gotti tom. 3. tract. 9. quæst. 3. dub. 4. §. 2. n. 7. Berti lib. 34. p. 2. cap. 14. proposit. 2. aliique apud Castel in 4. dist. 14. q. 4.

Ex §. 10. ad 20.

I. Conclusio: Poenitentia est verum novæ legis Sacramentum. Vid. D. Thomas 3. part. quæst. 84. art. 1. Gotti tom. 3. tract. 9. quæst. 1. dub. 1. §. 2. Berti lib. 34. cap. 2. Ledruin, Tournely, Boucat, & alii.

II. Sacramentum poenitentia non consistit in baptismo, baptismive memoria, nec in Evangelii prædicatione, nec in ministerio prorsus exteriori, sed in actibus poenitentis absolutione Sacerdotis informatis. Vid. Supra citati, atque Colletus tom. 6. part. 1. cap. 1. art. 2. pag. 46. & Billuart tom. 3. dissert. 1. de poenitent. art. 1. §. 2. concl. 3. pag. 358.

III. Sacramentum poenitentia fuit à Christo Domino institutum. Vid. D. Thomas 3. part. q. 84. art. 7. Gonetus tom. 5. tract. 5. disp. 1. art. 2. aliique quos citat Castel in 4. dist. 22. quæst. 6.

IV. Sacramentum poenitentia potest pluries iterari, non solum dum adsunt nova peccata, sed etiam dum confitentur dimissa. Vid. D. Thomas 3. part. quæst. 84. art. 10. Salmanticenses Scholastici tom. 12. part. 1. pag. 88. & 269.

V. Materia remota Sacramenti poenitentia sunt peccata post baptismum commissa, etiam venialia, vel jam dimissa. Vid. D. Thomas 3. part. q. 84. art. 2. aliique apud Castel in 4. dist. 14. q. 7. Salmanticenses Scholastici tom. 12. part. 1. tract. 24. disput. 1. dub. 1. §. 4. pag. 86. Gotti tom. 3. tract. 9. quæst. 1. dub. 2. §. 2. Amort tom. 3. disput. 2. quæst. 2. pag. 40. Ledruin tom. 2. lib. 6. quæst. 2. art. 3. §. 3. pag. 43. Colletus, Berti, & alii.

VI. Actus poenitentis, nempe contritio, confessio,

&

& satisfactio in voto sunt partes essentialia, seu materia proxima Sacramenti poenitentia; non vero terrores, aut fides à Luthero conficta, nec mortificatio & vivificatio Calviniana, nec impositio manuum, nec sola absolutio Sacerdotis. Vid. D. Thomas 3. part. q. 93. art. 2. aliique apud Castel in 4. dist. 16. q. 1. Estius in 4. dist. 15. §. 1. & sequent. pag. 199. Salmanticenses Scholastici tom. 12. part. 1. tract. 24. disput. 1. dub. 2. §. 2. pag. 24. Tournely tom. 9. q. 2. art. 3. pag. 53. Colletus tom. 6. part. 1. cap. 3. art. 2. pag. 153. Billuart tom. 3. dissert. 1. art. 2. pag. 361. aliique complures.

VII. Hæc sola verba: *Absolute te*, sunt de essentia formæ Sacramenti Poenitentia. Vid. Thomas 3. part. q. 84. art. 3. aliique apud Castel in 4. dist. 18. q. 5. Berti lib. 34. part. 2. cap. 7. proposit. 3. pag. 203. Similiter Gotti, Billuart, Ledruin aliique sexcenti. Contrarium tenent Salmanticenses Scholastici tom. 12. p. 1. tract. 24. disput. 3. dub. 3. §. 1. num. 143. pag. 156. Madalena tom. 2. tract. 4. quæst. 1. art. 5. num. 608. pag. 336. & alii.

VIII. Etsi laudabiliter adhibeantur præces ante, & post absolutionem Sacerdotis, non tamen sunt de essentia formæ. Vid. supra citati.

IX. Forma absolutionis debet esse indicativa, non vero deprecativa. Vid. D. Thomas opusc. 22. Serry tom. 5. prælect. 7. pag. 166. Berti tom. 4. lib. 34. part. 2. cap. 7. pag. 200. Bernardus Maria de Rubéis diss. 18. in opera D. Thomæ art. 2. num. 3. pag. mihi 203. Billuart diss. 1. de poenit. art. 3. §. 3. pag. 366.

X. Sacerdotes novæ legis vere poenitentes absolvunt, & non solum eos absolutos declarant. Div. Thomas 3. part. quæst. 80. art. 3. Berti lib. 34. part. 2. cap. 7. prop. 2. Tournely tom. 9. q. 2. art. 2. Billuart, tom. 3. diss. 1. de poenit. art. 3. §. 2. concl. 2. pag. 365. Gotti, Colletus, Perrimezzi, alii.

XI.

XI. Absolutio conferenda non est, nisi modestiam, humilitatem, aliaque veræ poenitentia signa præsentibus. Vid. Amort tom. 3. Theologiae Ecclæticæ in appendice ad tract. de poenit. part. 2. pag. 563. Concina tom. 9. lib. 2. dissert. 3. cap. 10. quæst. 7. num. 9. pag. 416.

XII. Per poenitentiam omnia peccata delentur, ac recuperantur virtutes. Vid. D. Thomas 3. p. quæst. 86. art. 1. & q. 89. art. 1. Serry tom. 5. prælect. 1. de poenit. pag. 137. & alii passim.

XIII. Nullum est peccatum, licet gravissimum, quod per poenitentiam non deleatur. Vid. D. Thomas 3. part. q. 86. art. 1. aliique apud Castel in 4. dist. 14. q. 6. Natalis Alexander dissert. 22. in hist. sæc. III. Ledruin tom. 2. lib. 6. q. 3. §. 2. Tournely tom. 9. q. 2. art. 1. Collectus tom. 6. part. 1. cap. 2. art. 1. Berti tom. 4. lib. 34. cap. 3. pag. 137.

XIV. Nullum peccatum, nec veniale quidem, sine poenitentia saltem virtuali remitti potest. Vid. D. Thomas 3. p. q. 86. art. 2. & q. 87. art. 1.

Ex §. 21. ad 31.

I. Conclusio: Contritio, Confessio, & Satisfactio sunt partes Sacramenti poenitentia. Vid. D. Thomas 3. p. q. 90. art. 3. & alii supra citati concl. 6. ex §. 10. ad 20.

II. Contritio est dolor, & detestatio peccatorum cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Vid. D. Thomas in Supplement. q. 1. art. 1. aliique passim.

III. Contritio alia dicitur perfecta, & alia imperfecta, quæ attritio communiter nuncupatur. Vid. Estius in 4. dist. 16. Bened. XIV. lib. 7. de Synodo cap. 13. & alii passim.

IV. Contritio perfecta, quæ est dolor de peccatis propter Deum summe dilectum, semper justificat hominem etiam sine Sacramento. Vid. D. Thomas 3. p. q. 86. art. 1. aliique apud Castel in 4. dist. 16. q. 2. Juenia tom. 3. dissert. 6. cap. 4. art. 1. §. 3. pag. 83.

Bb

Boucat tom. 7. dissert. 4. art. 3. punct. 3. pag. 413. Perrimezzi part. 7. dissert. 371. Tournely tom. 9. q. 3. art. 2. Collectus tom. 6. part. 1. cap. 4. Gotti tom. 3. tract. 9. q. 4. dub. 2. Ledruin tom. 2. lib. 6. quæst. 4. cap. 2. art. 1. pag. 53.

V. Attritio supernaturalis, qua impius detestatur peccata ob gehennæ metum, aut privationem gloria, est bona & Deo placens. Vid. Gotti tom. 3. tract. 9. q. 4. dub. 3. §. 1. Ledruin quæst. 4. cap. 3. art. 1. §. 3. pag. 68. Billuart. diss. 4. art. 5. pag. 388.

VI. Attritio naturalis non sufficit ad Sacramentum Poenitentia. Vid. Pradus in 3. part. q. 85. dub. 5. §. 5. alii super thesim 57. damnatam ab Innocentio XI. Amort tom. 3. disp. 3. q. 1. pag. 57.

VII. Dolor contritionis debet esse major qui esse possit ex parte voluntatis, sive appetitive; imo etiam opranda est contritionis intentio quo ad gradum, licet non sit absolute necessaria. Vid. D. Thomas in Supplement. q. 3. art. 1. Collectus tom. 6. part. 1. cap. 4. §. 4. num. 188. & seq. à pag. 173. Concina tom. 1. tract. de caritate pag. 307. num. 4. & 5. & tom. 9. lib. 1. diss. 1. cap. 6. q. 3. num. 7. Billuart. diss. 4. art. 2. aliique tum in 3. dist. 27. tum 2. 2. quæst. 27. art. 1. & alibi, agentes de amore intensivo, & appetitivo, juxta quem metiendus est dolor contritionis.

VIII. Dolor de peccatis ad Sacramentum poenitentia requisitus debet includere aliquem Dei amorem saltem initialem. Vid. Contenson tom. 4. lib. 11. part. 3. dissert. unica. cap. 2. speculat. 1. pag. mihi 320. Natalis Alexander de poenit. lib. 2. cap. 4. art. 3. prop. 7. Serry tom. 5. disput. 3. prælect. 1. & sequent. à pag. 172. Ledruin tom. 2. lib. 6. q. 4. cap. 4. art. 1. 2. & 3. à pag. 71. usque ad 114. Juenia tom. 3. dissert. 6. q. 4. cap. 4. art. 2. §. 3. pag. 126. Concina tom. 9. lib. 1. dissert. 2. cap. 7. Berti lib. 34. cap. 5. & 6. Billuart tom. 3. tract. de poenit. dissert. 4. art. 7. §. 3. Amort

Tom. II.

Bbb

tom.

tom. 3. Theologiae Eclecticae disput. 3. q. 3. pag. 77. & plures alii contra plurimos apud Castel in 4. dist. 16. quaest. 3. & alibi.

IX. Opinio quae attritionis purae sufficientiam docet, vel ex eo rejicienda est, quod in praxi tuta non sit. Vid. supra citati, praesertim Concina ibid. Amort disp. 3. q. 4. pag. 113. Colletus tract. de poenit. part. 2. cap. 4. sect. 2. punct. 3. num. 559. pag. 279. Juenin tom. 3. diss. 6. q. 4. cap. 4. art. 2. §. 2. pag. 101.

X. Vera contritio non est dolor corporis, sed cordis, non sensuum, sed animi, & voluntatis. Vid. Concina tom. 9. lib. 1. dissert. 1. cap. 6. q. 3. num. 8. pag. 29. & alii passim.

XI. De singulis peccatis mortalibus, quae memoriae occurrunt habendus est explicitus dolor, de occultis vero implicitus, & generalis. Vid. D. Thomas in Supplement. q. 2. art. 3. & 6. Amort tom. 3. disp. 3. q. 14. pag. 150. Concina, & plures alii.

XII. Ad veram contritionem requiritur dolor ac displicentia peccatorum, quatenus sunt offensae Dei summae dilecti, cum proposito confitendi, ac satisfaciendi. Vid. Gotti tom. 3. trac. 9. quaest. 4. dub. 2. §. 2. Berti lib. 34. cap. 5. proposit. 5.

Ex §. 32. ad 42.

I. Conclusio: Ad veram contritionem requiritur propositum constans, & firmum vitandi peccata. Vid. Genetus tom. 4. tract. 6. cap. 5. q. 19. Amort tom. 3. disp. 1. quaest. 2. num. 5. & disput. 3. q. 14. pag. 151. Concina tom. 9. lib. 1. dissert. 3. cap. 2. §. 4. pag. 149.

II. Vera contritio esse non potest nisi dimittantur injuria proximi. Vid. Auctores agentes de obligatione diligendi proximum, ac inimicos in 3. dist. 30. q. 1. apud Castellum, & alios.

III. Contritio perfecta qua quis detestatur peccata pro-

propter Deum summe dilectum, statim, & infallibiliter secum afferit remissionem omnium peccatorum ante receptionem Sacramenti. Vid. Supra concl. 4. ex §. 21. ad 31.

IV. Peccatum mortale est offensae Dei simpliciter infinita, cujus consideratio ad excitandam contritionem valde conducit. Vid. D. Thomas 3. part. q. 1. art. 2. Gonet tom. 3. tract. 5. disput. 9. art. 7. §. 1. alii quae à Castello citati in 4. dist. 15. q. 2. Ex recentioribus Palancus, Gotti, Billuart, alii quae.

V. Confessio Sacramentalis ex praecocepto divino necessaria est ad salutem. Vid. D. Thomas in 4. distinct. 17. art. 1. q. 2. & in Supplement. q. 6. art. 1. Salmanticenses Scholast. tom. 12. part. 2. tract. 24. disput. 8. dub. 1. §. 1. pag. 119. Gonet tom. 5. tract. 5. disp. 8. art. 1. alii quos citat Castellus in 4. dist. 16. q. 5. Berti lib. 34. part. 2. cap. 1. Juenin tom. 3. dissert. 6. cap. 1. art. 1. & seqq. à pag. 175. Ledruin, Gotti, Tournely, Boucat, Concina, Colletus, Chignoli, & alii passim obvii.

VI. Confessio recte diffinitur ab Augustino his verbis: *Confessio est per quam morbus latens, & spem venie aperitur.* Vid. D. Thomas in Supplement. quaest. 7. art. 1. & alii passim.

VII. Confessio Sacramentalis necessario debet fieri Sacerdoti. Vid. D. Thomas in 4. dist. 17. q. 3. art. 3. & in Supplement. q. 8. art. 1. alii quae à Castello citati in 4. dist. 17. q. 7. Juenin tom. 3. diss. 6. quaest. 3. cap. 4. art. 1. pag. 228. Salmanticenses Scholastici tom. 12. part. 2. tract. 24. disput. 12. dub. 5. pag. 495. Collet tom. 6. part. 2. cap. 8. art. 1. pag. 28. Bened. XIV. lib. 7. de Synodo cap. 15. num. 2. & alii.

VIII. Peccatores confiteri debent magna modestia, humilitate, aliisque verae poenitentiae signis. Vid. concl. 11. ex §. 10. ad 20.

Ex §. 43. ad 53.

I. Conclusio: Omnes Christi fideles utriusque sexus peccato lethali coinquinati tenentur Sacramentaliter confiteri, saltem semel in anno, ex præcepto Ecclesiastico. Cui non satisfaciunt per confessionem voluntarie nullam. Vid. Berti lib. 34. part. 2. cap. 6. alique præsertim impugnantes thesim 14. damnatam ab Alexandro VII.

II. Peccator confiteri tenetur in articulo mortis. Vid. Berti lib. 34. part. 2. cap. 8. & alii.

III. Quicumque existit in peccato mortali, & administraturus, vel recepturus est aliquod Sacramentum, prius debet Sacramentaliter confiteri. Vid. Concina tom. 9. diss. 4. cap. 2. q. 10. pag. 164.

IV. Qui timet ne peccata excidant à memoria, debet statim illa confiteri dum potest. Vid. Concina tom. 9. diss. 4. cap. 2. q. 9. pag. 163.

V. Omnia peccata mortalia post baptismum, vel in ipsius receptione commissa, aperienda sunt in confessione, ita ut integritas physica confessionis sit per se necessaria, licet aliquando per accidens sola moralis sufficiat. Vid. D. Thomas in 4. dist. 16. quæst. 3. art. 3. & in Supplement. q. 9. art. 2. Gonet tom. 5. tract. 5. disput. 10. art. 2. alique à Castello citati in 4. dist. 16. q. 8. Milante, & alii in thesim 59. damnatam ab Innocentio XI.

VI. Peccata venialia, vel mortalia jam alias directe remissa non sunt necessario aperienda in confessione, laudabile tamen est, ut sæpius aperiantur. Vid. Berti lib. 34. part. 2. cap. 3. §. 1.

VII. Peccatorum circumstantiæ nedum mutantes speciem, sed etiam notabiliter aggravantes, aut minucentes, necessario aperiendæ sunt in confessione. Vid. Sylvius in Suppl. D. Thomæ q. 9. art. 2. quæsito 2. n. 4. Scr-

Serry tom. 3. prælect. 4. pag. 155. Gotti tom. 3. tract. 9. q. 6. dub. 3. §. 1. Berti lib. 34. part. 2. cap. 3. §. 3. Amort tom. 3. disput. 4. pag. 155. Tournely tom. 9. q. 6. art. 4. Concina tom. 9. lib. 1. diss. 4. cap. 6. pag. 177. Leduin tom. 2. lib. 6. q. 5. cap. 2. respons. 3. pag. 127. Contrarii nobis sunt Madalena tom. 2. Tyrocini moralis tract. 4. quæst. 3. art. 10. num. 824. pag. 441. Ferrer tom. 4. tract. 8. disp. 1. dub. 5. pag. 413. num. 848. alique apud Castel in 4. dist. 16. q. 7. & Salmanticenses Scholastici tom. 12. part. 2. tract. 24. disp. 8. dub. 4. §. 1. pag. 181.

VIII. Peccator tenetur adire confessarium cui ignota sit persona complicitis, si vero non potest, confiteri debet peccatum, etsi complex inde confessario manifestetur. Vid. Serry tom. 5. prælect. 5. pag. 158. Berti lib. 34. part. 2. cap. 3. §. 5. Concina tom. 9. lib. 1. diss. 4. cap. 9. q. 3. pag. 200. num. 6. & sequent. Salmanticenses Scholastici tom. 12. part. 2. disput. 8. dub. 7. §. 2. num. 220. pag. 266. alique ibi citati.

IX. Confessarii nequeunt inquirere à pœnitentibus nomen, & domicilium complicitis, ut eum fraternaliter corrigant. Vid. Benedict. XIV. lib. 6. de Synodo. cap. 11. ac tribus decretis ab ipso emissis.

X. Pœnitens tenetur confiteri consuetudinem peccandi. Vid. Auctores in thesim 58. damnatam ab Innocentio XI.

XI. Peccata mortalia, nedum certa, sed etiam dubia, sive dubio facti, sive confessionis, sive qualitatibus, sunt confitenda ut talia. Vid. Berti lib. 34. part. 2. cap. 3. §. 4. Salmanticenses Scholastici tom. 12. part. 2. tract. 24. disp. 8. dub. 6. §. 1. num. 178. pag. 238. & §. 2. num. 184. pag. 242.

XII. Peccatorum examen præcedere debet confessionem, quique ob negligentiam graviter culpabilem crassam, aut affectam, aliquod peccatum mortale omittit, lethaliter peccat, & tenetur iterum confiteri. Vi-



Concina tom. 9. lib. 1. dissert. 4. cap. 4. Salmant. Scholast. disp. 8. dub. 12. §. 2. num. 303. pag. 223. Curniliati, & alii.

XIII. Penitens tenetur confiteri peccata in precedenti confessione oblita, vel ob imminens vitæ periculum, aliamve causam omitta. Vid. Auctores super thesim 11. damnatam ab Alexandro VII. Viva, Milante, & alii.

XIV. Confessio sacramentalis debet esse nuda, simplex, aperta, prudens, verecunda, aliisque requisitis, ornata. Vid. D. Thomas in Supplementis q. 9. art. 4. Salmanticenses Scholastici tom. 12. part. 2. tract. 24. disput. 8. dub. 13. pag. 334. & sequentibus, aliique sexcenti.

XV. Confessio per internuncium, aut per litteras facta non valet. Vid. D. Thomas in 4. dist. 17. q. 1. art. 1. & in Supplement. q. 9. art. 3. aliique à Castello citati in 4. dist. 17. q. 8. & 11. Pontas verbo *Confessio* casu 35. Concina tom. 9. lib. 2. dissert. 3. cap. 2. Ledruin tom. 2. lib. 6. q. 8. cap. 3. pag. 174. Berti lib. 34. part. 2. cap. 2. thesi 7. Billuart tom. 3. diss. 7. de poenit. art. 3. §. 2. pag. 447. Gotti, Patuzzi, & alii.

XVI. Moribundus sensibus destitutus, si fuerit bonis moribus præditus, absolvi potest saltem sub conditione, licet in eo non appareant signa doloris. Vid. Juenin tom. 7. dissert. 6. q. 7. cap. 4. art. 4. §. 3. pag. 439. Pontas verbo *Absolutio* casu 4. Collet tom. 6. part. 1. cap. 5. n. 450. pag. 451. Berti lib. 34. part. 1. cap. 8. §. 6. Billuart dissert. 6. art. 10. §. 7. sect. 1. concl. 2. pag. 435. aliique citati à Concina tom. 9. lib. 1. dissert. 4. cap. 10. num. 4. pag. 203.

XVII. Sæpius ab uno eodemque homine suscipi potest Sacramentum poenitentiae; imo expedit confessionis frequentia. Vid. Div. Thom. 3. part. q. 84. art. 10. Salmant. Scholast. ibid. pag. 269. Ledruin tom. 2. lib.

6. q. 10. §. 1. pag. 184. Billuart dissert. 1. art. 4. §. 3. alii.

XVIII. Dari potest confessio valida, & informis; non vero Sacramentum poenitentiae validum, & informe. Vid. Collet tom. 6. part. 2. art. 4. num. 730. Berti lib. 34. part. 2. cap. 3. in appendice. Concina tom. 9. lib. 1. dissert. 4. cap. 11. Billuart dissert. 7. de poenit. art. 1. Contrarium tenent Madalena tom. 2. tract. 4. q. 3. art. 7. num. 781. pag. 420. Ferrer tom. 4. tract. 8. disput. 1. dub. 4. pag. 499. Gonet tom. 5. disput. 1. art. 5. & alii apud Castel in 4. dist. 17. q. 6. & apud Salmanticenses Scholasticos tom. 12. part. 2. tract. 24. disput. 8. dub. 11. per totum à pag. 295. usque ad 321.

Ex §. 53. ad 61.

I. Conclusio: Solus Sacerdos est minister Sacramenti poenitentiae. Vid. Concl. 7. ex §. 32. ad 42.

II. Præter potestatem ordinis requiritur in Sacerdote potestas jurisdictionis, sive ordinaria, sive delegata ad valide absolvendum. Vid. D. Thomas 2. 2. q. 391. art. 3. & 4. Gonerus tom. 5. tract. 5. disp. 9. art. 2. aliique apud Castel in 4. dist. 19. q. 1. Salmanticenses Scholastici tom. 12. part. 2. tract. 24. disput. 12. dub. 6. §. 1. num. 38. pag. 503. Collet tom. 6. part. 2. cap. 8. art. 2. num. 62. pag. 39. aliique sexcenti.

III. Simplex Sacerdos jurisdictione carens absolvere nequit à venialibus, nec à mortalibus jam confessis. Vid. D. Thomas in 4. distinct. 19. art. 3. Contenson tom. 4. lib. 11. part. 3. dissert. unica cap. 1. spec. 3. aliique apud Castel in 4. dist. 19. q. 2.

IV. Sacerdos hæreticus, schismaticus, & excommunicatus nunquam absolvere potest, nec quidem in articulo mortis. Vid. Fagnanus super 4. Decretalium cap. *Non est vobis* 11. de sponsalibus pag. mihi 7. Capiucchi in questionibus Theologicis selectis, quest. 11. à pag. 1. usque ad 50. ubi pro hac sententia plurimos

Auctores adducit, quam etiam ex recentioribus tenent Clericatus decisione 45. de poenitentia num. 2. Pontas tom. 1. verbo *Absolutio* casu 34. Concina tom. 9. lib. 2. dissert. 2. cap. 6. §. 2. q. 14. pag. 336. & alii. Contrariam tamen propugnant plurimi, quos citat Castrel in 4. dist. 19. q. 3. & C. Canus de poenit. part. 3. ad 2. pag. 549. Sayrus de Sacramentis lib. 2. cap. 8. art. 2. Billuart tom. 3. tract. de poenit. dissert. 6. art. 8. pag. 427. Colletus tom. 6. part. 2. cap. 8. art. 4. sect. 8. n. 663. pag. 155. Ferraris verbo *Morbundus* n. 33. Cuniliati tom. 2. tract. 14. cap. 6. §. 13. pag. 199.

V. Sacerdos jurisdictione carens nequit indirecte absolvere a reservatis. Vid. Cuniliati ultimæ edition. tom. 2. tract. 14. cap. 4. §. 4. num. 11. pag. 158. & de Eucharistia cap. 2. §. 6. num. 4. in additione pag. 86. Rosselli in compendio Natalis Alexandri tom. 1. lib. 2. de Sacram. poenit. cap. 6. quæst. 19. pag. 315. in calce littera (C).

VI. Poenitentes valde sollicitos esse oportet in inquirendo Confessario docto, prudente, ac pio. Vid. Concina tom. 9. lib. 2. diss. 1. cap. 11. Berti lib. 34. part. 2. cap. 5. maxime §. 3. ubi agit de prudentia confessarii. Mas incommoda probabilissimi pag. 148. n. 179.

VII. Obligatio tacendi peccata in confessione audita, est de jure divino, & naturali. Vid. D. Thomas in 4. dist. 21. q. 3. art. 1. & in suppl. q. 11. art. 1. Gonet. tom. 5. tract. 5. disp. 11. art. 1. Contenson lib. 11. part. 3. diss. unica cap. 1. speculat. 3. aliique apud Castrel in 4. dist. 21. q. 6. Colletus tom. 6. part. 2. cap. 9. pag. 211. Chignoli part. 3. tom. 7. pag. 221. & innumeri alii.

VIII. Confessarii absque necessitate loquentes, maxime cum secularibus, de auditis in confessione, lethaliter peccant. Vid. Berti lib. 34. part. 2. cap. 3. condit. 6. §. 1.

IX. Superiores Ecclesiastici nequeunt uti scientia ex

au-

auditis in confessione, ad exteriorem gubernationem. Vid. Berti ubi supra §. 3. Pontas verbo *Confessarius* 2. casu 13. Collet tom. 6. part. 2. cap. 9. sect. 5. §. 2. pag. 242.

X. Confessarius antequam poenitentes absolvat observare debet an verum dolorem, ac propositum habeant, eosque pro viribus excitare; nec ipsis absolutionem impertiri potest, nisi prudenter judicet illos esse dispositos. Vid. Berti lib. 34. part. 2. cap. 8. Pontas verbo *Absolutio* casu 6. Concina tom. 9. lib. 2. diss. 3. cap. 4. & seq. à pag. 361.

XI. Consuetudinarii, in occasione proxima peccandi existentes, ac restitutionem differentes, regulariter absolvendi non sunt, etsi verbo fateantur esse contritos, atque dispositos. Vid. Auctores in thesim 60. damnatam ab Innocentio XI. præsertim Milante, Concina, tom. 9. lib. 2. dissert. 3. cap. 7. per totum, à pag. 381. usque ad 398. & alibi. Collet, Cuniliati, Amort, Berti, & alii.

XII. Confessarius debet acriter objurgare peccatores in confessione superbe se excusantes, vel refundentes propriam culpam in alios; cisque absolutionem differre, donec fuerint emendati, atque dispositi. Vid. Concina tom. 9. lib. 2. dissert. 3. cap. 10. Berti lib. 34. part. 2. cap. 3. §. 7. conditione 3. 4. & 5.

XIII. Confessarius habens propriam, & sibi probabiliorum opinionem ex parte legis, conformari nequit opinioni poenitentis minus probabilis pro libertate. Vid. Madalena tom. 1. tract. 2. quæst. 1. art. 7. num. 218. pag. 127. & Concina tom. 9. lib. 2. diss. 3. cap. 9. §. 3. pag. 409. & plures alii.

XIV. Qui ex ignorantia omiserunt examen, si confessarii diligentia suppleri potest, absolvendi sunt dummodo verum dolorem, ac propositum præferant. Vid. Berti ibid. §. 7. condit. 2.

XV. Qui summo rubore afficiuntur, nec peccata

Tom. II.

CCc

pan-

pandere audent in confessione, alliciendi sunt cura, & diligentia confessarii. Vid. Berti *ibid.*

XVI. Confessarii cautiissimi esse debent in audientis confessionibus, præcipue feminarum. Vid. Berti lib. 34. part. 2. cap. 15. §. 1.

Ex §. 62. ad 71.

I. Conclusio: Licet Christus plenissime satisfecerit pro peccatis hominum, necesse tamen est poenitentibus, ex præcepto divino, satisfactionem sacramentalem præstare, ut eis applicentur merita Christi. Vid. Div. Thomas in Suppl. quæst. 12. art. 3. Estius in 4. dist. 25. §. 11. pag. 210. Concina tom. 9. lib. 1. diss. 5. cap. 1. q. 2. pag. 208. num. 4. & sequent. Clericatus decisione 2. de poenit. num. 5.

II. Nulla pura creatura potest ad æqualitatem Deo satisfacere pro peccato mortali, vel originali tam proprio, quam alieno. Vid. D. Thomas 3. part. quæst. 1. art. 2. Gotti tom. 3. tract. 1. de Incarnatione quæst. 3. dub. 3.

III. Homo existens in gratia satisfacere potest de condigno pro poena temporali peccato debita, non tamen ex toto rigore justitiæ. Vid. Gotti tom. 3. tract. 9. quæst. 9. dub. 1. §. 1. aliique sexcenti.

IV. Satisfactio in voto est pars essentialis Sacramenti poenitiæ, in re vero est pars integralis. Vid. Gotti tom. 3. tract. 9. q. 9. dub. 2. Gonet tom. 5. tract. 5. disp. 13. art. 3.

V. Confessarii regulariter debent injungere poenitentiam, & poenitentes illam adimplere tenentur. Vid. D. Thom. in 4. dist. 19. & alii apud Castel in 4. dist. 16. q. 9. & dist. 20. q. 14. Salmantic. Scholastici tom. 12. part. 2. tract. 24. disput. 11. dub. 1. §. 1. pag. 423. Gotti tract. 9. q. 9. dub. 2. §. 3. Berti lib. 34. part. 2. cap. 10. prop. 2. & cap. 12. Juenin tom. 3. dissert. 6. quæst. 6. cap. 1. art. 2. & cap. 6. art. 2. pag. 325. Colletus, & alii.

VI.

VI. Non semper dimissa culpa quo ad reatum poenæ aeternæ, dimittitur poena temporalis. Vid. D. Thomas in 4. dist. 19. q. 1. art. 1. & 3. part. q. 86. art. 4. aliique apud Castel in 4. dist. 20. q. 10. Estius in 4. dist. 15. §. 7. pag. 204. Berti lib. 34. part. 2. cap. 10. Gotti tom. 3. tract. 14. q. 3. de Purgatorio dub. 1. §. 5. & tom. 1. de vera Ecclesia art. 10. Juenin tom. 3. disput. 6. quæst. 6. cap. 1. art. 1. Chignoli part. 3. tom. 7. art. 6. prop. 1. pag. 189.

VII. Conveniens fuit Christum statuisse peccatores post baptismum lapsos teneri ad satisfactionem. Vid. Berti lib. 34. part. 2. cap. 10. prop. 3.

VIII. Oportet poenitentes per opera poenalia satisfacere. Vid. D. Thom. in Suppl. q. 15. art. 1. Collet tom. 6. part. 2. cap. 6. art. 2. concl. 1. num. 57. pag. 508.

IX. Homo existens in gratia potest pro alio satisfacere quantum ad solutionem debiti, non tamen potest poenitens propria auctoritate substituere sibi alium, qui loco ipsius poenitentiam impleat. Vid. D. Thomas in Suppl. q. 13. art. 2. & Auctores super thesim 15. damnatam ab Alexandro VII.

X. Poenitentia publica olim in Ecclesia observari solita non semper erat Sacramentalis, sed ante absolutionem, imo & ante baptismum aliquando agebatur. Vid. Gotti tom. 3. tract. 9. q. 10. dub. 1.

XI. Tria tantum peccatorum genera per publicam, seu luctuosam poenitentiam regulariter expiabantur. Nempe lapsus in Idololatriam, homicidium, & adulterium. Vid. Gotti q. 10. dub. 2. §. 2. Berti lib. 34. cap. 13. §. 13.

XII. Poenitentia publica non solum pro peccatis publicis, sed aliquando etiam pro occultis imponebatur; an autem pro istis imponeretur ex vi Canonum, vel aliunde, problema sit. Pro affirmante Vid. Morinus, Arnaldus, Thomassinus, Petavius, Natalis, Juenin, Witasse, & alii. Pro negante, Gotti supra cita-

CCc 2

tus,

tus, Berti cap. 17. maxime §. 11. & 12. Josephus Biner in Thesuro Theologico tom. 12. opusc. 11. §. 3. pag. 182. Colletus tom. 6. part. 2. cap. 6. art. 4. concl. 2. num. 136. pag. 591. Sirmondus, Tournely, & alii.

XIII. Etsi nunc temporis Ecclesia non servet morem antiquum injungendi poenitentiam publicam, debent tamen confessarii habere notitiam Canonum poenitentium, & eisque aliquantulum conformari, ne nimis laxent habenas. Vid. Benedictus XIV. lib. 7. de Synodo cap. 62. Concina tom. 9. lib. 1. diss. 5. cap. 3. §. 3. & cap. 6. q. 3. num. 3. pag. 230. Berti lib. 24. part. 2. cap. 11. §. 2. Ledruin tom. 2. lib. 6. quæst. 6. cap. 2. pag. 146. & plurimi alii.

XIV. Satisfactio Sacramentalis, quæ imponitur à Confesario post absolutionem implenda, nec Christi legi, nec nature rei, nec Ecclesiæ ordinationi adversatur, imò ipsis conformis est. Vid. Auctores in theses 16. 17. & 18. damnatas ab Alexandro VIII. Collet tom. 6. part. 2. cap. art. 3. conclusion. 5. num. 156. pag. 533. Ledruin tom. 2. lib. 6. quæst. 6. cap. 2. §. 4. q. 13. pag. 155. Concina tom. 9. lib. 2. dissert. 3. cap. 8. pag. 399.

Ex §. 72. ad 79. & ultimum.

I. Conclusio: Opera fidelium satisfactoria vim habent ex meritis Christi: unde satisfactione Sacramentali non obscurantur Christi merita, sed potius illustrantur. Vid. Ledruin tom. 2. lib. 6. q. 6. cap. 1. §. 1. ostend. 2. pag. 135.

II. Opera nequeunt esse meritoria, neque satisfactoria, nisi eliciantur ab homine existente in gratia. Vid. D. Thom. 1. 2. q. 114. art. 2. Contenson lib. 7. diss. 5. cap. 2. Ferrer tom. 3. tract. 5. disp. 1. dub. 1. pag. 298. Concina tom. 9. lib. 1. dissert. 5. cap. 2. q. 2. num. 3.

III. Opus bonum in statu mortalis peccati ex actuali

lis

lis gratia auxilio factum, satisfactorium est, non quidem de condigno, sed de congruo saltem latius sumto. Vid. Collet tom. 6. part. 2. cap. 6. art. 2. concl. 2. num. 68. pag. 511. Ledruin tom. 2. lib. 6. quæst. 6. cap. 1. §. 3. q. 4. pag. 139.

IV. Satisfactio sacramentalis in actu exercito, ex opere operato gratiam confert, & poenam temporalem remittit, magis, aut minus, tum pro gradu operis, tum pro satisfaciendis dispositione. Vid. Gonetus tom. 5. tract. 5. disp. 15. num. 35. Collet tom. 6. part. 2. cap. 6. art. 5. concl. 1. & 2. pag. 558. & seq. aliique apud Castel in 4. dist. 20. q. 10.

V. Ad satisfactionem requiritur opus poenale. Vid. concl. 8. ex §. 62. ad 71.

VI. Opera satisfactoria recte reducuntur ad tria, ad orationem scilicet, jejunium, & eleemosynam. Vid. D. Thomas in Supplement. q. 15. art. 3. Clericatus decisione 4. de poenitentia, & alii passim.

VII. Labores, poenæ, calamitates, & quæcumque nos affligunt, etsi naturaliter, aut à Deo proveniant, ad satisfactionem deserviunt, si libenti animo sustineantur. Vid. D. Thomas ibid. art. 2. Concina tom. 9. lib. 1. diss. 5. cap. 1. quæst. 3. num. 10. & sequent. pag. 209. Ledruin tom. 2. lib. 6. quæst. 6. cap. 1. §. 1. ostenditur. 3. pag. 135. & §. 3. q. 4. pag. 140. Clericatus decis. 7. de poenit. num. 3.

VIII. Potest aliquis pro alio satisfacere, non vero conteri, aut confiteri. Vid. D. Thomas in Supplement. q. 13. art. 2.

IX. Poenitentia medicinalis nequit ab alio exequi, quam ab ipso poenitente. Vid. D. Thomas ibid. Gotti tom. 3. tract. 9. q. 9. dub. 1. §. 3.

X. Confessarius negare debet absolutionem poenitenti, qui famam, aut aliud restituere tenetur, & non restituit, dummodo possit. Vid. Pontas verbo *Absolutio* casu 22. & 28. Concina, Cuniliati, & alii.

XI.

XI. Confessarius non semper debet adhibere fidem poenitenti promittenti restituere, vel occasionem proximam vitare, vel alia hujusmodi. Vid. Pontas verbo *Absolutio*, casu 13. aliique super thesim 60. damnatam ab Innocentio XI.

XII. Confessarius nequit injungere poenitentiam levem pro gravibus culpis, etiam intuitu, vel occasione lucrandi jubileum, vel indulgentiam; sed parem criminum, prudenter tamen, & omnibus mature perpensis. Vid. Pontas verbo *Poenitentia injuncta* casu 2. Collet tom. 6. part. 2. cap. 6. art. 3. concl. 3. num. 118. pag. 521. Concina tom. 9. lib. 1. diss. 5. cap. 9. q. 1. & 2. pag. 238. & cap. 11. §. 3. pag. 257.

XIII. Etsi nunc temporis mitigata sit disciplina Ecclesie, debent tamen Confessarii Canones poenitentiales inspicere, ac poenitentibus patefacere quam graviter olim punirentur peccata, ut inde cautiore fiant, & injunctam sibi poenitentiam libentius amplectantur. Vid. concl. 13. ex §. 62. ad 71.

XIV. Peccata publica nunc temporis etiam expianda sunt poenitentia publica. Vid. Concina tom. 9. lib. 1. dissert. 5. cap. 5. Ledruin tom. 2. lib. 6. q. 6. cap. 7. §. 4. q. 3. pag. 152.

### Caput sextum de Sacramento Extremæ Unctionis habet 16. paragraphos.

Ex §. 1. ad 5.

I. Conclusio: Mortis meditatio saepe à Parochis est proponenda fidelibus, maxime in explicatione Sacramenti Unctionis. Vid. Interpretes Scripturæ ad caput 7. Ecclesiastici vers. ultim. Drexelius in Prodrômô æternitatis mortis nuntio tom. 1. pag. 33. aliique Auctores Mystici.

II. Sacramentum infirmis graviter decumbentibus post

post Viaticum nunc dari solitum, merito Extrema unctio nominatur. Vid. Clericatus tom. 1. decis. 61. Ledruin tom. 2. lib. 7. quæst. 1. cap. 3. pag. 201. & alii.

III. Extrema unctio, qua Ecclesia ungit infirmos in mortis periculo constitutos, est verum novæ legis Sacramentum. Vid. D. Thomas in Supplement. q. 29. art. 1. aliique Theologi in 4. dist. 23. Et ex recentioribus, Juenin tom. 3. dissert. 7. q. 2. cap. 2. art. 1. & 2. Clericatus tom. 1. decis. 62. Gotti tom. 3. tract. 11. q. 1. dub. 1. §. 2. Berti lib. 35. cap. 1. Selvagus lib. 3. cap. 13. §. 1. Collet tom. 6. part. 2. tract. de unct. cap. 1. num. 17. Ledruin tom. 2. lib. 7. q. 1. cap. 1. pag. 190. Boucat tom. 6. part. 2. diss. 5. art. unico pag. 538. alii.

IV. Extrema unctio, licet quinque sensibus adhibeatur, est unum tantummodo Sacramentum. Vid. Div. Thom. in Suppl. q. 29. art. 2. Berti lib. 35. cap. 5. thesi 7. Madalena tom. 2. tract. 5. quæst. 1. art. 2. num. 944. pag. 496.

V. Probabilis videtur unctionem quinque sensuum non esse de essentia, sed solum de integritate Sacramenti unctiois. Vid. Sylvius in Supplement. Div. Thomæ q. 32. art. 6. quaritur 2. pag. 133. Contensonii continuator lib. 11. part. 4. dissert. 1. cap. 1. Gotti tract. 11. quæst. 1. dub. 2. §. 2. num. 16. Bened. XIV. lib. 7. de Synodo cap. 18. num. 2. & 3.

VI. Materia remota Sacramenti unctiois est oleum olivarum ab Episcopo benedictum. Vid. D. Thomas in 4. dist. 23. quæst. 5. art. 1. & in Suppl. q. 29. art. 4. & seq. aliique apud Castel in 4. dist. 23. quæst. 2. Gotti tract. 11. q. 2. dub. 2. Benedict. XVI. lib. 7. de Synodo cap. 16. Ledruin tom. 2. lib. 7. quæst. 2. cap. 1. §. 1. & 2. pag. 202. Clericatus tom. 1. decis. 64.

VII. Unctio sensuum infirmorum à Sacerdote peracta, est materia proxima Sacramenti unctiois. Vid. Gotti ibidem dub. 2. §. 2. num. 13. & alii.

Ex

Ex §. 6. ad 10.

I. Conclusio: Forma Sacramenti unctionis deprecatoris verbis est proferenda. Vid. D. Thomas in 4. dist. 23. q. 1. art. 2. & in Supplement. quest. 29. art. 8. aliique apud Castel in 4. dist. 23. quest. 3. Ex recentioribus Gotti tract. 11. quest. 1. dub. 3. num. 7. Berti lib. 35. cap. 6. prop. 3. Bened. XIV. lib. 7. de Synodo cap. 17. Clericatus tom. 1. decis. 68. n. 7.

II. Probabile est validum esse Sacramentum unctionis cum forma indicativa. Vid. Gotti ubi supra n. 10. Berti cap. 6. proposit. 2. Bened. XIV. ibid.

III. In administratione Sacramenti unctionis adhibenda sunt preces necessitate precepti. Vid. Continuator Contensonii tom. 4. lib. 11. part. 4. dissert. 1. cap. 1. spec. 3. Clericatus tom. 1. decis. 74. n. 20.

IV. Sacramentum unctionis fuit immediate institutum à Christo, probabilis post resurrectionem, Joan. 20. Vid. D. Thomas in 4. dist. 23. quest. 1. art. 1. & in Suppl. q. 29. art. 3. aliique apud Castel in 4. dist. 23. q. 1. Berti lib. 35. cap. 3. Marchantius in Candelabro mystico tract. 6. lect. 1. prop. 2. Ledruin tom. 2. lib. 7. quest. 4. cap. 1. §. 1. & 2. pag. 117. Clericatus tom. 1. decis. 63. alii.

V. Sacramentum unctionis solis conferri potest infirmis, non vero sanis. Vid. D. Thomas in 4. dist. 23. quest. 3. art. 2. & in Suppl. q. 32. art. 1. & 2. aliique apud Castel in 4. dist. 23. q. 7. Gotti q. 4. dub. 1. §. 2. Berti lib. 35. cap. 9. Collet tom. 6. part. 2. cap. 5. n. 10. Ledruin tom. 2. lib. 7. quest. 5. cap. 1. §. 1. Benedict. XIV. lib. 7. de Synodo Diocesana cap. 20. Clericatus decis. 79. ubi n. 15. docet unctionem à Gracis collatam sanis non esse Sacramentalem.

VI. Non omnibus infirmis, sed solum graviter decumbentibus administranda est extrema unctio; non tamen expectandus est ultimus vite periodus, sed dum ad-

adhuc sensus, & cognitio vigent. Vid. D. Thomas in Suppl. quest. 32. art. 2. Gotti ubi supra dub. 2. §. 2. Ledruin ibid. Benedic. XIV. lib. 7. de Synodo cap. 22. Clericatus decis. 74. n. 34.

VII. Nec pueri ante usum rationis, nec perpetuo amentes, nec qui post baptismum actualiter non peccarunt, Sacramentum unctionis recipere possunt. Vid. D. Thomas in Suppl. q. 32. art. 3. Madalena tom. 2. pag. 505. num. 964. Gotti, & alii.

VIII. In administratione Sacramenti unctionis, quinque sensuum organa inungi debent, saltem ex necessitate precepti. Vid. D. Thomas in 4. dist. 23. q. 2. art. 7. & in Suppl. quest. 32. art. 6. aliique apud Castel in 4. dist. 23. quest. 5. Gotti quest. 1. dub. 2. §. 2. num. 14. Berti lib. 35. cap. 5.

Ex §. 11. ad 16. & ultimum.

I. Conclusio: Sacramentum unctionis potest pluries iterari, dum idem subjectum post aliquod tempus in eodem periculo reperitur. Vid. D. Thomas in Suppl. quest. 33. art. 1. Gotti quest. 2. dub. 2. §. 1. Berti lib. 35. cap. 11. q. 5.

II. Extrema unctio conferri debet post poenitentiam, & viaticum, licet olim ante viaticum conferretur. Vid. Bened. XIV. lib. 7. de Synodo cap. 23. Berti lib. 35. cap. 11. q. 4.

III. Extrema unctio recipi debet in statu gratiæ saltem existimate: unde infirmus, si possit, prius confiteri tenetur. Vid. Gotti quest. 4. dub. 3. §. 2. num. 7. Clericatus decis. 80. num. 1. & 2.

IV. Extrema unctio, saltem sub conditione, deneganda non est fidelis sensibus destituto, nisi in actuali peccato correpto. Vid. Benedict. XIV. lib. 7. de Synodo cap. 22. Colletus, Concina, & plures alii.

V. Soli Sacerdotes sunt ministri Sacramenti unctionis. Vid. D. Thomas in 4. dist. 23. q. 2. art. 1. aliique  
Tom. II. Ddd apud

apud Castel ibid. q. 6. Clericatus decis. 69. Gotti q. 4. dub. 1. §. 1. Madalena tom. 2. pag. 506. Bened. XIV. lib. 7. de Synodo cap. 19. Ledruin tom. 2. lib. 7. q. 4. cap. 2. §. 1. aliiq. cum D. Thom. in Supp. q. 31. art. 1. & seqq.

VI. Solus Parochus loci ubi jacet infirmus, vel alius Sacerdos à Parocho delegatus potest licite administrare Sacramentum unctionis, nisi in casu necessitatis. Vid. Bened. XIV. loco supra cit. n. 7. Pontas verbo *Extrema unctio*, casu 16. Gotti, Clericatus, & alii.

VII. Nullo præcepto plures Sacerdotes sunt necessarii ad eundem infirmum unguendum, licet in Ecclesia Græca septem adhibeantur, & in Latina olim etiam plures adhiberentur. Vid. Gotti q. 3. dub. 2. §. 2. Benedictus XIV. loco sup. cit. Ledruin lib. 7. q. 4. cap. 2. §. 2. & alii.

VIII. Primarius, & principalis effectus Sacramenti unctionis non est remissio peccatorum etiam venialium, quo ad culpam; sed gratia roborans animam contra debilitates ex peccato relictas, licet ex consequenti culpa etiam remittatur. Vid. D. Thomas in 4. dist. 23. quæst. 2. art. 1. & in Suppl. q. 30. art. 1. & 2. aliiq. apud Castel in 4. dist. 23. quæst. 4. Madalena tom. 2. tract. 5. q. 1. art. 4. num. 950. pag. 499. & num. 954. Solvens objectionem ex Catechismo, Gotti, Billuart, alii.

IX. Sanitas corporis, si expediat, & alleviatio infirmi contra timorem mortis, & insidias diaboli, sunt etiam effectus Sacramenti unctionis. Vid. supra citati, Berti lib. 35. cap. 10. Clericatus decis. 82. & alii.

X. Parochi tenentur etiam tempore pestis Sacramentum unctionem fidelibus administrare. Vid. Marchantius in Candelabro mystico tract. 6. lect. 3. circa medium pag. 524. Pontas verbo *Parochus* casu 4. Berti lib. 35. cap. 11. quæst. 2. Clericatus decis. 71. num. 9. ubi plures pro hac opinione citat, licet ipse num. 18. cum aliis aliter opinetur. Vid. etiam ipse decisione 72. num. 13.

ubi

ubi docet simplices Sacerdotes in casu necessitatis tene-ri hoc Sacramentum conferre infirmo qui confiteri non potuit, & morti proximus est.

XI. Infirmi graviter decubentes tenentur sumere Sacramentum unctionis. Vid. Cartier tom. 4. tract. 6. cap. 4. §. 2. num. 69. Concina tom. 10. dissert. 1. cap. 4. num. 7. Ledruin tom. 2. lib. 7. quæst. 5. cap. 2. Clericatus decis. 81. num. 1. & seq.

XII. Extrema unctio differenda non est usque ad ultimum infirmæ agonem. Vid. Concl. 6. ex §. 6. ad 10.

### Caput septimum de Sacramento Ordinis habet 34. paragraphos.

Ex §. 1. ad 9.

I. Conclusio: Sacramentum Ordinis est Ecclesie simpliciter necessarium. Vid. D. Thomas 3. part. q. 63. art. 4. & in Supplement. quæst. 34. art. 1. aliiq. agentes de necessitate Sacramentorum. Gotti tom. 3. tract. 12. q. 1. dub. 1. §. 2. & alii.

II. Ad licite recipiendos ordines necessaria est Dei vocatio. Vid. Concina tom. 10. dissert. 2. cap. 7. §. 2. pag. 27. Colletus tom. 3. part. 1. art. 1. Cartier tom. 4. tract. 7. part. 3. cap. 1. §. 2. num. 284. pag. 131. Ledruin tom. 2. lib. 8. q. 9. cap. 2. §. 1. pag. 315. alii.

III. Episcopus nequit licite ordinare nec quidem necessitatis prætextu, quos iudicat divina vocatione carere. Vid. D. Thomas in Supplement. q. 36. art. 4. Pontas verbo *Ordo*, casu 22. Concina tom. 10. lib. 1. diss. 22. cap. 10. q. 4. n. 12. pag. 41. Clericatus decis. 40. n. 22.

IV. Licitum est Deo, ac Ecclesie servire intuitu mercedis. Vid. D. Thomas 2. 2. q. 17. art. 7. aliiq. in theses 10. & 13. damnatas ab Alexand. VIII.

V. Qui sufficiens habent patrimonium, possunt eo ad victum non uti, & vivere ex bonis Ecclesiasticis.

Ddd 2

Vid.

Vid. Collet tom. 3. part. 1. cap. 1. art. 3. sect. 3. concl. 2. pag. 44. Oppositum tenet Van-Espen tom. 3. part. 2. sect. 4. tit. 1. de peculio Clericorum cap. 5. pag. 198.

VI. Ecclesiastici non sunt veri domini bonorum Ecclesie. Vid. Concina tom. 2. dissert. 6. cap. 8. Cuni-liati tom. 1. trac. 4. cap. 12. §. 6. n. 5. & seq. pag. 237. Collet ubi supra, & alii plures contra plurimos alios, quos sequitur Billuart tom. 2. tract. de justitia & jure dissert. 3. art. 5. pag. mili 222. & in compendio, monito ad Concina. Vid. Prælect. 21. pag. 277. in calce litt. (B).

VII. Episcopi sunt presbyteris superiores jure di-vino. Vid. D. Thomas in Supplem. q. 40. art. 4. Gotti tract. 12. q. 5. dub. 1. §. 2. & alii.

VIII. Potestas ordinis non distinguitur adæquate à potestate jurisdictionis. Vid. Madalena tom. 2. tract. 4. q. 4. art. 1. n. 840. pag. 450. Gotti tom. 3. tract. 9. q. 7. dub. 2. §. 2. n. 7.

IX. Sacerdotes novæ legis vere peccatores absol-vunt, & non solum absolutos declarant. Vid. Div. Thomas 3. part. q. 80. art. 5. Berti lib. 34. part. 2. cap. 7. proposit. 2. Tournely tom. 9. quæst. 2. art. 2. & alii agentes de poenitentia.

X. In Ecclesia esse debet Ordo, seu ordinatio dis-tincta ab ordine laicorum. Vid. Serry tom. 4. prælect. 5. & 6. de Sacramentis à pag. 184. Tournely tom. 10. q. 1. pag. 4. Gotti tom. 3. tract. 12. q. 1. dub. 1. §. 2. n. 4.

Ex §. 10. ad 19.

I. Conclusio: Ordo est verum novæ legis Sacramen-tum. Vid. D. Thomas in 4. dist. 24. q. 1. art. 1. & in Suppl. q. 34. art. 2. alique apud Castel in 4. dist. 24. q. 1. Ex recentioribus Ledruin tom. 2. lib. 8. quæst. 1. §. 1. pag. 237. Gotti tom. 3. tract. 12. quæst. 1. dub. 2. §. 2. pag. 331. Berti lib. 36. cap. 1. Juenin, Cleri-catus, Boucat, Tournely, Colletus, Concina, Billuart, Chignoli, &c.

II.

II. In Ecclesia jam ab initio septem sunt ordines Ecclesiastici. Vid. D. Thomas in Supplement. q. 37. art. 2. Ledruin tom. 2. lib. 8. q. 2. cap. 1. §. 1. pag. 241. Gotti tom. 3. tract. 12. q. 4. dub. 1. §. 2. Berti lib. 36. cap. 2. §. 1. Clericatus decision. 3. de Ordine. Tournely tom. 10. q. 6. art. 1. pag. 166.

III. Ordinandi conferri debet prima tonsura, quæ recte formatur in modum corona. Vid. D. Thomas in Suppl. q. 40. art. 1. Ledruin tom. 2. lib. 8. part. 2. sect. 1. §. 7. & 8. pag. 321. Berti lib. 36. cap. 3. in principio. Clericatus decis. 10. Chignoli part. 3. tom. 8. art. 3. §. 1. pag. 139.

IV. Prima tonsura non est proprie Ordo. D. Thom. in Suppl. q. 40. art. 2. Berti ubi supra cap. 3. Cleri-catus decis. 11.

V. Probabile est omnes & singulos ordines etiam minores esse Sacramentum. Vid. D. Thomas in 4. dist. 24. q. 2. alique apud Castel ibidem. Berti lib. 36. cap. 4. proposit. 2. & alii citati à Benedicto XIV. lib. 7. de Synodo cap. 24. num. 3. Clericatus decis. 6. n. 25.

VI. Dantur veri energumeni, ad quos sanandos ordi-nantur Exorcistæ. Vid. differentia inter energumenum, obsessum, possessum, aliasque demoniacorum species. Apud Pontas verbo *Energumenus*, Clericatum, decis. 19. & alios. Consulantur etiam Gervasii Pisurni Ord. Minimumum Enchiridion exorcisticum Genævæ editum anno 1667. Gaspar Schottus in physica curiosa lib. 4. Fridericus Hoffman in dissert. physico medica curiosa de diaboli potentia in corpora, pag. 121. opusculorum edit. Venetæ anni 1738. Paulus Zacchias, Feyjoo, & alii.

Nota: De materia, forma, & officiis minorum ordi-num, atque Subdiaconatus agunt Gotti tom. 3. tract. 12. q. 8. dub. 2. §. 1. & 2. Berti lib. 36. cap. 5. Natalis Alexander, Clericatus, & alii, quos consulere quisque poterit.

Ex



Ex §. 20. ad 28.

I. Conclusio: Diaconatus est verum Sacramentum, Vid. Ledruin tom. 2. lib. 8. part. 2. sect. 4. §. 2. pag. 354. Gotti tom. 3. tract. 12. q. 7. dub. 1. Berti lib. 36. cap. 6. prop. 2. Clericatus decis. 29. Chignoli part. 3. tom. 8. art. 3. §. 3. pag. 156. & seq.

II. Materia essentialis, & adæquata Diaconatus coalescit ex impositione manus dexterae Episcopi super caput ordinandi, & ex traditione libri Evangeliorum, Vid. Gotti ibid. quæst. 7. dub. 2. & alii.

III. Presbyteratus, seu Sacerdotium est verus ordo, & Sacramentum novæ legis. Vid. Gotti tom. 3. tract. 12. q. 6. dub. 1. §. 2. Berti lib. 36. cap. 8. prop. 1. Clericatus decisione 32.

IV. Satis probabile est materiam adæquatam ordinationis Presbyteratus esse primam impositionem manuum, & simul traditionem calicis cum vino, & patenæ cum hostia. Vid. D. Thomas in Suppl. quæst. 37. art. 5. aliique apud Castel in 4. dist. 24. quæst. 4. Gotti tom. 3. tract. 12. quæst. 6. dub. 2. §. 2. num. 5. Contrarium tenet Ledruin tom. 2. lib. 8. part. 2. q. 5. §. 2. assert. 5. pag. 362. docens solum consistere in secunda manuum impositione.

V. Dogma fidei est dari externum Sacerdotium, præter internum. Vid. concl. 10. ex §. 1. ad 9.

VI. Necessaria est Ecclesiastica Hierarchia, ad quam pertinet ut non unus sit Sacerdotum gradus, licet tantum sit unus presbyteratus ordo. Vid. Rieger tom. 1. jurispr. Ecclesiast. part. 1. cap. 2. §. 51. & seq. à pag. 105. Roselli in compendio Natalis Alexand. tom. 2. lib. 2. tract. 9. cap. 2. pag. 90. Tournely tom. 10. præfat. & q. 1. de ordine, aliique complures cum D. Thoma in Supplement. q. 37. art. 1.

VII. Episcopi sunt presbyteris superiores. Vid. D.

Tho-

Thomas in Supplement. q. 40. art. 4. Gotti tract. 12. q. 5. dub. 1. Berti lib. 36. cap. 11.

VIII. Episcopatus non est ordinis Sacramentum distinctum à presbyteratu. Vid. D. Thom. in Supplement. quæst. 40. art. 5. D. Bonaventura in 4. dist. 24. part. 2. art. 2. q. 3. aliique apud Castellum ibid. q. 3. Gonet disp. 4. de ordine art. 2. §. 1. Capisacchius controuv. 28. q. 1. §. 2. pag. 823. Joannes à S. Thoma tom. 1. pag. 167. Bernardus Maria de Rubels dissert. 27. art. 4. in opera D. Thomæ Ferrer tom. 4. tract. 8. disp. 2. dub. 2. concl. 3. num. 871. pag. 435. At vero Gotti tract. 12. q. 5. dub. 2. §. 1. Berti lib. 36. cap. 9. Ledruin tom. 2. lib. 8. part. 2. sect. 6. §. 5. pag. 384. & alii oppositum opinantur.

IX. Summus Pontifex jure divino est supra Episcopos. Vid. Gotti tract. 12. q. 5. dub. 5. §. 1.

Ex §. 29. ad 34. & ultimum.

I. Conclusio: Solus Episcopus est minister ordinarius Sacramenti ordinis. Vid. Div. Thom. in Suppl. q. 38. art. 1. aliique apud Castel in 4. dist. 25. q. 1. Gotti tract. 12. q. 2. dub. 1. Tournely tom. 10. q. 4. art. 2. concl. 1. pag. 55. alii.

II. Episcopi hæretici, schismatici, & excommunicati valide conferunt ordines. Vid. D. Thomas in Suppl. q. 38. art. 2. aliique apud Castel in 4. dist. 25. q. 3. Gotti tract. 12. q. 2. dub. 2. Berti lib. 36. cap. 14. & 15. Ledruin tom. 2. lib. 8. part. 1. q. 6. cap. 4. §. 1. pag. 271. Tournely tom. 10. quæst. 5. art. 1. pag. 127.

III. Simplex Sacerdos ex dispensatione Summi Pontificis potest esse minister extraordinarius ordinum minorum, ac Subdiaconatus, non vero diaconatus, & Sacerdotii. Vid. D. Thomas in 4. dist. 25. q. 1. art. 1. aliique apud Castel ibid. q. 2. Gotti tract. 12. quæst. 2. dub. 4. Berti lib. 36. cap. 13. §. 3.

IV. Ad recipiendos licite ordines requiritur probitas, atque scientia. Vid. D. Thomas in Suppl. q. 36. art.

art. 1. & 2. Ledruin tom. 2. lib. 8. q. 9. cap. 2. §. 2. pag. 316. Concina tom. 10. lib. 1. diss. 2. cap. 10. q. 2. & 3. pag. 39. & alii passim.

V. Nec baptismo earentes, neque feminae possunt valide ordinari. Vid. D. Thomas in Suppl. q. 39. art. 2. aliique apud Castel in 4. dist. 24. quæst. 5. & dist. 25. q. 4. Gotti tract. 12. q. 3. dub. 1. & 2. Berti lib. 26. cap. 16. Clericatus decis. 40. Tournely tom. 10. q. 4. art. 4. pag. 80. & 87. & alii.

VI. Adeo absurda est fabula Joannæ Papissæ, ut ab hæreticis cordationibus etiam exsuffletur. Vid. Gaspar Schottus in Physica curiosa part. 1. lib. 3. de mirabilibus hominum cap. 18. à pag. 423. usque ad 436. Natalis Alexander tom. 6. dissert. 3. in sec. 9. & 10. à pag. 331. usque ad 337. edit. Venet. anni 1776. Petrus Anatus in apparatu tom. 2. lib. 6. art. 12. pag. 274. Tournely tom. 10. q. 4. art. 4. pag. 89. Ledruin tom. 2. lib. 8. part. 1. q. 8. ad inst. 5. pag. 298. aliique sexcenti.

VII. Pueris, amentibus, & emergentibus Sacramentum ordinis conferri valide potest, non vero licite. Vid. D. Thomas in Suppl. quæst. 39. art. 2. Gotti ubi supra. Berti ibid. proposit. 3. oppositum probabilius opinatur Tournely tom. 10. q. 4. art. 4. pag. 82. dicens nec quidem valide illis conferri ordines.

VIII. Non valet ordo collatus invitis, & omnino reluctantibus. Vid. Berti cap. 16. prop. 4. Tournely ibid. pag. 86. alii.

IX. Sacramentum ordinis confert gratiam, & characterem imprimi. Vid. D. Thomas in Suppl. q. 35. art. 1. & 2. Gotti tract. 12. q. 3. dub. 3. & alii passim.

X. Numquam reiteratum est ordinis Sacramentum à legitimo ministro sub præscripta forma collatum. Vid. Selvagus lib. 3. antiquit. Ecclesiast. cap. 14. in appendice à pag. 145. ubi Morini opinionem impugnat, & §. 3. oppositis argumentis recte respondet.

Ca-

### Caput octavum de Sacramento Matrimonii habet 34 paragraphos.

Ex §. 1. ad 8.

I. Conclusio: Parochi tenentur sedulo explicare fidelibus doctrinam Sacramenti Matrimonii. Vid. Marchantius in Candelabro mystico tract. 8. per totum. Nicolaus Tourneux in institutionibus Christianis de Sacramento matrimonii, & Gallico in Hispanum sermonem à quadam nobilissima femina versis, & Barcinone in lucem editis anno 1774. directione, ac epistola in fronte præfixa Illustrissimi Josephi Clementii tunc Episcopi Barcinonensis. Aliique agentes de obligationibus Parochorum à nobis alibi memorati.

II. Conjunctio, qua mas & femina prolis generanda, fovendæ, ac educandæ causa, indissolubili vinculo uniantur, recte dicitur *Matrimonium, conjugium, consortium, nuptiæ*. Vid. D. Bonavent. in 4. dist. 27. art. 1. q. 2. D. Thomas ibid. & in Supplement. q. 44. art. 2. Serry tom. 5. prælect. 1. de matrim. pag. 63. Ledruin tom. 2. lib. 9. q. 1. in principio. Clericat. decis. 1. de Matrim. Vinnius ad §. 1. tituli 9. Tournely, Collet, Gotti, Berti, alii.

III. Virginitas, & continentia vidualis perfectior est matrimonio. Vid. D. Thomas 2. 2. quæst. 152. art. 4. & in Suppl. quæst. 96. art. 5. & alibi. Sorus in 4. dist. 30. q. 2. art. 1. præsertim pag. 180. col. 2. & alii apud Castel in 4. dist. 33. q. 7. Ambrosius Catharinus in opusculo de coelibatu contra Erasmus. Gotti de vera Ecclesia contra Piceninum. Ledruin tom. 2. lib. 9. q. 2. cap. 3. pag. 424.

IV. Matrimonium licitum est, & honestum. Vid. Ledruin tom. 2. lib. 9. q. 2. cap. 1. pag. 413. Gotti tom. 3. tract. 13. q. 1. dub. 1. §. 1. pag. 529. Berti  
Tom. II. Eec tom.

tom. 4. lib. 27. cap. 1. pag. 301. Concina tom. 10. lib. 2. cap. 3. pag. 109. Selvagus lib. 3. antiquit. Eccles. cap. 15. §. 1. pag. 152.

V. Matrimonium recte definitur: *Viri, & mulieris maritalis conjunctio inter legitimas personas indivisiuam vite consuetudinem retinens*. Vid. D. Thomas in Suppl. quæst. 44. art. 3. aliiq. apud Castel in 4. dist. 26. q. 1. Ledruin tom. 2. lib. 9. quæst. 1. in initio. Clericatus decis. 1. Tournely tom. 11. quæst. 1. Collet tom. 8. cap. 1. num. 6. & plures alii.

VI. Essentia matrimonii consistit in vinculo conjugum ab eorum consensu proveniente. Vid. D. Thomas in Suppl. q. 44. art. 1. & alibi. Clericatus, Tournely, aliiq. apud Castel in 4. dist. 26. q. 1.

VII. Mutuus consensus viri & feminae, verus ac de presenti, verbis aut signis expressus, est causa efficiens matrimonii, saltem sub ratione contractus. Vid. D. Thomas in Suppl. q. 45. art. 1. aliiq. apud Castel in 4. dist. 27. q. 4. Gotti tom. 3. quæst. 3. dub. 1. §. 3. Ledruin tom. 2. lib. 9. q. 1. §. 1.

VIII. Futurarum nuptiarum promissio matrimonium non efficit, sed sponsalia. Vid. D. Thomas in Supplementis q. 43. art. 1. aliiq. sexcenti.

IX. Consensus contrahentium adeo necessarius est ad matrimonium, ut nulla potestas humana in eo valeat dispensare, licet Deus fortasse id possit. Vid. Madalena tom. 2. tract. 6. q. 3. art. 4. pag. 606. Berti tom. 4. lib. 27. cap. 4. pag. 311. Gotti tom. 3. tract. 13. q. 3. dub. 1. §. 1. & 2. aliiq. complures.

X. Nutus, & signa interni consensus, imo & taciturnitas ex verecundia puellæ, pro qua parentes respondent, sufficiunt ad matrimonium; debet tamen curare Parochus, ut ipsi contrahentes per se consensum ostendant. Vid. Pontas tom. 2. verbo *Matrimonium III.* casu 2. & 3. pag. 514. & alii passim.

XI. Carnalis copula non est de essentia matrimonii, nec

nec ad hujus valorem requiritur consensus expressus in illam, sed solum implicitus. Vid. D. Thomas in Suppl. quæst. 48. art. 1. aliiq. apud Castel in 4. dist. 26. q. 6. Berti tom. 4. lib. 37. cap. 3. pag. 307. Concina tom. 10. lib. 2. diss. 1. cap. 2. pag. 107. Gotti tract. 13. q. 2. dub. 4. §. 1. & q. 3. dub. 7. §. 1. Ledruin tom. 2. lib. 9. q. 1. §. 4. pag. 405. Tournely tom. 11. q. 1. concl. 1. pag. 5. Collet tom. 8. cap. 1. num. 16. pag. 4. alii.

XII. Adamus, & Eva in statu innocentie, licet matrimonio juncti, carnalem copulam non habuerunt, habuissent tamen ad filios generando, etiamsi originalem justitiam conservassent. Vid. Scripturæ interpretes super Genesim, & Theologi cum Divo Thoma 1. part. quæst. 98. art. 1. & apud Castel in 2. dist. 20. q. 1. Suarez lib. 5. de opere sex dierum cap. 1. Perrimezzi part. 2. dissert. 159. post. medium pag. 388. Gotti, Berti, & alii.

XIII. Inter Beatam Virginem, & Sanctum Josephum fuit verum Matrimonium, numquam vero carnalis copula. Vid. D. Thomas 3. p. q. 29. art. 2. aliiq. ibid. ac in 4. dist. 26. Gonetus tom. 5. trac. 8. disp. 4. art. 6. §. 3. & 4. Capisucchius controv. 14. pag. 318. Gotti tom. 1. de veritate Religionis Christianæ tract. 5. cap. 4. Billuart tom. 3. dissert. 3. de Matrim. in digres. historica. Clericatus de Matrimonio decisione 3. num. 1. & sequent. Ledruin tom. 2. lib. 9. quæst. 1. §. 4. probatione 1. pag. 405. & infra pag. 408. ad argumenta. Madalena tom. 2. tract. 6. q. 1. art. 6. pag. 554.

Ex §. 9. ad 14.

I. Conclusio: Matrimonium etiam inter fideles validum esse potest sub ratione contractus, & non sub ratione Sacramenti. Vid. Madalena tom. 2. tract. 6. q. 3. art. 2. pag. 599. & alii ibi citati, & apud Castel in 4. dist. 26. q. 2. Gonet tom. 5. tract. 8. disp. 2. art. 3.

Eec 2

Ber-

Berardi Comment. in jus Ecclesiast. tom. 3. diss. 1. q. 3. pag. 21. Tournely, Collet, alii.

II. Matrimonium ut officium naturæ fuit institutum initio mundi. Vid. D. Thom. in Suppl. q. 42. art. 2. Marchantius in Candelabro tract. 8. lect. 1. proposit. 1. pag. 542. aliiq. apud. Castel in 4. dist. 26. q. 5. & alibi. Serry tom. 5. tract. de matrimonio, dissert. 1. prælect. 2. pag. 66. & plurimi recentiores.

III. Matrimonium etiam sub ratione contractus est indissolubile jure divino, & naturali. Vid. D. Thom. in Suppl. q. 67. art. 1. & alii apud Castel in 4. dist. 27. q. 5. Serry tom. 5. prælect. 6. pag. 84. Clericatus dec. 7. & seq. Gotti tract. 13. q. 5. dub. 1. §. 2. Madalena tom. 2. pag. 361. Roselli tom. 6. Philosoph. quæst. 12. art. 2. pag. 606. editionis Romanæ.

IV. Matrimonium sub ratione contractus inter infideles consummatum, dissolvi potest per baptismum unius, si alter converti nolit. Vid. Gotti tom. 3. tract. 13. q. 5. dub. 4. §. 2. & plurimi alii.

V. Matrimonium consummatum inter fideles nullo modo dissolvi potest. Vid. Gonet tom. 5. pag. 578. Gotti tom. 3. tract. 13. q. 5. dub. 5. §. 2. & alii.

VI. Matrimonium ratum, & non consummatum inter fideles, dissolvi potest per solemnem professionem Religiosam. Vid. Marchantius in Candelabro mystico lect. 14. prop. 2. pag. 576. Serry tom. 5. prælect. 8. pag. 101. Gotti tract. 13. q. 5. dub. 3. §. 1. Ledruin tom. 2. lib. 9. quæst. 4. cap. 3. §. 1. pag. 458. Concina tom. 10. dissert. 1. cap. 8. §. 6. pag. 143. Clericatus dec. 13. & 14. de matrimonio.

VII. Matrimonium ratum fidelium nequit Summi Pontificis dispensatione dissolvi. Vid. Ferrer tom. 4. pag. 458. num. 918. Madalena tom. 2. tract. 6. q. 1. art. 9. pag. 565. Billuart. tom. 3. tract. de matrim. diss. 5. art. 1. §. 5. pag. 360. Collet tract. de Matrim. cap. 5. art. 3. sect. 7. num. 444. pag. 464. Cuniliati tom. 2. tract.

tract. 14. cap. 7. §. 10. num. 7. Concina problematice loquitur tom. 10. lib. 2. dissert. 1. cap. 8. §. 7. pag. 146. Oppositum tenent Canonista, & quidem Theologi, ut Pignatelli tom. 1. consult. 148. Sanchez lib. 2. disp. 14. num. 3. Suarez, Bellarminus, & alii, quos sequitur Clericatus dec. 15. de matrim. pag. mihi 137.

VIII. Matrimonium cadit sub præcepto naturali communitatem hominum obligante, non vero singulos homines. Vid. Serry tom. 5. prælect. 3. pag. 69. Gotti tract. 13. q. 1. dub. 3. §. 1. & 2. Concina tom. 10. lib. 2. diss. 1. cap. 4. pag. 111. Berti, & alii.

IX. Virginitas est præstantior matrimonio. Vid. supra concl. 3. ex §. 1. ad 8.

X. Ad contrahendum licite matrimonium attendi debent bona ipsius. Vid. Gonet tom. 5. tract. 8. disp. 6. art. 1. aliiq. apud Castel in 4. dist. 31. q. 5.

XI. Illicite contrahitur matrimonium præcipue ad explendam libidinem; nec hoc solo fine licet uti conjugio. Vid. D. Thomas in 4. dist. 31. quæst. 2. art. 2. aliiq. apud Castel ibid. q. 6. & recentiores in thesim 9. damnatam ab Innocentio XI. Collectus tom. 3. tract. de quarto decalogi præcepto art. 4. sect. 3. pag. 415. Concina tom. 10. lib. 2. dissert. 4. cap. 8. q. 1. & seq. Pontas verbo *Debitum conjugale* casu 4. & 5.

XII. Qui matrimonium ineunt ob divitias, honores, aut pulchritudinem, tamquam finem primarium, & principalem, illicite agunt, secus si tamquam finem secundarium illa respiciant. Vid. Pontas tom. 2. verbo *Matrimonium* 2. casu 8. Madalena tom. 2. tract. 6. q. 1. cap. 3. num. 1049. pag. 546. & sequenti. Marchantius, alii.

Ex §. 15. ad 22.

I. Conclusio: Matrimonium inter baptizatos contractum cum debitis circumstantiis, est verum Ecclesiæ Sacramentum, & gratiam confert ex opere operato. Vid. D. Thom. in Suppl. q. 42. art. 1. & 3. Marchantius in Can-

Candelabro lect. 1. prop. 2. pag. 592. Madalena tom. 2. pag. 592. Gotti tom. 3. tract. 13. quæst. 2. dub. 1. §. 1. & 2. Ledruin tom. 2. lib. 10. q. 1. §. 1. pag. 498. Berti tom. 4. lib. 37. cap. 2. Boucat tom. 6. part. 2. dissert. 7. pag. 619. Tournely, Colletus, Concina, & plures alii.

II. Materiam remota Sacramenti Matrimonii sunt corpora contrahentium, proxima vero eorum consensus. Vid. Gotti tract. 13. q. 2. dub. 1. §. 4. & alii passim.

III. Probabilis est Parochum, seu Sacerdotem esse ministrum Sacramenti matrimonii. Vid. Sylvius in Suppl. D. Thomæ q. 42. art. 1. q. 1. pag. 170. Tournely tom. 11. q. 3. art. 2. pag. 58. Ledruin tom. 2. lib. 10. q. 2. §. 1. pag. 505. Concina tom. 10. lib. 2. diss. 1. cap. 2. pag. 115. & in Compendio latino in 4. tom. 2. lib. 13. diss. 1. cap. 2. pag. 254. alique ab ipso citati. Collet tom. 8. tract. de matrimonio cap. 4. art. 2. pag. 290. Amort tom. 3. tract. de matrim. §. 2. q. 6. pag. 12. Rupprecht in jus Canonicum tom. 2. lib. 4. tit. 1. pag. 402. num. 185. & seqq. Pro contraria opinione videri possunt Gonetus, Gotti, Berti, Billuart, Patuzzi, alique innumeri antiquiores, quorum plures citat Castel in 4. dist. 26. q. 3.

IV. Matrimonium, nec in statu innocentie, nec in statu naturæ, nec in statu legis Mosaicæ fuit verum, & proprium Sacramentum, sed postquam Christus illud ad hanc dignitatem evexit. Vid. Clericatus decis. 4. de matrim. à num. 8. Tournely tom. 11. q. 2. art. 2. concl. 2. pag. 18. Gotti tract. 13. q. 2. dub. 2. §. 1. Concina tom. 10. lib. 2. diss. 1. cap. 4. quæst. 1. pag. 111. & alii.

V. Polygamia simultanea, seu pluralitas uxorum, prohibita est nedum jure civili, & Ecclesiastico, sed etiam divino, & naturali, uti repugnans fini secundario matrimonii. Vid. D. Thom. in suppl. quæst. 65. art. 1. alique, quos citat Castel in 4. dist. 33. q. 2.

Ex

Ex recentioribus Serry tom. 5. prælect. 4. pag. 74. Clericatus decis. 29. Gotti tract. 13. q. 4. dub. 1. §. 1. Berti tom. 4. lib. 37. cap. 11. prop. 2. pag. 331. Concina tom. 10. lib. 2. diss. 1. cap. 7. pag. 129. Ledruin tom. 2. lib. 9. q. 3. cap. 1. §. 1. pag. 429. Roselli tom. 6. philosophiæ q. 12. art. 3. pag. 62. Vinnius in comment. ad §. 1. tit. 9. lib. 1. Instit. Justin. Heinneccius lib. 2. juris naturæ & gent. cap. 2. §. 37. & sequent.

VI. Polyandria simultanea, sive conjunctio unius mulieris cum pluribus viris, uxorumque communio directe pugnat cum jure naturæ. Vid. Serry ubi supra. Clericatus decis. 29. de matrimonio pag. mihi 290. & Roselli tom. 6. philosophiæ q. 12. art. 4. pag. 626. edit. Romanæ.

VII. Ex divina dispensatione licita fuit antiquis Patribus polygamia simultanea. Vid. D. Thom. in Suppl. q. 65. art. 2. alique apud Castel in 4. dist. 33. q. 3. Serry tom. 5. prælect. 5. pag. 78. Gotti tract. 13. q. 4. dub. 2. §. 2. Berti tom. 4. lib. 37. cap. 11. proposit. 3. & innumeri alii.

VIII. In lege evangelica sublata est dispensatio super polygamia simultanea. Vid. Getti q. 4. dub. 3. §. 2. Berti lib. 37. cap. 11. proposit. 4. pag. 332. Concina, Juenin, Colletus, & alii.

IX. Probabilis videtur Judæos peccasse dimittendo uxores cum libello repudii, aliasque ducendo. Vid. D. Thomas in Supplement. q. 67. art. 3. Sylvius, & Ledesma ibid. Gotti tract. 13. q. 5. dub. 2. §. 2. Cuniliati tom. 1. tract. 1. cap. 2. §. 3. num. 12. in addit. pag. 30. Concina, Guerrerus, & alii contra Gonetum, Basilium Pontium, & plures alios.

X. Matrimonium non dissolvitur per adulterium. Vid. D. Thomas in Supplement. q. 62. art. 5. alique in 4. dist. 35. ut Estius ibidem §. 10. & sequentibus. Sixtus Senensis in Biblioth. Sancta tom. 2. lib. 6. annot. 81. pag. 779. & nota Pii Thomæ Milante ibid. pag.

782.

782. Bellarminus tom. 2. lib. de matrim. cap. 15. & seqq. Fransenius tract. 3. disput. 2. art. 1. q. 4. Clericatus decis. 10. à pag. 18. usque ad 74. Tournely tom. ultimo q. 5. de matrim. art. 2. pag. 134. Collet tom. 8. cap. 5. sect. 4. pag. 399. Boucat tom. 8. dissert. 7. art. 6. sect. 2. punct. 3. pag. 205. Serry tom. 5. prælect. 7. pag. 90. Ledruin tom. 2. lib. 9. q. 4. cap. 1. §. 1. pag. 446. Gotti tom. 3. tract. 13. q. 5. dub. 5. Bertî tom. 4. lib. 37. cap. 12. prop. 2. pag. 334. Billuart tom. 3. dissert. 5. art. 2. §. 3. pag. 690. Concina tom. 10. lib. 2. dissert. 1. cap. 8. §. 4. & seq. à pag. 137. Selvagius tom. 3. antiquit. Ecclesiast. lib. 4. cap. 8. §. 4. pag. 2362 & seq. à num. 17. Rupprecht. not. historic. in jus Canonicum tom. 2. lib. 4. de sponsalibus & matrimonio §. 2. à num. 21. pag. 265. edit. Barcinon. aliique tum Scripturae interpretes, tum Theologi, tum Jureconsulti.

XI. Post mortem unius conjugis potest alter ad secundas, & ulteriores nuptias convolare. Vid. D. Thom. in Supplement. quæst. 63. art. 1. Marchantius in Candelabro lect. 16. proposit. 2. pag. 581. Boucat tom. 8. dissert. 7. art. 7. pag. 211. Tournely q. 5. art. 1. pag. 83. Gotti tract. 13. q. 4. dub. 4. §. 1. Ledruin tom. 2. lib. 9. q. 3. cap. 2. pag. 440. Bertî tom. 4. lib. 37. cap. 11. proposit. 5. Collet tom. 8. cap. 5. art. 2. sect. 4. num. 140. pag. 343. Selvagius tom. 3. antiquit. lib. 3. cap. 15. Rupprecht not. hist. in jus Canonic. lib. 4. tit. unic. §. 3. pag. 358. à num. 37. & Cardinalis Laurentius Cozza in commentario historico polemico ad lib. D. Aug. *De heresibus* tom. 2. cap. 4. pag. 96. & seqq. Tellez tom. 4. in 4. Decretal. tit. 21. cap. 5. n. 6. pag. mihi 333. aliique numeri.

XII. Inter conjuges licite fieri potest divortium ob legitimas causas, etiam matrimonio consummato. Vid. D. Thomas in Suppl. q. 62. art. 1. & seq. aliique apud Castel in 4. dist. 33. q. 4. Gotti tract. 13. quæst. 5. dub. 6. §. 1. & plurimi alii.

XIII.

XIII. Si conjux in adulterio perseveraverit, & crimen ita fuerit manifestum, ut ejus juridica probatio fieri possit, tenetur alter, servato ordine juris illum dimittere. Vid. D. Thomas in Suppl. q. 62. art. 2. aliique apud Castel in 4. dist. 33. q. 5. Amort tom. 3. §. 5. q. 14. pag. 49. & innumeri recentiores.

XIV. Si conjux post commissum adulterium de ipso poenitentiam agat, & emendetur, poterit, & laudabiliter ager alter innocens, ei culpam dimittere, & secum iterum cohabitare. Vid. Div. Thomas in Suppl. quæst. 62. art. 6. Sylvius, atque Petrus Ledesma ibid. Amort tom. 3. tract. de matrim. §. 5. q. 15. pag. 49. & alii.

Ex §. 23. ad 28.

I. Conclusio: Recte assignantur tria bona matrimonii, fides scilicet, proles, & Sacramentum. Vid. D. Thomas in Suppl. quæst. 49. art. 1. & 2. aliique apud Castel in 4. dist. 31. q. 5. Collet tom. 8. cap. 6. art. 2. pag. 481. & alii recentiores.

II. Si conjuges à principio apponerent conditionem oppositam alicui ex tribus bonis conjugii, non foret validum matrimonium. Vid. Pontas tom. 2. verbo *Matrimonium* 1. casu 1. & alii passim.

III. Copula cum conjugata, etiam consentiente marito, est adulterium oppositum bono fidei matrimonii, & in confessione aperiendum, quin sufficiat adulterium dicere se esse fornicatum. Vid. Milante, Viva, & alii super thesim 50. damnatam ab Innocentio XI.

IV. Vir, & uxor tenentur se invicem caste diligere; sicque peccant per excessum, aut per defectum. Vid. Marchantius in Candelabro lect. 7. & 8. pag. 538. & seq.

V. Conjuges recto fine possunt desiderare prolem, cujus summam curam habere debent. Vid. Marchantius in Candelabro lect. 12. proposit. 1. 2. & 3. pag. 564. & sequentibus, aliique super quartum decalogi.

Tom. II.

FII

VI.

VI. Bonum Sacramenti Matrimonii consistit in indissolubili vinculo conjugum, estque principalis in hoc Sacramento. Vid. Div. Thomas in Supplement. q. 49. art. 3. & alii.

VII. Etsi Sacramentum Matrimonii sit naturali, ac divino jure indissolubile, dissolvi tamen potest per solemnem professionem Religiosam, si non fuerit consummatum. Vid. Concl. 6. ex §. 9. ad 14.

VIII. Viri debent diligere, alere, ac honorifice tractare uxores suas; posunt tamen illas aliquando verberare prudenter, ac moderate, dum opus fuerit, sed hoc caute admodum, & rarissime consulendum est. Vid. Pontas tom. 3. verbo *Verberare* casu 2. alique casuistæ.

IX. Non licet marito propria auctoritate interficere uxorem in adulterio deprehensam. Vid. D. Thomas in Suppl. quæst. 60. art. 1. alique in 19. thesim damnatam ab Alexandro VII.

X. Mulieres debent esse obedientes, ac subdita viris suis; & curam habere prolis, etiam dum eam gestant in utero. Videantur Auctores agentes de obligationibus conjugum. Marchantius in Candelabro tract. 8. lect. 10. proposit. 2. pag. 565. Ludovicus Vives in femina Christiana, & Ludovicus Legionensis in conjugata perfecta, hispano sermone non diu Valentia edita.

XI. In celebratione Sacramenti matrimonii observanda sunt ceremoniæ ab Ecclesia sapienter præscriptæ. Vid. Marchantius in Candelabro tract. 8. lect. 5. pag. 551. Berti tom. 4. lib. 37. in fine.

XII. In matrimonio quod vulgo dicitur *Conscientiæ*, cautissime est procedendum. Vid. Illustrator Cuniliati ultimæ editionis tom. 2. tract. 14. cap. 7. §. 8. num. 9. in additione, pag. 299. & latissime Franciscus Mazzei advocatus Romanæ Curia in opere de hoc argumento edito Romæ anno 1771.

Ex

IV  
Ex §. 29. ad 34. & ultimum.

I. Conclusio: Matrimonia clandestina ante Concilium Tridentinum valida erant in ratione contractus, non vero licita. Vid. Ledruin tom. 2. lib. 9. q. 6. §. 15. pag. 490. Berti tom. 4. lib. 37. cap. 7. pag. 323. Gotti tom. 3. tract. 13. q. 3. dub. 3. §. 1. & alii.

II. Matrimonia clandestina invalida sunt etiam sub ratione contractus, in locis ubi Concilium Tridentinum est usu receptum. Vid. Madalena tom. 2. tract. 6. q. 3. art. 4. num. 1178. pag. 607. Gotti tom. 3. tract. 13. q. 3. dub. 3. §. 2. num. 5.

III. Probabilius est Matrimonia clandestina ante Tridentinum non fuisse valida in ratione Sacramenti absque benedictione Parochi, vel Sacerdotis. Vid. conclus. 3. ex §. 15. ad 22.

IV. Potuit, & potest Ecclesia statuere impedimenta dirimentia matrimonium; nec non Principes Christiani pro suis subditis. Vid. D. Thomas in 4. dist. 39. q. unica art. 1. sive in Suppl. q. 56. art. 1. alique apud Castel in 4. dist. 34. q. 5. & 6. Ex recentioribus Tournely tom. 11. q. 7. art. 1. & seq. à pag. 222. usque ad 238. Gotti tom. 3. tract. 13. q. 7. dub. 1. §. 2. n. 4. Ledruin tom. 2. lib. 9. q. 6. cap. 1. §. 1. pag. 472. & §. 2. pag. 477. Concina tom. 10. lib. 2. dissert. 3. cap. 1. quæst. 1. & 2. pag. 182. Collet tom. 8. tract. de matrimo. cap. 8. art. 1. num. 10. pag. 498. & art. 2. num. 64. pag. 512. Michaël à Sanct. Joseph. in Bibliographia critica tom. 2. verbo *Jacobus Leullerius* à pag. 532. usque ad 540. ubi confutatur Launoyus, & tom. 3. verbo *Petrus Gibertus* à pag. 449. usque ad 456.

V. Ad licite contrahendum Sacramentum matrimonii requiritur vocatio Dei, & status gratiæ. Vid. Marchantius in Candelabro pag. 547. Pontas tom. 2. verbo *Matrimonium* 2. casu 6. Concina tom. 10. lib. 2. diss. 4. cap. 3. n. 6. pag. 219. & cap. 10. pag. 246.

VI.

VI. Matrimonium filiorum, parentibus rationabiliter invitatis, illicita sunt, sed tamen valida quo ad substantiam. Vid. Serry tom. 5. prelect. 9. pag. 108. Ledruin tom. 2. lib. 9. q. 6. §. 13. pag. 491. Gotti tom. 3. tract. 13. q. 3. dub. 6. §. 2. pag. 553. Pontas tom. 2. verbo *Matrimonium 2.* casu 10. pag. 518. Berti tom. 4. lib. 37. cap. 3. pag. 310. Concina tom. 10. lib. 2. diss. 2. cap. 3. q. 1. pag. 169. Collet tom. 8. cap. 3. art. 3. sect. 1. pag. 207. & alii.

VII. Illicite consummarur matrimonium ante benedictionem nuptialem. Vid. Concina tom. 10. lib. 2. diss. 3. cap. 5. q. 9. n. 13. pag. 181.

VIII. Solum causa procreandæ prolis, aut debiti reddendi, licitus est matrimonii usus. Vid. Concina tom. 10. lib. 2. diss. 4. cap. 8. q. 2. pag. 236. Colletus, & alii.

IX. Accedere ad uxorem gravidam, si periculum adsit abortus, est lethale peccatum; absque illo periculo, est veniale. Vid. Pontas tom. 1. verbo *debitum conjugale* casu 13. pag. 343. Amort tom. 3. tract. de matrim. §. 6. q. 25. pag. 69. & seq. Concina tom. 10. lib. 2. diss. 4. cap. 8. q. 7. n. 21. pag. 237.

X. Non licet petere debitum conjugale tempore menstrui, nec diebus festi, atque jejunit. Vid. Div. Thom. in Suppl. q. 64. art. 5. Concina tom. 10. lib. 2. cap. 8. q. 6. pag. 239. Amort tom. 3. §. 6. q. 15. pag. 64. Colletus tract. de matrimonio cap. 7. n. 44. & seq. pag. 494. Cuniliati tom. 2. tract. 14. cap. 7. §. 15. n. 6. in addit. pag. 314. & 322.

FINIS TOMI SECUNDI.





U A N L

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN  
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECA

08 # 54 # 2

